COMMENTARIUS IN VTRAMQUE D. PAULI APOSTOLI, AD THESSALONICENSES , EPISTOLAM, IN...

Peter Stevart

Digitized by Google

6
39 MC
46

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu
16. C.

6. E. 21.

1321

E
A · IV · 60 · 7 · 21

COMMENTARIVS
IN VTRAMQVE
D. PAVLI APO-
STOLI, AD THES-
SALONICENSES, EPI-
STOLAM,

BIBL. SEC. COL. ROM. SOC. IESV

In quo

*NON MODO SENSVS APO-
STOLI, FIDELITER ET ACCVRATE EXPLA-
natur: ſed & pleraq; Orthodoxæ fidei controuerſa dogma-
ta, ab Hæreticorum corruptelis, & impo-
ſturis vindicantur.*

AVCTORE

D. PETRO STEVARTIO,
LEODIO, SS. LITERARVM, IN
ACADEMIA INGOLSTADIENSI PRO-
feſſore, Viceecancellario, & Parocho ibidem
Mauritiano, Eccleſiæq; Leodien-
ſis Canonico.

INGOLTSADII,
Ex Typographia Ederiana, apud ANDREAM
ANGERMARIVM.

ANNO DOM. M. DC. IX.

REVERENDISS.

AC NOBILI DOMINO, Dn. CASPARO, CELEBERRIMÆ FVNDATIONIS S. LEOPOLDI MELICENSIS, ABBATI vigilantiſſimo, Sacræ Cæſareæ Maieſtatis, necnon Ser^mi Hungariæ Regis, Archiducis Auſtriæ, &c. Conſiliario, ac in Conſilio Archiducali præſidi, &c. Domino ſuo colendiſſimo.

PETRVS STEVARTIVS, LEODIVS, SALVTEM à IESV CHRISTO, precatur.

MEmoriæ proditum eſt, R.^me in Chriſto Pater, à Diuo Gregorio Nazianzeno, viro ſingulari doctrina, & vitæ ſanctitate prędito, Conſtantium, magni illius Conſtantini filium, (qui paternæ pietatis hæreditatem, neutiquam ſeruauit integram) trium pœnituiſſe, etiamſi ſerius: Nempe Iuliani in Cæſarem electi: D. Athanaſij in

D. Gregor. Nazianz. in vita D. Athanaſij. Nicephorus lib. 9. cap. 20. & lib. 10. cap. 1.

 exilium

exilium miſſi, & mutatæ Religionis. Certè
Theodor. lib. 3 ca. 20. *Iuliani Tyranni temeritatem, qui libertatē*
Niceph. lib. 5. cap. 34. *Hæreticis, & Ethnicis conceſſerat, mors eius,*
inquit Theodoretus, *apertiſsime declarat.*
Non diſſimilem exitum, Valens Imperator
Religionis deſertor & oppugnator, habuit:
Siquidē impius ille Tyrannus, etiam in hac
Niceph. lib. 11. cap. 50. vita, dignas ſuis ſcelerib. pœnas dedit: Nam
Barbari pagum, in quo, accepto de clade ſui
exercitus nuncio, deliteſcere conabatur, ingredientes, igni iniecto, illum ipſum pietatis hoſtem, & mutatæ religionis antiquæ architectum, vna cum pago concremarunt.
Id genus plurima damna & incommoda, auitæ religionis mutationem, & inuectarum hæreſum licentiam, ſubſequuta ſemper fuiſſe, teſtantur omnium ætatûm annales, & tempora, publica etiam ad poſteritatis memoriā tranſmiſſa monumēta.

Ex quibus haud difficulter æqui, prudenteſq; rerum æſtimatores cognouerint, quantam Reipub. cladem, quantum exitium, pernitioſa eorum conniuentia ſemper attulerit, qui ſua authoritate ſuperſti-

tiones

tiones,& dogmatum Eccleſiaſticorum nouitates impedire poterant: Quis enim non videt, *errorem, cui non reſiſtitur, approbari, & veritatem, cum minimè defenditur, opprimi? Negligere quippe, cum poſsis perturbare peruerſos, nihil eſt aliud, quàm fouere: Nec caret ſcrupulo ſocietatis occultæ, qui manifeſto facinori deſiit obuiare.* Verè namque dixit D. Cyprianus; *Quod merito in dies ſingulos, ſchiſmata & hæreſes ſurgunt, crebrius atq; liberius excreſcunt, & ſerpentinis criminibus pullulantes, aduerſus Eccleſiam Dei maioribus viribus, venenorum ſuorum virus exprimunt; dum illis aduocatione quorundam, & auctoritas præſtatur, & firmitas.*

Cyprianus Conc. Timo. 2. epiſt. 74.

Vt enim ſuperiora tempora omittamus, nunquid ſeditionibus, bellis, luctuoſis facinoribus, rerumque omnium confuſioni materiam ſubminiſtrauit diuerſarum ſectarum impunis diſſimulatio, cum *parua ſcintilla*, vt ait Q. Curtius, *non extincta, magnum ſæpe incendium excitet.* Qui etenim prima inuectæ huius temporis hære-

ſcos ſemina ſtudioſius conſiderare volet, parua illa quidem fuiſſe animaduertet, ſi cum multiplici hodiernarũ Sectarum varietate conferantur. Adeò vt veriſſimè S. Cyprianus, de perſecutione Nouatianorũ in Catholicos ſcripſerit: *Qui dicit eos altare, contra altare conſtituere, ſacerdotum hoſtes perſecutionem Epiſcopis mouere, in Eccleſia contra Eccleſiam ſurgere, gladijs denique euertere veritatem*: noſtri temporis Sectarijs conueniat. An non præcipiti Caluiniſtarum furore, turbinis inſtar, ſupra quinque millia ſacerdotum, & pluſquam decem millia templorũ & ſacellorum, funditus euerſa fuiſſe, duabus primis rebellionibus in Gallia, à varijs hiſtoricis eſt memoriæ proditũ? Cernere eſt paſſim, vbi Quinti Euangelij zizania ſparſa ſunt, diſturbatas Eccleſias, euerſa Sanctorum ſepulchra; exuſta Diuorũ corpora; Chriſti Crucifixi imaginem ſcitè efformatam, templo eductam, funibus alligatam, Aſino impoſitam, & per compita perpetuis maledictis, & vnà continuis flagellis & verberibus affectam, circum-

Cyprian. epiſt. 40. 55. 68. & 73.

Surius Anno 1567. Illuſtria Eccleſiæ trophæa impreſſa anno 1573

cumductam, ignibus traditam,&c. Sunt enim

Diuerſæ relligiones
——————publica belli
Semina, quæ populos ſemper merſêre potẽtes. Lucanus lib. 7.

Sicut enim *Religio & Dei Timor*, ait Lactantius Firm. *ſolus eſt, qui cuſtodit hominum ſocietatem*: ita Hæreſis, Lactant. lib. de hiera cap. 10.

Mobile diſcindit ſtudia in cõtraria vulgus.

Inde eſt, quod ipſi Ethnici in priſtinæ religionis innouationem nunquam conſentire voluerint, quod cum religionis mutatione, ſimul etiam Reipublicæ metuerent interitũ: Quia, vt eleganter Lactantius, *nihil eſt in rebus humanis religione præſtantius, quam propterea vi ſumma defendi oportet.* Lactant. lib. 5. Inſtit. c. 25. *Iure enim* (ait Iuſtinus) *ille proximus à Dijs habetur, per quem, Deorum maieſtas vindicatur.* Iuſtin. lib. 8 Atque eam ob cauſam; *patrios ritus migrare, aut violare, vbique gentium haberi nefarium*, dixit Ariſtoteles, Cui ſubſcribens Cicero, *Maiorum inſtituta tueri, ſacraſq́; ceremonias reſtituere, ſapientis eſſe* affirmabat: *Nam mutata religione, neceſſe* Ariſt. Rhet. ad Alexãd. Cicero lib. 2. de Diuinat.

eſt

eſt vitæ ciuilis ſequatur confuſio; quemadmodum noſtri Europæi, non minori ſuo incommodo, quàm Reipub. perturbationi, hoc tēpore non immeritò deplorant. Hinc eſt, quod Mecœnas, apud Dionem Caſſium, inter cætera Reipub. gerendæ pręcepta, hoc documentum ſalutare dedit Auguſto Cæſari: *Diuinum illud numen, omni modo, omni tempore, ipſe cole, iuxta leges patrias: & alij, vt colant, effice. Eos verò, qui in diuinis aliquid innouant, odio habe, & coërce, non Deorum ſolum causâ, (quos tamen qui contemnit, ne alium ſanè quicquam magnifecerit) ſed quia noua quædam numina hi tales introducentes, multos impellunt ad mutationes rerum. Vnde coniurationes, ſeditiones conciliabula exiſtunt, res profectò minimè conducibiles principatui.*

Quàm vera ab Ethnico hiſtorico ſententia prolata ſit, vtinam vſu & experientiâ edocti, ſæpè memoria repetant Europæi Principes, quibus *diuino iure præceptum eſt, vt in timore, Domino ſeruientes, Religionem Chriſtianam ſuo gladio protegant, & promoue-*

moueant, quemadmodnm author eſt Auguſtinus, epiſt. 50. Id enim ſibi incumbere non ignorantes, qui cæteris præſunt, tantũ abeſt, vt nouas ſectas inuehi patiantur, vt potius Eccleſiaſticis rebus ac negotijs ſpiritualibus, ſe nequaquam immiſceant, quem admodum Oſius Cordubenſis, Conſtantiũ ab Arianis ſeductum, & eorum perſuaſione, Eccleſiaſticis negotijs ſeſe ingerentem, grauiter monebat: *Ne te immiſceas*, inquit, *Eccleſiaſticis, nec nobis Epiſcopis, Imperator, in hoc genere rerum Eccleſiaſticarum, præcipe; ſed ea potius à nobis diſce. Tibi Deus imperium commiſit, nobis ea, quæ ſunt Eccleſiæ.* Hinc D. Ambroſius ad Valentinianum: Noli te grauare Imperator, vt putes te in ea quæ diuina ſunt, Imperiale aliquod ius habere: *Noli te extollere, ſed ſi vis diutius imperare, eſto Deo ſubditus: Scriptum eſt, Quæ Dei, Deo; Quæ Cæſaris, Cæſari: Ad Imperatorem, palatia pertinent; ad ſacerdotem, Eccleſiæ; publicorum tibi mœnium ius commiſſum eſt, non ſacrorum: Quid enim honorificentius,* (ait ibidem) *quam vt Imperator dica-*

Athan. epiſt. ad ſolitariam vitam agentes.

Ambroſ. epiſt. 32.

Matth. 22. 21.

tur filius Eccleſiæ? Imperator enim bonus, intra Eccleſiam, non ſupra Eccleſiam eſt. Quamobrem, ad Reipub. clauum, ij omnium prudentum opinione, dicuntur ſapienter & tutiſſimè ſedere, qui tantum abeſt, vt ſacra prophanis immiſceri, & imperij ſui Leges ciuiles, cum inſtitutis diuinis cõfundi patiantur, vt potius ſectarum colluuionem, à patriæ finibus, ſummo ſtudio exterminare conentur, quod nihil miſerius ſit, quam caſtra ex vnâ parte contraria intueri; parentum verò & liberorum ſacramenta diuerſa cernere, Et

——— videre parentes
Frõtibus aduerſis, fraternaq; cominus arma
Cognataſq; acies.

Hinc eſt, quod Iſocrates in ſuâ principis inſtitutione hortabatur, ne prædeceſſorum ſuorum Religionem mutaret, ob motus, qui inde oriri ſolent. Quocirca pulchrè Tertullianus: *Ad officium Hæreticos compelli, non illici dignum: duritiamq; vincendam, non ſuadendam hæreſibus eſſe dicebat.* Quid ita verò? quia pacem & con-

Tertull. in Scorpiaco adu. Gnoſt. cap. 2.

cor-

cordiam animorum promittit, iuſtitiamque mentitur hæreſis, cui tamen armatum & hoſtile, felleque plenum in Orthodoxos cor eſt, ſicut Europæ totius conuerſiones teſtãtur, vbi hæreſi locus fuit, quemadmodum quotidiana docet experientia. Qui enim ad eam peruerſitatem deuenerunt, vt incredibili freti impudentiâ, poſt ſpreta Concilia, poſt Eccleſiam primitiuam, & venerandam antiquorum canitiem reiectam, Patribus etiam atque hiſtorijs, populis, legibus, omnibus denique vetuſtatis & veritatis veſtigijs, ſi qua in re, ad ſtomachũ non feciſſent, nuntio remiſſo, in cœleſte tandem chirographum inuolarent, diuinis codicibus vim & manus inferrent, & exſectis è ſpecioſo ſacræ Scripturæ corpore, tam multis, tamque nobilibus eius partibus, quod reliquum erat, tanquam occiſi corporis truncum, lancinatum, mutilum, & deforme redderent, quam quæſo apud viros Chriſtianos, fidem merentur? Quis enim Catholicè Chriſtianus eſt, vel mediocriter inſtructus, qui horum hæreſiarcha-

Gulielmus Reginald. epiſt Dedicat. in Caluino Turciſmo.

rum ex diametro pugnantia Euangelia ſectari poſſit, ſi conſideret eos, præterquam quod nec mediocrem vitæ ſanctitatē præ ſe ferant, ſed inanis fiduciæ prædicatione, ſuos ſectatores, ad omnem vitæ licentiam, & improbitatem inſtituant, & omnia, quæ à Chriſto paſſo ferè extitêre opinioſiſſimorum portenta, in ſuum Euangelium corradant, ſe ſolos pauculos, imperitos, diſſectos, ſenatoribus orbis terræ, & mundi luminibus anteferre; Eccleſiæ etiam naſcenti, atque Apoſtolicæ, apertum bellum indicere, ſanctorum maieſtatem bibliorum, fœdiſſimè violare, voces non humanas, ſed æthereas miſerrimè truncare & lacerare. Quid

Act. 9. quod *minarum & cædis* in Orthodoxos *ſpirantes*, eò ſuas cogitationes & conſilia Sectarij reuocent, vt, ſiue dolo malo, ſiue potentia, Catholicè Chriſtianis incommodent. Adeò vt eorum rabies, liuor & inuidia apud multos tantum hactenus poſſint, vt Iudæi, qui Chriſtum tradiderunt, Chriſtianis, non tam ſint inuiſi, quam quibuſdam Catholicis, Lutherani, quemadmodum haud

haud obſcurè quidam pronuntiant, **Daß ſich niemandt/an einem Papiſten verſündigen kan.** Hinc Eccleſiaſticis, Sectarij tot lites, tot iurgia ſępe intendunt, vt cum de bonis, prouentibus, decimis, iuriſdictione agitur, quibus illi gaudebant, neſcio ſub quâ iuſtitiæ imagine, & neſcio quâ ficti iuris priuati ſpecie, ſæpenumero per cauillationes, tum religioſi, tum ſacerdotes opprimantur: Et tamen animorum concordiam promittunt, amicitiam pollicentur, obſequia inuicem deferunt, cum interim omnia ad fori ſtrepitum, contentiones & lites reuocent, & quæ Catholicorum ſunt, in diſcrimen vbicumq; poſſunt, adducant, vt inde aliquid emungant, vt tranſactionis ſaltem viâ, aliquam fortunarum Eccleſiaſticarum particulam ſibi, cauillãdo, vendicent: Et ſic ſæpe

Nobilitas cum plebe perit, lateq; vagatur
Enſis, & à nullo reuocatum eſt pectore ferrũ.

Faxit verò Deus, ſi (quod per fasq; nefasque moliuntur) in Auſtriâ optatam libertatem nanciſcantur Sectarij, vt diu ab illorum inſanis conatibus, libera maneat Melicæa

multiſque nominibus celebrata veteris pietatis Auſtriacorum heroum inſigne monumentum, & S. Leopoldi ad poſteritatis memoriã, fundata Benedictina familia. Quid Melicæam dico? Verendum, ne in ſuo ſepulchro, D. Kolmanni maneat corpus ſecurum; ſi maximè ornamentis aureis, vel argenteis ornatum iacere illi intellexerint. Atq; vtinam protinus multorum non ſentiat R. P. V. motas quæſtiones de fundis, de reditibus, de poſſeſſionibus, de religionis exercitio, &c. vbi pedem in liberam poſſeſſionis ſpem poſuerint. Quamobrem R. Pater, hunc licet ſuccinctum commẽtarium, vel meas potius lectiones publicè habitas, R. P. V. nuncupaui, vt ex eius lectione perſpiciat, quanto ſtudio auitæ pietatis hoſtes, plantatæ ab Apoſtolis religioſæ diſciplinæ turbatores, rituum antiquorum & ceremoniarum Eccleſiaſticarum nouatores fugiẽdos voluerit Apoſtolus, à quorum inſidijs, vel ipſe dum viueret, non erat immunis. Ea enim hæreſeos eſt natura, vt non ſolum ſerpat, iuxta Apoſtolum, tanquam cancer, ſed

2. Tim. 2.

&c in

&in Eccleſiâ, turbas excitet, noua confingat dogmata, & quicquid vertiginis ſpiritus ſuaſerit, inuehat, ſequatur, & mordicus defendat, iam in Monachos ſtragem, iam in Eccleſiaſticorum fortunas direptionem, iam in bonos quoſq; ſub religionis pallio, neſcio quid monſtri, machinando. Cùm itaq; ſingulari prudentiâ, & magno rerum maximarũ vſu, tam in Eccleſiaſticis, quam politicis rebus, intelligam P. V. pollere, mihi dubium non eſt, quin pro eo, quo in Eccleſiam Catholicam eſt ſtudio & zœlo, ſuos ſubditos, ſicut olim Theſſalonicenſes Apoſtolus, ſapienter hortatura ſit, vt ſtent in fide firmi, traditionesque teneant, quas à maioribus ſuis, viris ſingulari pietate & ſapientiâ clariſſimis acceperunt, nec ſe, vel per dulces ſermones, vel per technologias, vel per vanitates & inſanias falſas, decipi patiãtur. Spero, ſi, prout hactenus, Rempub. & inprimis Eccleſiam ſuam ſapienter regere ac moderari perget R. V. P. non ſolam Melicæam, ſed optimam inclytæ Auſtriæ partem, melius inpoſterum

poſterum habituram. Datum Ingolſtadij. Die Annunciationis Deiparæ Vrginis, XXV. Martij. Anno M.DC.IX.

APPROBATIO.

Præſentes Commentarij, Admodum Reuerendi Domini Petri Steuartij, S.T.D. ac Profeſſoris, & Academiæ, apud Ingolſtadienſes, Procancellarij, iuxta ſanctorum Patrum mentem, priorem & poſteriorem Diui Pauli ad Teſſalonicenſes, epiſtolam, ita explicant; vt, tum ad formandos mores, tum ad fidei dogmata defendenda, plurimum conducant. Digni itaque ſunt, qui typis mandati, in lucem prodeant.

Adam Gerick S. T.D. & Profeſſor, pro tempore Collegij Theologici Decanus.

AD

AD REVERENDISSIMVM AC NOBILEM DOMINVM, DOMINVM CASPARVM, CELEBERRIMÆ FVNDATIONIS S. LEOPOLDI MELICENSIS, ABBATEM VIGILANTISSImum, Sacræ Cæſareæ Maieſtatis, necnon Sereniſſimi Hungariæ Regis, Archiducis Auſtriæ, &c. Conſiliarium, ac in Conſilio Archiducali præſidem, &c. Dominum ſuum colendiſſimum.

ACCLAMATIO

NOBILIS, AC ERVDITI IVVENIS, IOANNIS CASPARI RICHTHOVERI, ARTIVM LIBERALIVM AC PHILOSOPHIAE Magiſtri, I. V. Studioſi, Clientis ac Nepotis obſeruantiſſimi.

SAEuit vt horrendùm ſicco rabioſa Tyrannis
Rictu, cultorum Chriſti ſitibunda cruorem
Quærens, nec totâ ſatiabilis æquoris vndâ:
Ne ſi Thermaicis vicinam tangeret oris
Vrbem, Chriſticolæ multorum cæde timentes
Abiecti recto greſſum de tramite ferrent;
Cælicus ardenti correptus flamine DOCTOR
PAVLVS, ad abſentes abſens interprete ſcripto

*** *Depre-*

Depromit mentem, conanti fortiter auſu
Pergere diuerſa per deuia & auia ſortis
Hortatur, prior ire parat, non ipſe recuſat
Vnus pro cunctis perferre pericula quæq;:
Eſt iter in factis breue, multùm tangimur illis.
Omnia quam doctâ tu linguâ PETRE reponis?
Abdita quàm claro rimaris dogmata ſenſu?
Non aliter, velis vbi noctis nubila facta,
Atq; per obſtantes arcetur lumine Titan
Vmbras, mox vbi porta datur, ſplendore coruſco
Intrat, & obſcuras diſrumpit luce tenebras:
Omnia conueniunt, coniungis in omnia mentem
PAVLO PETRE tuam, dubij non nube relictâ.
Hinc fuge Noctiuagis complete Luthere querelis,
Tuq; tuis Caluine comis exute; Barathrum
Quos Phlegetontiacum fœdâ nigredine tinxit,
Innocuasq; ſuo temerant qui puluere chartas.
Sed PAVLI Interpres ſcripti, Defenſor & acer
PETRE, tuis meritò præclarum nomine, ſummâ
Doctrinaq; virum, qui ſana coërceat ora,
Præponis ſcriptis, quo non vigilantior alter,
Qui LEOPOLDE tuam Melicæam Diue gubernat
Sedem, condignus quem pagina tanta decoret.
Ergo age, carpe lubens Authoris, Maxime, magni,
Præſul, opus, lucemq; tuam cum lumine iunge.

ARGVMEN-

ARGVMENTVM
In priorem D. Pauli ad Theſſalonicenſes, Epiſtolam.

PAVLVS, acerbiſsima quæquè multis in locis, fidei cauſâ, perpeſſus, timens ne perſecutionum metu, & ſuppliciorum intentatâ crudelitate, Theſſalonicenſis Eccleſiæ aliqui ciues, defectionẽ à ſuſcepta fide meditarentur; hanc omnium, quas ſcripſiſſe perhibetur, primam, per Tychicum Diaconum, & Oneſimum Acolytum, ad eos, epiſtolam Athenis, vel Corintho potius, iuxta D. Baronij ſententiam, miſit: Eorum fidei, in medijs calamitatibus, cõſtantia dilaudata; ad perſeuerantiam eoſdem cohortatur, rogans, malis, quæ ad momentum durant, ne cedant; ſed potius virtutis & iuſtitiæ operibus, cæteros pergant ad Chriſti cultũ prouocare; cuius ipſi causa, patiebantur. Tametſi verò, faciliter ſuſceptæ Religionis Chriſtianæ, eiuſmodi defenſores eos eſſe fateatur, vt nullo hortatu, nulla admoni-

Baron. tom. 1. Annal. anno Chriſti. 25.

tione indigeant (ad eorum etenim imitationem, plurimi Chriſtum fuerant amplexi;) ſui tamen eſſe officij, ſubiungit Apoſtolus, eos præmonere, propter quaſdam captioſas, & inutiles quæſtiones, quas impoſtores quidam, in ipſorum Eccleſia, pacem eorum & quietem turbantes, mouerant, ne in errores inducantur. Quod ſi pariter agnitæ veritatis intuitu multos affligi ſæpe ipſi contueantur, vehementer ab ipſis petit, ne animo commoueri propterea velint, etiamſi mortem ipſam ſubſtinere debeant. Tales enim, & copioſam æternãq; in cælis manere mercedem, & beatæ reſurrectionis, ſuo tẽpore, eoſdem participes ait futuros, qui Chriſti causa, in hoc mundo conſtanter occidunt, & planè derelicti ab omnibus iudicantur. Huius porro glorioſæ reſurrectionis tempus, aut momenta, ne curioſius perquirant, hortatur; quod, licet aduentu illo Domini nihil ſit certius; ipſius tamẽ aduẽtus hora, nihil ſit incertius. Otioſorũ deniq; hominum damnata deſidia, egregias & ſalutares adiungit ſententias; quibus ad mandatorũ Dei viam fœliciter decurrendam, ſtimulos addit efficaciſsimos.

De

DE THESSALONICENSIBVS.

THESSALONICENSES, primarię ciuitatis Macedoniæ, erant indigenæ: Quæ enim prius Halia vocabatur, poſtea, ob deuictos ibi Theſſalos, ab Amynte filio Philippo, & à nutrice Nice, nouo nomine appellata eſt. Huius vrbis poſt Pauli prædicationem, Epiſcopiũ ſuſcepit Ariſtarchus, D. Lucę commendatione, in Actis Apoſtolorum, celebris. Huius ciuitatis, mentionem luculentam facit Plinius, lib: 4. cap. 10. & Volaterranus, qui lib. 8. Geograph. teſtatur, integrum librum de hac vrbe, ab inſigni Scriptore Lucio Tarreo eſſe conſcriptum. Fuit hæc ciuitas, ait Ioannes Lorinus, in cap. 17. Act: Apoſtolicorũ, celebris cæde duodecim milliũ ciuium, Theodoſij Senioris imperio; cuius cædis nomine, Ambroſij cenſuram coactus eſt experiri. Hoc tempore, Salonica vocatur, eoq; ferè conueniunt Iudæi; &, qui ad Iudaiſmum de Chriſtianiſmo, deficiunt.

CAPVT. I.

PAVLVS & Siluanus & Timotheus, 1. 2.
*Eccleſiæ Theſſalonicenſium, in Deo
Patre noſtro, & Domino IESV CHRISTO,
*Gratia vobis & pax. *Gratias agimus Deo 3. 4.
ſemper pro omnibus vobis, memoriam ve-

ſtri facientes in orationibus noſtris ſine in-
5. termiſſione, * memores operis fidei veſtræ
& laboris, & charitatis, & ſuſtinentiæ ſpei
6. Domini noſtri Ieſu Chriſti, * ante Deum &
Patrem noſtrum: * Scientes fratres dilecti à
7. Deo, electionẽ veſtram: quia Euangelium
noſtrum non fuit ad vos in ſermone tantũ,
ſed & in virtute, & in Spiritu ſancto, & in
plenitudine multâ, * ſicut ſcitis quales fue-
8. rimus in vobis, propter vos. * Et vos imita-
9. tores noſtri facti eſtis, & Domini: excipien-
tes verbũ in tribulatione multâ, * cum gau-
10. dio Spiritus ſancti: * ita vt facti ſitis forma
11. omnibus credentibus in Macedoniâ & in
12. Achaia. * A vobis n. diffamatus eſt ſermo
Domini, non ſolum in Macedoniâ & in A-
chaiâ, ſed in omni loco, fides veſtra, quæ eſt
ad Deum, profecta eſt, ita vt nõ ſit nobis ne-
13. ceſſe quicquam loqui. * Ipſi enim de nobis
annuntiant qualem introitũ habuerimus
ad vos: & quomodo conuerſi eſtis ad Deum
14. à ſimulachris, ſeruire Deo viuo & vero, * &
15. expectare Filium eius de cœlis (* quẽ ſuſci-
16. tauit ex mortuis) Ieſum, * qui eripuit nos ab
irâ venturâ.

COM-

COMMENTARIJ, IN PRIOREM D. PAVLI AD THESSALONICENSES EPISTOLAM.

CAPVT I.

Paulus, & Syluanus, & Timotheus, Eccleſiæ Theſſalonicenſium, in DEO *Patre, & Domino* IESV CHRISTO. I.

HVius epiſtolæ, ſicut & poſteriorum, quas ad Corinthios, & Theſſalonicenſes dedit, duos Scriptores, & Symyſtas ſibi adiungit, quos in illis inſtituendis, coadiutores adhibens, de profectu illorum pariter gaudentes, habebat. Ideo nomina eorum, ait Gloſſa, in ſalutatione præſcripta, addidit, licet epiſtolæ eſſent Pauli. Hoc eſt enim charitati proprium, vt *ſua non quærens*, omnia omnibus bonis communia faciat.

Duo Scriptores cur Paulo adiuncti?

1. Corinth. 13.

Syluanum plerique Sylam illum eſſe arbitrantur, quem Lucas, Actor. cap. 17. commendat. Virum optimum fuiſſe, vel ex eo conſtat, quod eum, ſibi ſcribenti, ſocium Paulus adiunxerit.

Quod verò huic epiſtolæ, ſicut alijs pleriſque, titulum Apoſtolatus, & conditionis ſuæ dignitatem non

Apoſtolatus titulus, cur hic à Paulo omiſſus

 præpo-

præpoſuerit, *mihi videtur,* ait Chryſoſt. *quod iſti, recens in fide eſſent inſtructi, ſuiq; nōdum experientiam cæpiſſent, eſſetq; adhuc initium prædicationis ad eos facta.* Anſelmus in 1. huius epiſt. cap. quod iſti, proni eſſent ad obedientiam, ideo nomen authoritatis, vel officij dicit Apoſtolum non poſuiſſe; ſed potius vt ſibi pares & æquales admonuiſſe. Quod porro, *Timothei*, hic meminerit, cuius in ea, quæ eſt ad Epheſios (quorum agebat Epiſcopum) nullam mentionem fecit, rationem hanc eſſe ait Oecumenius, quod ibi confeſtim ad eos profecturus erat: hîc verò, nuper ab ipſis venerat ad ipsũ Paulum.

Cur hic Timothei facta mentio.

II. *Eccleſiæ Theſſalonicenſium, in* Deo *Patre & Domino* Iesv. Christo.

Licet adhuc exilis eſſet Theſſalonicę, credentium numerus, illos tamen nomine honorifico, *euocatam*, per ſummam induſtriam, multitudinem, ſiue Eccleſiam appellat. Quia verò, diuerſæ congregationes Iudæorum, & varij Græcorum cœtus ibidem conueniebant, ideo hanc ab illis diſtinguens, adiungit: *Quæ eſt in Deo Patre, & Domino noſtro* Iesv Christo: Quaſi diceret, ſe ſcribere multitudini, *in vnitate fidei Chriſtianæ congregatæ*, Deo patre operante, cum Chriſto eius filio, per quem *gratia & veritas eſt facta, ſicut olim per Moyſen, lex fuerat data.*

Ioan. 1.

D. Thomas, Trinitatis, & Chriſti humanitatis, mentionem feciſſe hic Apoſtolum putat, eò quod in vtriuſque cognitione, beatitudo noſtra ſit ſita, ſecundum quod Ioan. 17. dicit ipſa veritas: *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te Deum verum, & quem miſiſti,* Iesvm Christvm. Licet enim Spiritus ſancti perſona hic

D. Thomæ huius lo. explicatio

hic apertè non ſit expreſſa, quia tamen vtriuſque, patris ſcilicet, & filij, nexus eſt Spiritus ſanctus, aiunt Græci: ideo ſemper ipſa tertia perſona ſubauditur, quando duntaxat ambarū, ſimul facta fuerit mentio.

III.

Gratia vobis & pax.

In Latinis codicibus, poſt hæc verba, deſunt hæc ſequentia; *à Deo Patre noſtro, & Domino* IESV CHRISTO, quæ paſſim in Græcis exemplaribus leguntur. *Gratiæ & pacis bona*, quæ Theſſalonicenſibus exoptat Apoſtolus, eiuſmodi ſunt, quæ cætera, ſuo complexu continent; ideò ſibi & alijs omnibus, poſſunt à quocumque homine expeti: Donorum enim Dei ſpiritualium origo, *gratia eſt*, qua peccatorum remiſſione percepta, iuſtitiam in hac vita, adipiſcimur: *Iuſtificati gratis per gratiam ipſius*, ait alibi Apoſtolus. *Pax* verò *omnem ſenſum exuperans*, eſt vltimum, quod hominis beatitudinem perficit. Quia vero vtrumque Chriſti merito, homines aſſequuntur, ideo prædixerat Regius Vates, *quod in dieb. eius orietur iuſtitia, & abundantia pacis.*

Donorum ſpiritualium fons et origo gratia.

Rom. 3.

Philip. 4.

Pax vltimam hominis beatitudinem perficiens.

Pſal 71.

Horum duorum donorum imprecatio, ſuprema eſt, quæ fieri poteſt; quod his, potiorem ſalutem & benedictionem contineri dicat Origenes, quàm quibuſcunque alijs, ab antiquis Patribus exoptatis, aut prænuntiatis. Nam *gratiæ* munere, non modo humana mens ſupra ſe extollitur, ſed & eleuatur, ad æternam hæreditatis adeundæ poſſeſſionem, quæ in eſſentiæ diuinæ communicatione conſiſtit. Roborat enim *gratia*, non modo animæ ſubſtantiam, ſed & eius vires confirmat, perficit, ornatq́; quibus æternæ vitæ meritorias dignaſq́; exercere poſſint actiones. Ideò *iuſtitia* alibi dicta eſt, *diffuſa in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctum,*

Gratia ium.

Rom. 5.

ſanctum, quod ad eorum, qui eam recipiunt, priuatam vtilitatem, & proprium commodum cōceſſa, ſanctos, iuſtos, Deo gratos, & amabiles homines efficiat, *diuinæq́; tandem conſortes naturæ*.

2. Pet. 3.

Pacis encomiũ & effectus. Eſa. 12.

Pax autem reddit humanæ voluntatis vim adeò quietam, vt ab omnis mali perturbatione libera & immunis, in opulenta (prout Eſaias prædixerat) requie conquieſcat: *Sedebit populus meus*, inquit, *in pulchritudine pacis*. &c. vt quæ gratiam, non aliter, ac fructus arborem reſpiciat: Omnium enim meritorum *gratia* eſt radix; pax vero dulciſſimus ipſius fructus. Longis verò interuallis, ab animorum in malo conſpiratione, ad aliorum damnationem huius ordinis *pax*, diſiuncta eſt: Nam eius, concordiæ mater eſſe charitas non poteſt, quam inter ſe hæretici, Sectarij, & impij graſſatores habere videntur, cùm, *impijs, pacem eſſe non poſſe*. dicat Eſaias: *Zelaui ſuper iniquos, pacem peccatorum videns*, dicebat Dauid; ad cuius perturbationem pacis, ſe dixit Dominus, in mundum veniſſe, cum ait: *Nolite arbitrari, quod pacem mittere venerim, ſed gladium: veni enim ſeparare hominem aduerſus patrem ſuum*. &c.

Hæretici, Sectarij, &c. pacem habere non poſſunt. Eſa. 48. Pſal. 72.

Recte igitur, in hominum cohabitantium ſub vna fide, & religione, & æternæ legis concordia, veræ *pacis*, rationem eſſe ſitam, auctor eſt Auguſtinus. Ideò Gloſſa, ſuper cap. 5. Matth. eam ibi videri, eſſeq́; dicit vbi nihil repugnat in virtute. Cum verò, homini natura comparârit, vt finem vltimum ex neceſſitate ſemper appetat, tum pacem, quæ vltimus ipſius finis eſt, à quolibet eſt neceſſarium deſiderari. Hinc libro citato, cap. 11. idem Auguſt. Poſſumus dicere, bonorum noſtrorum operum finem eſſe pacem, ſicut & vitam æternam, quemadmodum alibi Pſalmiſta dicit,

Aug. lib. 19. de Ciuit. Dei, cap. 13.

Pax ab omnib. expetenda.

Qui poſuit fines tuos pacem. Quare, eodem libro, cap. 12. *Pſal. 147.*
idem Auguſtinus: *Quiſquis mecum, res humanas, naturamq; communem agnoſcit, quod ſicut nemo eſt, qui gaudere, nolit: ita nemo eſt, qui pacẽ habere nolit: Quandoquidẽ et ipſi, qui bella volunt, nil aliud quam vincere volũt: Ad glorioſam ergo pacẽ bellãdo cupiũt peruenire.* Et meritò: *Pacis*, n. multiplices ſunt, dulciſſimi, & vberrimi fruct⁹: Nam, pax *Pacis multiplices fructus.* Deo hominem coniungens, alijs hominibus gratiſſimum, eundem reddit. *In tribus*, ait Eccleſiaſticus, *beneplacitum eſt Spiritui meo; quæ, ſunt probata coram Deo, & hominibus; concordia fratrum, amor proximorum*, &c. *Eccleſ. 15.* Ideò Iob: *Habeto pacem, & habebis fructus eius. Nihil enim delectabilius eſt pace*, vt auctor eſt, loc. antea allatis, Auguſtinus: *Eius enim*, ait, *tantum eſt bonum, quod in rebus creatis, nihil gratius ſoleat audiri, nihil delectabilius concupiſci, nihil vtilius poſſideri*: Nam in omnibus, Deum protectorem ſemper & vbiq; habet, quemadmodum Paulus inſinuat, Corinthios monens, vt *pacem habeant, & Deus pacis*, (ſubiungit) *& dilectionis erit vobiſcum*, Parẽtibus enim filij libenter adſunt præſentes. Ideò, *beati*, prædicantur *pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur*. *2. Cor. 13.*

Gratias agimus DEO *ſemper, pro omnibus vobis.* IV.

Suæ propenſionis in Theſſalonicenſes declaratione, ſibi reddit eos beneuolos, eorundẽ ſpirituale bonũ, eſſe ſuam propriam vtilitatem inſinuando; Quocirca eius rei nomine, Deo ſe iugiter agere gratias dicit; quia bonum, quod habetis (ait) reputo meum. Et meritò quidem. Neq; enim nouum beneficium dignus eſt accipere, qui præteritorum memoriam recentem,

non ſemper habet: *Ingrati, ſiquidem ſpes, tanquam hybernalis glacies tabeſcet*; Nam, ſicut ad eum locum, vnde exeunt flumina, reuertuntur vt iterum fluant, ſic ad principium, vnde prodeunt beneficia, & Dei dona, reuerti debent; per gratiarum actionem ſcilicet, vt iterum fluant, fluxuſque illorum non deficiat.

Benefactoribus quomodo gratia referenda.

Actio porrò gratiarum, in eo ſita eſt, vt acceptum ab aliquo beneficium aliquis grata memoria expendens, dilaudet benefactorem, eumq; ſuperiorem, & liberalem, & munificum confiteatur, non verò debitorem; Quod Deo bonorum omnium largitori, corde & opere ſemper humana creatura præſtare debet. Deus namque, cum voce, ſiue ſermone, ex Spiritu & veritate profectis, rerum omnium opifex eſſe, (à quo omnia in eſſe, fieri, & conſeruari dependent) deprædicatur, *ſacrificium laudis*, dicitur ea gratiarum actione, eidem exhiberi, illique *labiorum*, humanorum *vituli reputantur immolari*: In quo religionis cultus maximè ſpectatur, cùm opere nempe ipſo, rerum omnium Dominus, ex toto corde, atq; omnibus viribus, agnitus honoratur.

A creaturis, ſemper Deo gratia agenda.

Pſal. 50.

Paulina gratiarum actionis finis.

Suę porrò gratiarum actionis cauſam & finem eſſe ſubiungit Apoſtolus, ſpiritualem ipſorum Theſſalonicenſium auctũ & profectum, q; ſcilicet, ipſi, audita ſua prædicatione, in fide, ſpe, & charitate, maximos & inexpectatos progreſſus exiguo temporis ſpatio, feciſſent. In quã ſententiam, D. Ioan. 1. ſuæ epiſt. c. 2. ſcribebat: *Maiorẽ horum nõ habeo gratiam, quãvt audiam filios meos in veritate ambulare.* Et hoc digniſſimũ eſt, quia de magnis bonis, qualia ſunt ſpiritualia, & cœleſtia, gratię imortales agi debent: ſicut faciebãt Machabæi: *De magnis periculis à Deo liberati, magnifice gratias agimus.* Perfe-

2. Machab. 1.

cto-

ctorum autẽ hominum ea mentibus ineſt charitas & ſtudiũ proximi bona promouendi, vt *duntaxat ꝑ proprijs bonis, gratias Numini nõ agant.* (ait Chryſoſt.) *ſed etiã pro alienis ſucceſsibus, & rectè proximorũ factis,* quẽadmodum alibi ipſe Paulus ſępe facit: *Benedictus* (inq̃t in ea, quæ eſt ad Epheſ.) *Deus et Pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui benedixit nos in omni benedictione ſpirituali, in cæleſtib.* Et Rom ſcribens: *Teſtis eſt n. mihi Deus, cui ſeruio in ſpiritu meo, in Euangelio filij eius, quod ſine intermiſsione memoriã veſtri facio in orationib. meis, obſecrans, &c.* Chriſti nempe edoctus hortatu, qui Luc. 18. ſemper dicit *oportere orare, & nunquã deficere;* Quod de orationis aſſiduitate, quoad tempus, intelligendũ non eſt, ſed quantum ad orationis actionem. Quo modo, ſẽper is orare dicitur, q̃ ſtatis temporib., orationi incumbit. Quẽadmodum orabãt Apoſtoli, qui *ad horã orationis Nonã aſcendebãt in templũ:* & D. Petr. *qui circa horã Sextã precationib. inſtabat.*

Perfectorũ hominũ charitas.

Epheſ. 1.

Rom. 1.

Quis ſemper orare dicatur.

Actor. 3. 10.

Si de orationis fine, Chriſti, de ſemper orando, pręceptum exponatur, (qui eſt, vt intellectus hominum aſſiduè bonum finem proſequatur,) ſic tandiu orat, quiſpiam, quandiu agit vt Deum aſſequatur: qua ratione, ſemper orat, qui omnes vitæ ſuæ actiones, in Deũ dirigit, nihilq́; molitur, quod eius diuinæ repugnet voluntati. Sic autem *orare*, eſt ſemper bene viuere, bene facere, bene operari. In qua ſignificatione, verbum, *orare*, videtur Eccleſiaſt. accepiſſe, cum dixit: *Non impediaris orare ſemper, & ne verearis vſque ad mortem iuſtificari, quia merces Domini manet in æternum.* Cum tamen Apoſtolus orationis facit mentionem, mentis ad Deũ ordinatæ eleuationem, cum qualium decentium tàm pro ſe, quã pro alijs, petitione intelligit; Ideo adiungit, ſe iugẽ Theſſalonicenſiũ memoriã facere apud Deum,

Quid oratione intelligat Apoſtolus.

quaſi coram Deo, qui humilium orationes ſemper exaudit, iugiter eorum neceſſitates proponeret: Qua ratione, illi, pro quibus orant Sancti, diuino conſpectui proponuntur: *Recordare*, ait Hieremias, *quod ſteterim in conſpectu tuo, vt loquerer pro eis bonum, & vt auerterem indignationes tuas ab eis.* Quem locum, B. Virginis benignitate freta mater Eccleſia, eidem Virgini Matri ſupplicando, ſolet in officio Miſſæ aptiſſima ratione, accommodare. Sic Moyſes, Exod. 32. c. dicebat: *Recordare Abraham, Iſaac, & Iacob*: Quaſi illud ſit in memoria apud Deum habere, quod ei per nos proponitur, licet Deus, eorum habeat memoriam, etiam antequam per nos proponantur, vt *qui vocat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt.*

Cur Deus à nobis orari velit. Multa ſiquidẽ vult à nobis Deus rogari, nõ ex ignorantia, ſed ex amore magno, quo nos proſequitur: nõ n. eſt petitio facta Deo, ſimilis ei, quæ fit hominib, quia quæ Deo fit, magnum eſt Dei ipſius beneficium: Nam oratio & petitio Deo facta, actus eſt supremę virtutis inter morales, nẽpe religionis, quæ dũ fit, multarum & inſigniũ virtutum actib. eſt comitata: fides inprimis exercetur; Nã qui petit, ab eo id fieri poſſe credit, à quo petit: Similiter & ſpes; nemo n. petit, niſi ſperans id iri factum, quod petit. Item Charitas: Diligitur enim, qui benefacturus creditur, & in quo ſperatur: Præterea humilitas, qui enim petit, ope alterius ſe indigere fatetur: Tandem patientia in expectãdo: Magnum ergo beneficium eſt oratio, quæ fit Deo, & hæc non ex nobis, ſed ex Deo, vt doctè notat Ambroſ. Eſt enim Deus, qui nos facit petere. Vnd fit, vt nemo petat à Deo, ſine fructu: Per orationẽ ſiquidẽ, vt auctor eſt Chryſoſt. Hómel. 23. in Matth. facit nos Deus familiares

Variæ & excellentes virtutes orationi adiunctæ.

Ambr. epiſt. 84 ad Demetriadẽ

liares

liares: cùm ſecundum Gregorium Nyſſen. in exhortat ad Orat. oratio colloquiũ quoddam ſit & conuerſatio cum Deo, ex qua conuerſatione, intellectus illuſtratur, iuxta Pſalm. 33. *Accedite ad eum, & illuminamini:* Affectus inflammatur, Luc. 24. *Cor noſtrum erat ardens in viâ, dum loqueretur nobis:* Gaudium ſpirituale anima concipit: Cantic. 1. *Introduxit me rex in cellam ſuam, exultabimus & lætabimur in te:* Potentiæ roborantur ad opera virtutum: Cantic. 1. *Curremus in odorẽ vnguentorum tuorum*; Homo componit ſuam vitam vt dignè ad Deum accedat. Quare, cum tantum ſit bonũ noſtra ad Deum petitio, merito Clemens Alexandrinus, lib. 7. Strom. dicebat, plus paratum debere eſſe hominem petere, etiamſi non impetret, quam impetrare non petendo; adeò eximium bonum eſt petitio, ſi rectè fiat. *Orationis præſtantia & eius fructus.*

Memores operis fidei veſtræ, & laboris, & charitatis, & ſuſtinentiæ ſpei Domini noſtri IESV CHRISTI. V.

Opus fidei, conſtantem Chriſti confeſſionem, Græci interpretãtur, quod vera & integra fides in eius corde eſſe non poſſit, cui externa confeſſio ſuo tempore, non acceſſerit, *hoc eſt autem opus Dei,* (cuius fidem receperant Theſſalonicenſes) *vt credatis in eum, quem miſit ille*; dicebat Dominus: Eſt autem *credere in eum, quem Pater miſit,* credere & confiteri, Ieſum eſſe Meſſiam: Quaſi adeò firmas, in Theſſalonicenſium cordibus, fidem egiſſe radices dicat Apoſtolus, vt ne rebus aduerſis euelli, nec proſperis potuerit obrui. *Quid ſit ſecundum Græcos, opus fidei.* *Ioan. 6.*

Alij interpretes, ex fide profecta heroica opera à Paulo dilaudari arbitrantur: Neq; enim, fidem, quæ *Aliorum, huius loci, interpretatio.*

nudis ſe verbis iactat, ſcriptura com̃endat; ſed actuoſam, operoſam, & negotioſam, quæ per charitatem longè lateq; ad Dei gloriam amplificandam, & proximi ſalutem promouendam, ſeſe latiſſimè extendit. *Quid enim proderit fratres mei*, inquit Iacobus, *ſi quis dixerit fidem ſe habere, opera autem non habeat? Nunquid poterit fides ſaluare illum?* Minimè; quia *fides, abſq; operibus mortua eſt.*

Quam fidem, ſcriptura commendet.

Iacob. 2.

Sepeliant itaq; mortui Lutherani ſuos mortuos, qui mortuæ fidei, omnia adſcribunt, cùm hic operis, laboris, charitatis & ſubſtantiæ Theſſalonicenſium causâ, ſe DEO gratias agere affirmet Apoſtolus, quæ viuam fidem conſequuntur, non inanem, & exſanguem, ſiue Lutheranam, quæ elumbis & nullius eſt momenti, aut vtilitatis. Nudæ enim fidei effecta non ſunt, patientia, longanimitas, dilectio, fiducia, timor, pœnitentia, quæ Spiritus ſancti dona, fructusq́ue dicuntur, eò quod charitatis præſidio, cooperante voluntate, Deus in homine ea operetur: Ex ſe enim, glorioſos & meritorios bonorum operum fructus ſola fides non operatur, licet eorum ſit radix & fundamentum, cui, cùm charitatis robur acceſſerit, otioſa eſſe non poteſt. Nam vbi charitas eſt, ibi otium, torpor, deſidia & pigritia non ſunt, vt auctor eſt Gregorius: quia charitas naturâ ſuâ operoſa eſt, quæ non feriatur & hebeſcit, ſed & *omnia ſuffert, omnibus prodeſt, & ſeruit, omnia ſuſtinet & diſſimulat:* Ideo dicebat alibi Apoſtolus: *Charitas Chriſti vrget nos*, (quando ſcilicet, hominis mentem, pectus, & ipſa viſcera intimius occuparit.) Eam enim tum premit, pungit, vehementes eidem ſtimulos addit, ardentes faces admouet, vt Chriſti amorem reciproco compenſet amore;

Lutheranorum fides mortua, elumbis & nullius momenti.

Sola fides ex ſe bonorum operũ fructus non operatur.

Gregor. Homil.

2. Cor. 13.

amore; quemadmodum Theſſalonicenſes, hoc loco, in exemplum adducit Apoſtolus, feciſſe; quos & Deum, in medijs calamitatibus fuiſſe confeſſos, & proximos *non verbo, aut linguâ tantum, ſed opere, & veritate dilexiſſe deprædicat.* Propterea enim, *opus, fidei*, adiunxit, quod opera, genuinam & veram fidem, comprobent, ſicut & *charitati laborem* ſociauit, eo quod charitatem labos, (vt dictum eſt) eſſe præſentem, oſtendat, ſicut denique *ſuſtinentiam ſpei* comitem fecit indiuiduam, cuius, vna malorum tolerantia & longanimitas, certa ſunt ſigna, indicia, & argumenta. *Tribulatio* ſiquidem *patientiam operatur, patientia probationem, probatio verò ſpem, ſpes verò non confundit, quia charitas diffuſſa eſt in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis.* *Iacob. 1.* *Rom. 5.* *Iacob. 3.*

Ante Deum, & patrem noſtrum. VI.

Variè id exponitur: Græci, hæc verba, voci *memores* coniungendo, hunc ſenſum reddunt: Gratias agimus, memóres ante Deum, & in conſpectu eius. *Græcorum huius loci expoſitio.*

Alij Paulum exponunt, quaſi dicat: Quodcumque agitis, videt omnia Deus; nec eum quicquam, latet eorum, quæ agitis,: Nam gratos habet labores veſtros, quibus ſuo Tempore, iuſtam vitæ æternæ mercedem rependet ac retribuet. *Alia explanatio.* *2. Cor. 7.*

Alij Theſſalonicenſium optimam intentionem, à Paulo dilaudari putant, quod vnius Dei intuitu, duros labores ſubeant & maxima diſcrimina patiantur, vt ei vni placeant, cui ſe per fidem viuam probârunt, non vt inde inanem gloriam aucupentur ab hominibus, quod ſimulatorum & Hypocritarum eſt *Alia explicatio*

proprium,

proprium, ſed vt patientiâ & longanimitate, Dei veritatem confirment, pro qua, tot mala ſuſtinebant. Verum enim id eſſe comprobant, pro quo, ſanguinem etiam, ſuum profundere, declarabant ſe eſſe paratos: vt ſileam, magno cultu & honore, eoſdem affeciſſe Deum, pro cuius gloria & veritate, tanta, & tam acerba patiebantur.

Alius, huius loci explicandi modus.

Alij, Chriſtum ante ſuum patrem, exantlatos fidelium ſuorum labôres, eidem gratos ſuis meritis, reddentem à Paulo deſcribi arbitrantur, Chriſtum enim, vt homo eſt, in cœlis orare pro nobis patrem, docent ſacri Doctores, Greg. Nazian. Orat. 4. Theol. Ambr. ad Rom. 8. in illud verbum (*qui etiam interpellat pro nobis*) Auguſt. Tract. 102. Vt enim in hoc ſæculo orabat patrem pro nobis, vt homo; ita & nunc in cœlis, donec redemptionis effectus omni ex parte compleatur, pro nobis interpellat. Et is eſt ſenſus illius ad Rom. cap. 8. & D. Ioannis: *Aduocatum habemus apud patrem, Ieſum Chriſtum, iuſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris:* Nam, agnus eſt ille Dei immaculatus, in quo pater omnium noſtrum peccata poſuit, cuius poſtea *liuore ſanati ſumus*, cum peccata noſtra mortis & paſſionis ſuæ pretio & litro perſoluto, in ſe recepit, & *pro delictis noſtris paſſus eſt ſuper lignum.*

Chriſtus, vt homo, pro nobis in cœlis patrem orat.

1. Ioan. 2.

VII. *Scientes fratres dilecti à Deo, electionem veſtram: quia Euangelium noſtrum non fuit ad vos in ſermone tantum, ſed & in virtute, & in Spiritu ſancto, & plenitudine multa.*

Alia Pauli

Aliam, in medium cauſam adducit, cur Deo tantâ religio-

religione, pro ipſis Theſſalonicenſibus, gratias agat, nempe ob Dei ſingularem miſericordiam, qua Theſſalonicenſes, ad Euangelij auditionem, præ cæteris, elegit, per quam ſalutis æternæ Spem firmam conſequi poſſint, qua ſpe deinde, certam ſuam electionem facere poſſent per bona videlicet opera. Quod ipſum, diuini in eos amoris maximum fuiſſe indicium teſtatur, Apoſtolus; quia hoc nomine, ſe quoq; Deo ipſi eſſe debitorem confitetur. Nam, etſi ex parte ipſorum Theſſalonicenſium cauſa aſſignari in genere non poſſit, cur præ Bithinienſibus eos Euangelici verbi voluerit Deus eſſe auditores, cum gratuitæ electionis ipſorum nulla ratio, in ipſis præceſſerit; ex parte tamen Dei, ratio non defuit, cur iſtos potius, quam illos præelectos, ad vitam deſtinârit, quamuis ea nobis ſit occulta, nec à nobis inueſtiganda.

gratiarũ, actionis ratio.

Diuini amoris indicium.

Act. 16.

Narrat D. Lucas Act. 16. quod cum vellet vnà cum ſuis proficiſſi in Bithiniam Apoſtolus, *non permiſit eos Spiritus ire. Vt autem viſum vidit, ſtatim quæſiuimus, inquit, proficiſſi in Macedoniam, certi facti, quod vocaſſet nos Deus Euangelizare eis. Eorum*, inquit Auguſtinus, *non miſeretur, quibus gratiam non eſſe præbendam æquitate occultiſſimâ, & ab humanis ſenſibus remotiſſimâ iudicat, quam non aperit, ſed admiratur Apoſtolus, dicens: O altitudo diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius.*

Cur Theſſalon. à Deo, præ cæteris electi.

Auguſt. lib. 1. ad Simpl. q. 2.

Dei enim ſapientia comprehendi ab humano intellectu non poteſt, qua ſupremo iudicio ſuo, rerum olim agendarum ordinem decernit, ordinans, quid, cui, quoue tempore, fieri velit. Tanta eſt enim iudiciorum Dei profunditas, vt ea nemo queat ſcrutari, multo minus comprehendere. Quod ſi quis ea temerè

Rom. 11.

Incomprehenſibilis Dei bonitas & ſapientia.

ac ſuperbè audeat ſcrutari, continget ei, quod ſcribit Salomon: *ſcrutator maieſtatis, opprimetur à gloriâ.* Occultæ ſiquidem ſunt diuinæ prouidentiæ diſpoſitiones ac diſpenſationes, quibus quoſdã per miſericordiam liberat & ſaluat, alios per iuſtitiæ ſuæ ſeueritatem reprobat. Et in epiſt. 150. ad Sixtum, idem S. Pater: *Cur* inquit, *illum potius quam illum liberet aut non liberet, ſcrutetur qui poteſt, iudiciorum eius tam magnum, profundum tamen caueat præcipitium.* Ex merâ ſiquidem gratiâ & miſericordiâ Dei, fuiſſe Theſſalonicenſes electos, amplificat, cùm ab eius vnâ voluntate eorundem electioné dependiſſe dicit, ſicut apertius Luc. 12. cap. Dominus teſtatur: *Complacuit*, inquit, *patri veſtro dare vobis regnum.* His enim verbis, pura Dei benignitas & miſericordia manifeſtatur, non vllis meritis veſtris præcedentibus; Sic etiam Ioan. 15. cap. *Non vos me elegiſtis, ſed ego vos elegi*; non, quia ſe Deus videat ab eis eligendum, ipſosq́; boni operis fructus allaturos, & in opere bono perſeueraturos; ſed præuenit & elegit, vt faceret & bene operantes, & in bono perſeuerantes. Quod ipſum ad Euangelij gratiam vocatis ſæpe admodum inculcat Apoſtolus. Ideo Corinthios monet, vt *videant ſuam vocationem.* Eodem modo, Coloſſenſes *vult indui, ſicut electos Dei, ſanctos, & dilectos.* Probat verò Theſſalonicenſium electionis moralem euidentiam ex prædicationis ſuæ efficaciâ, quia, *non ſermone tantum ad vos peruenit Euangelium noſtrum*, inquit, ſed etiam inprimis *ex virtute*, hoc eſt, ex ſignis, miraculis, & admirandæ virtutis operibus eſt confirmatum; deinde, *in Spiritu ſancto*, linguam ſcilicet mouente prædicatorum, atq; ad perſuadendum faciente diſertam, audientiumq́; aures aperiente ad aſſentiendum: Niſi enim vis diuina

Prouerb. 25.

Mera Dei gratia & miſericordia in hominum prædeſtinatione.

1. Cor. 1.

Theſſal. elect. moralis euidentia.

na, præcordiorum terram latenter præparet, ac poſtea det incrementum, fruſtra prædicator verba foris diſſeminat, inaniter Paulus plantat, in vanum verò rigat Apoſtolus.

Diuina Vis, in Prædicatione, neceſſitas.

Quidam interpretes, Spiritus ſancti donorum largitionem intelligunt hoc loco, viſibilem, quam ſuper credentes in primitiuâ Eccleſiâ contingebat, ſpectantibus omnibus diffundi; quemadmodum narrant Acta Apoſtolorum.

Interpretum quorundã alia expoſitio.

Alij *virtutem*, optimarum actionum ſalutaria exempla interpretantur, quæ magis ſępe mouent, quam ipſa externa prædicationis energia, in audientium aures immiſſa. Quod ait *in plenitudine*, ſignificat vel certitudinis indubitatum argumentum, ad confirmandam omnino veram eſſe Pauli prædicationem, cui tot tantaq; indicia & teſtimonia atteſtabantur, maximam Spiritus ſancti abundantiam, quæ Pauli ſequebatur efficacem prædicationem: *Scio autem*, (ſcribit Rom. c. 15.) *quoniam veniens ad vos, in abundantiâ benedictionis Chriſti veniam*: Quàm quidem donorum ſpiritualium *plenitudinem*, ita à Chriſto fideles ordinariè ſumunt, vt tamen non ſine legitimorum miniſtrorũ opera atq; labore, tanquam inſtrumento, ipſi non accipiant. *Gratias ergo agimus*, inquit, *ſcientes veſtram electionem* & certi, qualiter vobis Euangelium prædicauimus, *in virtute & Spiritu ſancto*, cum indubitatâ certitudine, quia non tam verbis, quam factis, eſtis teſtificati coram Deo & hominibus, *Euangelium eſſe virtutem, in ſalutem omni credenti.*

Hoc loco, Virtutis acceptio.

Plenitudinis ſignificatio.

VIII. *Sicut ſcitis, quales fuerimus in vobis, propter vos.*

Nec vos, ait, vitæ noſtræ latet vſus, ac conſuetudo, nec prædicationis noſtræ ſeries vos fugit, nec conuerſatio noſtra vobis eſt ignota, quâ ſcilicet ratione & conuenientiâ, in eam ſemper curam incubuerimus, vt veſtram vocationem in omni noſtrâ actione promotam iuuaremus, vt ſenſim de virtute in virtutem faceretis progreſſum, poſtquam manifeſtis indicijs conijciebamus, vos à Dei prouidentiâ & bonitate ſingulariter eſſe electos: Ex hoc enim, quod viriliter & animosè, Euangelij causâ, calamitates, conuitia, calumnias, & ingentia mala patientes, omnibus vos vna nobiſcũ habebamur tã oſtẽtui, quã deſpectui facilè poteratis diuinare, vos à Deo diligi, qui veſtræ cõmunis ſalutis causâ, nos ſuos miniſtros, tã dira & acerba ſinebat inter vos à fidei hoſtibus & tyrañis pati, tot laboribus, ærnumnis, cruciatibus, ac iniurijs exerceri. *Beati* ſiquidem illi prædicantur, *qui ſufferunt tentationem, quia cum probati fuerint, accipient coronam vitæ, quam illis repromiſit Deus, qui ex toto corde diligunt eum.*

Diuini in ſe amoris cognoſcendi, modus.

Deo enim familiare eſt, vt Eccleſiæ primores & miniſtros patientiæ, longanimitatis, & conſtantiæ donis, ad ſubditorum vtilitatem mirificiè cumulet; ſicut & ad dicendum, & ad imitationem & exercitationem perorandum, & ad perſuadendum quoque largitur non minus eloquentiam, quam fidem faciendi facultatem, quo facilius, citius, & promptius veritatem auditores diſpoſiti percipiant.

Dona, à Deo primoribus Eccleſiæ data.

Hinc

Hinc alibi ſcriptum eſt: *Non vos eſtis, qui loquimini, ſed Spiritus ſanctus qui loquitur in vobis*. Et Paulus: *Neque qui plantat, neque qui rigat eſt aliquid, ſed qui incrementum dat Deus*. Ita è diuerſo, ob ſubditorum malitiam, paſtorum prædicationem (ne fructum ſemper faciant) ſubinde ob audientium peccata & obſtinationẽ impedit, vt ex Marco patet, dicente, *Chriſtum alibi nullam facere virtutem propter inquilinorum incredulitatem potuiſſe*. Omnia, inquit Apoſtolus, quæ inter vos geſſimus, ad veſtrum commodum, ad veſtram vtilitatem, ad veſtram ſalutem, ad veſtrum profectum ſpiritualẽ geſſimus, vt inde gloria Dei maius ſumat incremẽtũ: Neq; enim ſua, ſed quæ Chriſti, quæ proximorum ſunt, quærebat gentium Doctor, vt inde ſempiterni numinis gloria, fideſq; credentium longè latèq; extẽſa fierent illuſtriora: In quam ſententiam, Corinthijs ſcribebat: *Omnia enim veſtra ſunt, ſiue Paulus, ſiue Appollo, ſiue Cæphas, ſiue mundus, ſiue vita, ſiue mors, ſiue præſentia, ſiue futura*. 1.Cor.3.

Et vos imitatores noſtri facti eſtis; & Domini, excipientes verbum in tribulatione multa, cum gaudio Spiritus ſancti. IX.

Dicit alibi veritas, *ſufficere diſcipulo debere, ſi ſit ſicut Dominus eius*, ne ſcilicet is melioris ſe conditionis eſſe exiſtimet, quam ille. Tales fuiſſe Theſſalonicenſes, vehementer commendat Apoſtolus, qui magiſtrum ſuum, in eo genere conſtanter imitati fuerant, in quo, Chriſti veſtigia ipſe magiſter eorum Paulus ſuo pede preſſiſſet; qui cum reliquis ſuis collegis, *ibat à conſpectu conſilij, gaudens, quod dignus fuiſſet habitus, pro nomine*

Theſſalonicenſes ſui magiſtri imitatores.

Act.5.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

1. Pet. 2. Luc. 24. Matth. 16. *Ieſu contumeliam pati.* Edocti enim fuerant, ſe vocatos à Christo, Apoſtoli; vt non tantum verbo, ſed & nobiliſſimo, & efficaciſſimo ipſius exemplo, quod Chriſtus in ſe ipſe exhibuerat, ipſi in corpore ſuo experiri tentarent, qui cum tantæ maieſtatis, gloriæq́; eſſet Dominus, qui nec cogitatione quidem, nec opere, nec ſermone peccaſſet, pati tamen prius voluiſſet, quam in ſuam gloriam intraret, vt omnibus ſui cultoribus, patientiæ exemplum præberet: Sed quale, ait Beda, exemplum? Tribulationum, non deliciarum, contumeliarum, flagellorum, dolorum, opprobriorum, ſpinarum, crucis, vulnerum, mortis, vt eum, eiuſque patientiam, & longanimitatem, fideles gnauiter imitentur. Christi ſiquidem ſententia eſt: *Qui vult venire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat crucem ſuam, & ſequatur me.*

Exemplum nobis à Chriſto relictum. *Luc. 16.*

Licet enim non ſine diſcrimine, imò in medijs, aduerſitatibus & ærumnis, Euangelij verbum fuiſſent amplexi Theſſalonicenſes, ſimul tamen eo gaudio videbantur geſtire, quaſi ad maiora quæque pericula ſubeunda, ſeſe animatos eſſe ſignificarent. Maiorem ſiquidem verbi diuini ſemen, omni credenti ad ſalutem, vim adfert, quàm aliud quoduis corruptibile, ad fructum corruptibilem producendum, etiam in bonam terram ritè iactum & radicatũ, quia verbum Dei, ſemen eſt, imò virtus, ſeu potentia ad beatitudinem conſequendam in omni corde, eo modo credente, quo credebant Theſſalonicenſes, qui verbum retinentes, *fructum maximum afferebant in patientia.* Nam ſicut Deus per ſemen terræ iniectum, operatur in ipſa terra, vt fructum afferat: Sic per Euangelium prædicatum, exercendo patientiam ſuam

1. Petr. 1. Luc. 8. Rom. 1.

Verbi diuini vis.

ſuam, ita in credentium cordibus agit, vt verbum auditum ſit illis ad ſalutem, & fructum afferat ſuo tempore, multiplicem. Euangelium ſiquidem, quod recte præparato credentis cordi penitus infixum eſt, ac velut in ſtomacho aliquo digeſtum, admirabilem potentiam ingenerat, ad hominem in melius commutandum: Nam ſicut imbre & humiditate creſcit aliquod alicuius arboris ſemen: ita Dei verbum tribulationibus, anguſtijs, calamitatibus, progreſſum maximum facit. *Euangelij effectus.* *Varia Verbi diuini nomina et eorum rationes.*

Hac de cauſa, *ignitum eloquium vehementer*, illud appellat Scriptura, quod eas amoris flammas excitet, quas *aquæ* tribulationum *multæ non poſſunt extinguere*: Dicitur, *& omni gladio ancipiti penetrabilius*, quod interna viſcera penetrans, intimos affectus mutet, & abditos moueat animi receſſus. Vocatur & *Lucerna lucens*, quia credentem tutiſſime dirigit in viam ſalutis & pacis. *Pſal. 18*

Item *animæ cibus*: *Neque enim ex ſolo pane viuit homo, ſed ex omni verbo, quod procedit de ore Dei*: In cuius virtute, credentibus poteſtas data eſt, ambulandi vſque ad mortem Dei? *Regnum enim Dei non eſt eſca & potus, ſed iuſtitia & pax, & gaudium in Spiritu ſancto*: non verò in mundo: Ideo, *omne gaudium exiſtimabant* Theſſalonicenſes, *cum in varias tentationes*, pro Chriſto & pro iuſtitia *incidiſſent*: audierant quippe, eos eſſe *beatos*, *qui perſecutionem paſſi fuiſſent propter iuſtitiam*; *quod ipſorum eſſet futurum regnum cælorum*. *Mat. 4.* *Rom. 14.*

Videntur quidem nonnulli Sectarij Theſſalonicenſium patientiã, virtutẽ & conſtantiam, eo ipſo imitari, quod flamnas etiam ipſas, fidei ſuæ, ſed erroneæ teſtifi-

teſtificandæ gratia, non refugiunt, quas hodie etiam ſibi gratulantes, ingrediuntur Anabaptiſtę, & alicubi, Lutherani inuſitata lætitia exultantes: ſed quia charitatis munere deſtituti ſunt, & ab Eccleſiæ regno exulant, nec à vero cœleſtis ouilis paſtore, paſcuntur in terra, à Chriſti quoque corpore myſtico, ceu membra putida, cenſeri debẽt auulſi, nihilq́; plane eſſe, putari. *Cremari*, ait Cyprianus, *poſſunt, ſed non coronari*: Nemo enim dubitat eſſe veritati conſentaneum, quod Apoſtolus ſcribit Corinthijs: *Si tradidero corpus meum, ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt*: quaſi diceret: Si corpus meum tradidero, vt viuens ardeam, & viuus comburar, haud magnum ex ea re lucrum ſpero, ſi Eccleſiam non audiero, etiamſi fuero profeſſus, charitatis interim facibus non fuero accenſus.

Sectariorũ pro fide ſua, tormẽto patientium, nullius meriti patientia.

1. Corinth. 13.

X. *Cum gaudio Spiritus ſancti.*

Quia per Spiritum ſanctum, diffunditur charitas in cordibus noſtris, *Charitas*, autem *gaudium parit*, illud videlicet, de quo Dominus dicit, *& gaudebit cor veſtrũ, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis*; Ideò Theſſalonicenſium virtutem & conſtantiam, ex eo ſingulariter commendat, quod in medijs tribulationibus, Apoſtolo prædicante, Chriſti fidem recipiendo, eamq́ue profitendo, etiam ſpiritualis gaudij clariſſima argumenta edidiſſent; Non quidem gaudij impiorum & infidelium, quod inane, fugax, & fucatum eſt, ſed *gaudio Spiritus ſancti*, quod ex charitate proficiſcitur: Quia, *charitas*, ait Paulus, *non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati*. Et alibi: *Fructus*, inquit, *Spiritus eſt charitas, gaudium, & pax*. Hæc enim

Gaudij ſpiritualis commendatio.

1. Corin. 13.
Galat. 5.

tria,

tria, ſeſe indiuidua ſocietate comitari, ſæpe docet Apoſtolus; & id apertè, in ea, quæ eſt Romanis ſcripta, vbi dicit, *Regnum Dei non eſſe eſcam & potum, ſed iuſtitiam & pacem, & gaudium in ſpiritu ſancto.* Cum vero iuſtitia ſit recta voluntas redendi vnicuiq; quod ſuum eſt, ſicut iniuſtitia, cauſa eſt diſcordiarum & perturbationũ in humana ſocietate; ita cultus & adminiſtratio iuſtitiæ, tàm priuatim, quàm publice, cauſa eſt pacis & trãquillitatis: Vnde, pacem rectè nominauit Eſaias *opus iuſtitiæ.*

Rom. 14.

Quid ſit, iuſtitia.

Eſa. 32.

Gaudium verò, de quo Apoſtolus hic loquitur, refertur ad modum, quo iuſtitiæ opera facere oportet, prompte ſcilicet, & cum voluntate, & gaudio. Nemo enim, vt docet Ariſtoteles, lib. 1. Ethic. eſt iuſtus, qui iuſtitiæ operatione non gaudet. Sicut namque vmbra ſequitur corpus, in luce poſitum; ita gaudium & voluptas, hominis actionem conſequuntur, cum virtute ſiue iuſtitia, perfectum, ſicut de Theſſalonicenſium patientia, & in ſuis actionibus conſcientia, lætitiaq; hoc loco probat Apoſtolus. Et ſanè eodem Spiritus ſancti gaudio, ad Theſſalonicenſium imitationem, repletus beatus Laurentius, craticulæ ardenti ſuperpoſitus, impio tyranno inſultabat, cuius ſpiritualis gaudij cupiditate incenſi iuſti homines in officio diuino, precantur Dominum, vt excitet in ſua Eccleſia Spiritum, cui beatus Laurentius Leuita ſeruiuit, vt eodem repleti, ſtudeant amare, quod amauit, & opere exercere, quod docuit. Quo modo, Spiritu exultans B. Tiburtius, roſas reputabat candentes carbornes, quibus ſuperambulare iubebatur.

Summum Spiritus S. in B. Laur. & alijs gaudium.

XI. *Ita vt facti ſitis forma omnibus credentibus in Macedonia & in Achaia.*

Singulare hoc eſt encomium, quod breui tempore, tantum perhibet Apoſtolus, ſe Doctore, Theſſalonicenſes in religione Chriſtiana profeciſſe, vt ipſi etiam adhuc tyrones, in rudimentis quodammodo diſcendo, potuerint alios, & magiſtri, & ſimul diſcipuli gnauiter docere. Cum enim, Luca teſte, ſumma auiditate & facilitate, Dei verbum, recepiſſent, ea humilitatis, modeſtię, pietatis, & patientiæ ediderant ſpectantibus vicinis municipibus, exempla, vt eorum vitam Macedones & Achaici, talem eſſe viderent, ad cuius exemplum & ſimilitudinem, tutò ſuam poſsét extemplò compoſitam effingere. Tales enim ſeipſos exhibebant ſtudio bonorum operum, malorum tolerantia, patientiaq́; , vt omnes alij haberent, quod & in ipſis laudarent, & ſimul libenter imitarentur. Hoc enim conari fideles debent, vt alijs, ſic ſuo ipſorum exemplo præluceant, quo alios quoque ad pietatem, ad probitatem, innocentiam Chriſtianam, & ad honeſta ſtudia inuitent. Vitæ ſiquidem verè credentium integritate, Euangelij doctrina redditur vicinis ciuitatibus & locis ſpectata, maximeq́; probata.

Theſſalonicenſium ſingulare encomium.

Plurimum proinde refert, primarias vrbes optimis paſtoribus, Epiſcopis, & religioſis hominibus eſſe inſtructas; quod *nihil proſit aliques*, ait Hieronymus: *eſſe exercitatos in dicendo, & ad loquendum triuiſſe linguam, niſi exemplo plus docuerint, quam verbo.* Vſus enim docet, nihil eſſe tam œconomiæ Chriſtianæ noxium, quam ſi homines, corruptis moribus & vitijs publicè ſeruientes, præcipuarum ciuitatum Eccleſijs præſint: Nam eorum

Maxima, bonorum Eccleſiæ paſtorib. datorum explicatio.

eorum vitæ, quædam expreſſę imagines, in vicinas quaſque vrbes, regiones, & denique in totum agrum, omniaque confinia transfunduntur. Ideò Doctores, & Paſtores, qui ad ædificationem myſtici corporis Chriſti, dati ſunt, ab ipſo Chriſto Domino nominantur *ciuitates*, quia abſcondi prorſus non poſſunt: Atq; etiam montes, & turres, & ingentia ædificia, quæ omnium oculis & conſpectibus ſpectantur, ſæpe eoſdem S.S. Scriptura appellat. Quibus metaphoris, cautè voluit primarios Eccleſiæ cuſtodes Chriſtus ita viuere, ne quid in omni vita deſignarent, quod quenquam poſſet offendere: Eos enim, vt vrbem ſupra montem ſitam, latere non poſſe dicebat, ſicut eos, nec eſſe *Lucernæ ſimiles ſub modio, ſed ſupra candelabrum poſita*, quæ non poſſit non ab omnibus conſpici, quẽadmodum Philippenſes admonebat Paulus: *Vt eſſent ſine querela, & reprehenſione in medio nationis prauæ atque peruerſæ. inter quos* lucerent, ſicut luminaria in mundo: Sic & Diuus Petrus: *Cum modeſtia & timore conuerſationem habentes bonam, vt in eo quod detrectant nob, confundantur, calumniantur noſtram bonam in Chriſto conuerſationem.*

Variorum nominũ, Eccleſiæ paſtorum ſtilitatu.

Ipſi ſcitis, ait Paulus, in poſteriore ſua epiſtola, *quemadmodum oporteat imitari nos, quoniam non inquieti fuimus.* Scitum enim eſt illud Poëtæ: Omne animi vitium, tanto conſpectius in ſe eſt, Quanto qui peccat.

(:o:)

XII. *A vobis enim diſſamatus eſt ſermo Domini, non ſolum in Macedonia, et in Achaia, ſed in omni loco, fides veſtra, quæ eſt ad Deum, profecta eſt, ita vt non ſit vobis neceſſe quicquam loqui.*

Diſſamandi vocis ſignificatio.

Vox *diſſamandi*, licet frequenter alterius famæ denigrationem ſiue detractionis proximi peccatum ſignificet, Auguſtinus tamen, poſt Scripturam, pro diuulgandi verbo ſæpe eam vſurpat vt idem ſignificet, quod longè latèq; ſpargi, euulgari, diſſeminari, propalari. Quo modo Matth. 9. ſumitur: *Diſſamauerunt eum in tota terra.* Marc. 1. *Et diſſamare ſermonem.* Dicit ergo Paulus; ex ingenti & inſigni conſtantia & malorum patientia Theſſalonicenſium, Chriſti Euangelium, non ſolum Achaiam, & Macedoniam peruaſiſſe, ſed quod eorum fides in Deum, per omnem circumquaque regionem, profecta peruenerit: ita vt ad illorum imitationē, plurimi per verbum Dei conuerſi, ab eis ſumpſerint occaſionem, etiam pro ipſa Chriſti doctrina, atrociora pati ſuplicia.

Verba, *in omnem locum,* hyperbolica ſunt, quemadmodum illa cap. 1. ad Rom. quorum, *fidem*, dicit *annuntiari* in vniuerſo mundo, ſicut Luc. cap. 2. dicitur Auguſtus, *vniuerſum mundum*, pro mundi magna parte deſcripſiſſe. Et Actor. cap. 2. *habitaſſe viri*, dicūtur *religioſi, ex omni natione, quæ ſub cælo eſt:* cum tamen ibi certæ nationes exprimantur, quæ ex toto orbe non erant.

Cum ſe res itaque ſic habeat, inquit, prædicandi neceſſitatem nullam video mihi in vicionioribus ditionibus incumbere, quæ optimè, à vobis ſe didiciſſe fidem reſpondent, quæq́; ſunt ad ſalutem neceſſaria, ſe ſcire gloriantur, veſtro exemplo & luculentis documentis edoctæ. Fama enim iſta, & conuerſatio veſtra, ait, prædicatio eſt. Solo ad perſeuerantiam cohortatore illis vicinis veſtris opus eſſe arbitror, non alicuius magni & ſingularis Doctoris, Apoſtoliq́; prædicatione, aut monitu, vt in ijs ſeſe totos pergant diligenter exercere, quæ veſtro exemplo, ſanctè & religiosè didicerunt. *Senſus Paulinæ ſententiæ.*

Alij, alium ſenſum facientes, ad ipſos Theſſalonicenſes dirigi ſermonem exiſtimant, quaſi dicat Apoſtolus, ſibi opus non eſſe, vt illorum fidem & conſtantiam magnoperè aut commendet, aut prædicet, quæ ſeſe ipſam latè longèq́; antea extenderit. In quam ſententiam, videtur Corinthijs ſcripſiſſe: *Nunquid egemus, ſicut quidam, commentatitijs epiſtolis ad vos, aut ex vobis? Epiſtola noſtra vos eſtis ſcripta in cordibus noſtris, quæ ſcitur, & legitur ab omnibus hominibus.* *Alia huius loci expoſitio.* *2. Corinth. 3.*

Ipſi enim, de nobis annunciant; qualem introitum habuerimus ad vos: & quomodo, conuerſi eſtis ad Deum, à ſimulachris, ſeruire DEO *viuo, & vero.*

Senſus eſt: Sic à vobis edoctæ ſunt vicinæ regiones, de meo ad vos acceſſu, vt recitare nouerint, qua facilitate & beneuolentiā, omnibus aliâs odioſiſſimū me, non modo receperitis, ſed & qua attentione, docenti prædicantiq́; non ſine maximo etiam vitæ ve-

ſtræ periculo, aures prœbueritis: Pietatis veſtræ ſtudium ſingulare, innocentia & longanimitas loquuntur, quâ auiditate, *de vanâ veſtra cõuerſatione paternæ traditionis, ad Deum viuum & verum ſpretis gentium ſimulachris* (quę dij dicuntur, & non ſunt dij) *eſtis conuerſi*: Nam quæ antea Theſſalonicenſes ſectabantur, nihil vel ſyncerę virtutis, vel ſolidæ fœlicitatis afferebant, quantumuis hominibus cœcis, ſtupidis & hebetibus, plurima maximaq́; promittere viderentur. Viuebant enim antea ſecundum carnem, in vitiorum ceno, ſecundum veterem & corruptum hominem; quæ vita, in damnatis terrenæ & animalis naturæ operibus, iuxta Pauli ſententiam conſiſtebat, quæ veri Dei ſcientiam ignorans, cœleſtem ſapientiam comprehendere nequaquam poterat, aut oculos ad cœli palatia tollere. Ea enim, ab infidelibus parentibus & proauis gentilium, longâ ſerie obſeruata, filijsq́; per manus tradita, tanquam bona & honeſta, religiosè obſeruabantur: Ideo dicit, eiuſmodi D. Petrus, fuiſſe *ſicut oues erantes*, ſed quæ, docente Apoſtolo, *fuerant poſtea conuerſæ ad paſtorem & epiſcopum animarum ſuarum*: adeo, vt qui labentis & prætereuntis mundi incolæ, Sathanæ manicipia, carnalium voluptatum ſectatores, & idololatræ fuerant, tunc *ciues ſanctorum, & Dei eſſent domeſtici* effecti, nempe fide diuinitatis, & myſterij diſpenſationis aduentus Chriſti Domini, vt primum ſcilicet, *in verum Deum, & in* IESVM CHRISTVM *crediderunt*. His enim duobus articulis, ſumma Chriſtianæ religionis continetur, nempe veritate diuinitatis & myſterio incarnationis Chriſti, per quam redemptio, & conuerſio à ſimulachris eſt perfecta, ſine

1. Petr. 1. *1. Corinth. 9.*

Theſſalon. ante conuerſationẽ vita qualis.

Gal. 5.

1. Petr. 2.

Totius Chriſtianæ religionis, ſumma.

ſine qua fide, nemo vitam habet æternam, iuxta Chriſti ſententiam: *Hac eſt enim vita æterna, vt cognoſcant te ſolum Deum verum; & quem miſiſti,* IESVM CHRISTVM. *Ioan. 17.*

Deũ porrò hoc loco, ſicut & alibi ſępe, *verũ* appellat, vt *ſimulachra gentium, argentum, & aurum, opera manuum hominum,* excludat: Euangelium ſiquidem, quod Paulus prædicabat, non eſſe alium Deum, præter patrem Domini noſtri Ieſu Chriſti, filium, & Spiritum ſanctum, reuelabat. *Idolum* autem *ſcimus*, ait alibi Paulus, *quia nihil eſt*, cum è diuerſo, Deus noſter viuus ſit, id eſt *fons vitæ*, in quo animo & corpore *ſumus, & viuimus, & mouemur,* quia Chriſtus in carnem veniens, abditum hoc myſterium, humano generi clarè aperuit: Hinc Matth. 22. Deus Abraham, &c. non mortuorum; ſed viuentium Deus dicitur; Ideo ſe iure *viam, veritatem, & vitam* appellat. *Viam* quidem, quia à ſimulachroum cultu, ad veri Dei religionem, à peccato ad iuſtitiam; ab hoc ſæculo, ad æternam vitam tranſitur, nempe fide in ipſum, & obſeruantiâ mandatorum ipſius: *Per ipſum enim habemus ambo acceſſum in vno ſpiritu, ad patrem.* Vnde rectiſſimè Auguſtinus, *homini*, inquit, *eſt iter ad Deum, per Deum & hominem, qui Chriſtus eſt*: qui & *veritas* appellatur, ideo, quod inſtar ſimulachrorum, nec mentiatur, nec fallat, aut decipiat, ſed quæ in ſinu patris vidit, annunciet, & deinceps quæ promittit, impleat ac præſtet, & quæ denique vera ſunt, errorum tenebris excuſſit, in mediũ proferat: Quia verò fidei causâ, miſerè afflictos ſuſceperat cõſolandos ſępe *vita reſurrectio &c. filius Dei viui* dicitur:

Deus, cur ab Apoſtolo verus dictus.

1. Cor. 8.

Cur ſe Chriſtus viam, veritatẽ, & vitam, dicat

Auguſt. lib. de ciuit. Dei 9. cap. 2.

Ioan. 5. dicitur: Imò, ad hoc ſe *in mundum* alibi *veniſſe* dicit, *vt homines vitam habeant, & abundantius habeant.* Ideò ſubijcit Apoſtolus.

XIV. *Et exſpectare filium eius de Cœlis.*

Qui nempe, vitam in hoc ſæculo gratiæ, verè credentibus largitur, vt æternam, in futuro conſequantur. Vita ſiquidem gratiæ, adhuc pro hoc ſtatu, imperfecta viuunt iuſti, dum hîc *peregrinantur à Domino*, perfectionem tamen & clariorem in ſequenti, Dei gratiâ, Chriſtiq; & propriis ſuis meritis, adepturi; beatam ſcilicet, & immortalem in gloriâ, quando ſempiternis & immortalibus bonis, tam in animo, quàm in corpore perfruentur. Ad hunc enim vnicum finem, venit in mundum *fons vitæ* Chriſtus Dominus, *vt qui credit in eum, non pereat, ſed habeat vitam æternam.* Cum in hoc Chriſtianorum tota ſpes collocata, & omnis fiducia ſita ſit, quod Redemptorẽ obuijs vlnis, ſuâ cum mercede ſuo tempore expectent de cœlo, (iuxta ſymboli formulam,) venturum & redeuntem quem impij, crudelem & acerrimum iudicem meritò tremebundi nõ modò formidant, ſed & abominantur: Iudicis enim tremendi minacia verba ſunt: *Ibunt hi in ſupplicium æternum: iuſti verò in vitam æternam.* Sunt enim homines pij & Deum timentes, ijs ſeruis ſimiles, qui diligenter vigilant, *exſpectantes Dominum ſuum, quando reuertatur à nuptijs*: Qui, & prudentes illas virgines imitantur, *quæ ſumptis cum oleo bonorum operum lampadibus, obuiam ſponſo & ſponſæ* dies ac noctes *procedunt*, vt antequam ianua claudatur, introire poſſint cum vtroq; ad nuptias. &c. Qualium videtur Eſaias meminiſſe, cùm dixit: *Deus iudicij Dominus; beati omnes, qui exſpectant eum.* Et Apoſtolus: *Oportet nos omnes ſtare ante tribunal*

Chriſti,

Marginal notes: *Iuſtrorum, huius & futuri ſæculi, vita.* — *Ioan. 3.* *Chriſtianorũ, ſpes.* — *Luc. 12.* *Matth. 25.* — *Eſai. 30.*

Chriſti, vt vnusquisq; recipiat prout geßit in corpore, ſiue bonum, ſiue malum & in ea, quæ eſt ad Titum cap. 2. *Vt abnegantes impietatem & ſecularia deſideria, ſobrie, pie, & iuſte viuamus in hoc ſæculo, expectantes beatam ſpem & aduentum gloriæ magni Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti.* Quia verò dicere Theſſalonicenſes poterant, quomodo Chriſtum exſpectabimus, qui cruci affixus, mortuus eſt? Ideo ſubijcit.

Quem reſuſcitauit ex mortuis IESVM. XV.

Quaſi diceret: *Chriſtus quidem mortuus eſt propter delicta noſtra: ſed reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.* *Rom. 4.* Nam licet Chriſtus eſt mortuus, & redemptionis noſtræ pretium perſoluit; niſi tamen à mortuis reſurrexiſſet, non credidiſſemus, eum fuiſſe filium Dei, & Saluatorem mundi. Propterea vero amplectimur eius fidem, & per eam iuſtificamur, quia credimus eum reſurrexiſſe: Nam per eius reſurrectionem, adducimur ad fidem, per fidem ad iuſtificationem: Quemadmodum prioris ſuæ epiſtolæ cap. 1. videtur expreſſiſſe D. Petrus: *Qui* (Deus pater) *ſecundum miſericordiam ſuam magnam, regenerauit nos in ſpem viuam per reſurrectionem Ieſu Chriſti ex mortuis:* Quia ſicut Chriſti reſurrectio generat in animis hominum ſpem viuam æternæ hæreditatis, ita quoque adducit homines ad fidem, & per hanc ad iuſtificationem animi; Atque hoc eſt, quod alibi dicit Apoſtolus. Quod licet *crucifixus ſit ex infirmitate; ſed viuit ex virtute Dei.* Quæ enim homines de Chriſto & Deo debilia & ridicula ſunt arbitrati, fortiora & ſapientiora fuere, quam ipſi homines ſic arbritrantes eſſent aut viderent aut æſtimarent

Reſurrectionis Chriſti, ſumma virtus.

2. Corinth. 13.

narent. Chriſtus ſiquidem cruci affixus, licet mundi ſapientibus ridiculus & imbecillis reputaretur, robuſtior tamen & potentior erat hominibus, qui mortis imperium vel potius tyrannidem ſua morte deſtruens, dæmonis audacia & potentia compreſſis, mortuos ad vitam ſuſcitabat: Nam etſi ſecundum naturam aſſumptam (quæ communibus naturæ miſerijs obnoxia fuit (abſque tamen peccati fomite) reipſa exhiberet certa infirmitatis argumenta; perſona tamen diuina, quæ naturam illam ſuſtentabat, virtutem ſuam, cùm opus eſſet, exercebat, cum eadem tamen manens, expugnari nullâ ratione poſſet.

Chriſti licet ex infirmitate paſſi, ſumma potentia.

Cum enim maximè imbecillis & abiectus eſſe Chriſtus ſecundum humanitatem, putaretur; hoc ipſo, maximè validus & potens eſſe conuincebatur, quod talia, patiendo, eiuſmodi virtutem & potentiá ex naturâ diuinitatis declararet, quæ vnita mortalis carnis humilitati eum non permitteret in morte detineri, iuxta q; prædixerat. Regius Vates: *Non dabis ſanctũ tuum videre corruptionem.* Et poſtea Apoſtolorum princeps: *Non potuit detineri vinculis mortis*; nam ijs diſruptis, propriâ virtute ad vitam ipſemet ſeſe ſuſcitauit. Chriſtus enim, vt DEVS, reſurrectionis noſtræ cauſa ſuprema & effectrix eſt, qui *ſicut Pater, mortuos, quos vult, viuificat,* Nam licèt mortuus fuerit ſecundum carnem, ſe tamen facilè potuit ad vitam reuocare, cum ille *Dominus eſſet, qui mortificat & viuificat, deducit ad inferos, & reducit.* Eſt enim DEVS, prima cauſa ſuſcitandi mortuos ad vitam; ideò Chriſtum dicitur (ſecundum humanitatem nempe) ſuſcitaſſe ex mortuis. Nam Chriſtus, vt homo, hominum liberationem, ſuo merito & iuſtitiâ, â morte & corruptiono,

Pſalm. 15.

Actor. 2.

1. Reg. 2.

Quomodo Deus pater Chriſtum à mortuis, ſuſcitarit.

ruptione, apud cœleſtem patrem obtinuit: quia ſicut Adam ſuo demerito & inobedientia, totam ſuam poſteritatem acerbæ & ineuitabilis mortis legi ſubiecerat; ita Chriſtus, ſuâ obedientiâ, omnes à morte reuocauit, vt cuius humanitas, inſtrumentum & organum quoddam diuinitatis fuit, per quod miracula, & diuinę virtutis opera patrans, ſeq́;, alioſq́; ad vitam reuocabat; qua ratione, & in die iudicij, omnes eſt ſuſcitaturus, ſecundum quam carnem, eſt & gloriæ iuſtorum exemplar, & typus reſurrectionis; quemadmodum docet Apoſtolus cum dicit, eum reformaturum *corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ*: Ideo ſe *reſurrectionem & vitam* appellat, quod vtriuſq́; cauſa ſit, & princeps effector: Cuius inditio & virtute, ſe Dei naturalem eſſe filium ſępe comprobat; vt cum ſe dicit *poteſtatem habere ponendi animam ſuam, & eam iterum reſumendi*; cùm ſe *diſſolutum corporis ſui templum, intra triduum poſſe reædificare* gloriatur. Vnde cap. 1. eius, quę Romanis ſcripta eſt, Chriſtus Dei filius demonſtratus & promulgatus poſt eius reſurrectionem, qua à mortuis reſurrexit: aſcendens enim paulo poſt in cœlum, miſit Spiritum ſanctum, cuius virtute & potentia inceperunt diſcipuli Chriſti diuinitatem demonſtrare.

Athan. ſerm. 4. contra Arrian.

Philip. 3.
Ioan. 11.

Rom. 1.
Ioan. 2.

Reſurrectionis hic facta mentio, videtur argumenti totius epiſtolæ ſeminarium continere, quo viam ſibi ſternat Apoſtolus, ampliorem de reſurrectione, poſterius agendi, & tractandi. Adiunxit proprium nomen, nempe Iesvm, vitę tam ſpiritualis, quam corporalis auctorem, vt *qui ſaluum fecerit populum*

Reſurrectionis mentio, argumenti huius epiſtolæ ſemin.

Matth. 5. Rom. 5. *lum ſuum à peccatis eorum*, quæ peccata, mortis vtriuſque cauſa fuerunt, quia *per peccatum mors introiuit in orbem terrarum*, vt ait Apoſtolus.

XVI. *Qui eripuit nos ira ventura.*

Græcorũ huius loci lectio, probatur.

Græci, melius legentes in præſenti verbum *eripit*, notant redemptionis noſtræ aſſiduum, iugem, & ſemper durantem fructum hoc verbo ſignificari, vt qui, ſicut ab initio mundi cæperit, (*agnus enim occiſus eſt ab origine mundi*) ita vſque ad iudicij diem, ſit duraturus, ſi modo homines in luce ambulantes, ſecundum Spiritum, ita viuere perſeuerauerint, vt *abnegantes impietatem, & ſæcularia deſideria ſobriè, piè, & iuſtè in hoc ſæculo viuentes, iram venturam declinent*: à qua quidem ſe, nemo liberare poteſt, niſi per fidem in Chriſtum, viuam: Nam ideò ſuper homines dicitur alibi, *ira Dei manere*, vt ſignificetur, peccatores non poſſe diuinam euadere vindictam, nec vires habere, liberandi ſe ab ea ira Dei. *Non dicitur ira Dei manet in eo*, ait Chryſoſtomus, *ſed ſuper eum*, hoc eſt, nunquam ab eo diſcedet: Nam *qui incredulus eſt filio, non videbit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum*, ait Domini præcurſor id eſt, iudicium damnationis ſubibit. Chriſtus enim ad homines veniens, omnes peccato obnoxios, & iræ filios inuenit: Qui crediderunt, ſunt liberati à peccato, & ab ira diuina, inquè Dei gratiam, & ad vitam æternam ſunt perducti; non credentes verò, ſub ira & peccato veteri manſerunt, à quibus non

Ioan. 3.

liberan-

liberantur, ſed lege tenentur damnationis, quam *iræ* vox ſignificat. in eo enim ſenſu, ex Sophonia Propheta canit Eccleſia Catholica, in officio Defunctorum: *Dies illa, dies iræ, calamitatis & miſeriæ, dies magna & amara valde.* Soph. cap. 1.

Qui igitur, in Chriſto, per viuam fidem, non viuificantur, non ſolum ab ira non eripiuntur ventura, ſed etiam vita priuantur. Sicut enim æneus ſerpens à Moyſe exaltatus eſt, vt morſu ſerpentum ignitorum ſaucij, eiuſdem aſpectu ſanarentur; Sic Chriſtus carnē ſumpſit, in qua & mori voluit, propter peccata hominū, vt à peccatis, & propter peccata, ab ira commerita liberarentur. Quemadmodum verò in ſerpentem aſpicere nolentes, non effugiebant mortem; ſic, qui in Chriſtum fide viua noluerint credere, venturam iram non effugient. Ideo toties orabat Dauid: *Domine ne in furore tuo arguas me, neque in ira tua corripias me.* Vbi *ira*, non pro aliqua, aut paſſione, aut animi ęgritudine, quæ in Deum neutiquam cadit *(cum apud eum nō ſit mutationis obumbratio)* ſed pro irę effectu, nempe pro rigoroſo ſeuerę vltionis iudicio, & terribili iuſtitiæ declarandæ ſeueritate, ac vindicta, ſumitur, quam Matthæus, *ſupplicium, & ignem æternum, tenebras exteriores, gehennam, dentium ſtridorem, & fletum* appellat; quem demum increduli, tùm experientur, cùm Dominus ad iudicandum veniens, *abſcondita tenebrarum illuminaturus, ſecreta cordium reuelabit.*

Per Chriſtum homines ab ira diuina liberantur.

Ioan. 3.

Pſal. 6. 37.

1. Corinth. 4.

Quomodo autem Chriſtus Dominus ab ira ventura nos eripiat, cap. 1. eius, quæ eſt ad Rom. declarat Apoſtolus, dicens, *in Euangelio reuelari irā Dei, ſuper omnem impietatem, & iniuſtitiam hominum eorum, qui veritatem Dei, in iniuſtitia detinent.* Quaſi dicat: Euangelium,

Quomodo Chriſtus ab ira ventura, homines eripiat.

cuius auctor eſt Chriſtus Dominus, declarare futurum primo, vt in die iudicij, Deus oſtendat iram & vindictam ſuam aduerſus peccatores & impios, qui Euangelio ſuo credere, & obedire noluerunt, per quod, facile liberari potuiſſent ab ea ira, quam venturam hic prædicit Apoſtolus. Tunc clariſſimè virtus & potentia Dei eniteſcet, omnes mortuos reuocantis ad vitam, atq; omnium merita diiudicantis, æterniſq; ſupplicijs peccatores condemnantis: Secundo Chriſtus per ſuã doctrinam, vbiq; declarat & manifeſtat omnes homines eſſe peccatis mancipatos, ac ideò iræ & vindictæ Dei obnoxios.

Cùm ergò neq; nudis mortalium meritis, nec liberi arbitrij operibus poſſit contingere iuſtificatio coram Deo, neceſſe illi eſt, vt ad Dei miſericordiam confugiat, quæ per Chriſti fidem, duntaxat obtineri poteſt, & apprehendi. Ideò dicitur ab ira ventura nos Chriſtus eripere, quia inprimis, docet remedia certa & expedita, ad eandem iram venturam euitandam, & declinandam. Primum enim, ipſe cum ſuo Præcurſore, docuit pœnitentiam, per quam homines illam iram poſſint euadere. *Niſi pœnitentiam*, inquit, *habueritis, omnes ſimiliter peribitis.* Deinde Sacramentis, inſtitutis tanquam remedijs, ſcelerum morbos curare docuit eorumq; efficacitatem declarauit, quibus amiſſa ſalus, ijſdem Sacramentis ritè ſuſceptis, poteſt recuperari: *Qui crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Qui manducat hunc panem, viuit in æternum. Pœnitentiam agite, & appropinquabit vobis regnum cœlorum.* Tertio, morte & paſſione ſua, abundantiſſimè Chriſtus Dominus ijs omnibus peccatorum remiſſionem à cœleſti patre promeruit, qui ſe fide viua, eorum participes, iuuante

Remedia cont. irã venturam, nobis a Chriſto data.

Marc. 16, Ioan. 6.

Deo,

Deo, facere voluiſſent; ideò, & nos dicitur eripere ab ira ventura, ſiue vindicta, quam ingentem, & longè grauiſſimam, extremo demum iudicij die, declarabit, quum de cœlo deſcendens in flamma, cum Angelis virtutis ſuæ peccatores ſempiternis mactaturus eſt ſupplicijs, iuſtis in æternam vitam perductis, quemadmodum Matth. cap. 25. ſcriptum eſt: *Ibunt hi in ignem æternum, iuſti autem in vitam æternam*, quia ſicut iam eſt tempus miſericordiæ erga peccatores; ita tunc erit tempus vltionis, & vindictę eorum, nec erit tempus, vel agendi pœnitentiam, vel exhibendi peccatoribus miſericordiam, & indulgentiam, cum illa dies ſit tempus futurum iuſti iudicij Dei, quo omnium hominũ facta, dictaq; omnibus nota & aperta ſunt futura, vt author eſt Apoſtolus, ad Rom. cap. 2 Tunc enim reuelabitur, & intelligetur, quam fuerint ſemper iuſta Dei iudicia, quæ nunc tamen multi non putant eſſe iuſta.

Quodnam ſit ventura ira tēpus?

CAPVT II.

NAm & ipſi ſcitis fratres introitum no- 1.
ſtrum ad vos, quia non inanis fuit: * 2.
ſed ante paſſi multa & contumelijs affecti
(ſicut ſcitis) in Philippis, fiduciã habuimus
in Deo noſtro, loqui ad vos Euangelium
Dei in multa ſolicitudine. * Exhortatio e- 3.
nim noſtra non de errore, neque de immũ-
ditia, neque in dolo, ſed ſicut probati ſumus

à Deo

& nos gratias agimus Deo ſine intermiſſio-
ne, quoniam cum accepiſſetis à nobis ver-
bum auditus Dei, illud non vt verbum ho-
minum, ſed (ſicut eſt verè) verbum Dei,
qui operatur in vobis qui credidiſtis. * Vos 11.
enim imitatores facti eſtis fratres eccleſia-
rum Dei quæ ſunt in Iudæa, in Chriſto Ie-
sv: quia eadem paſſi eſtis & vos à contribu-
libus veſtris, ſicut & ipſi à Iudæis: * qui &
Dominum occiderunt Iesvm, & Prophe- 12.
tas, & nos perſecuti ſunt, & Deo non pla-
cent, & omnibus hominibus aduerſantur:
prohibentes nos Gentibus loqui vt ſalui fi-
ant, * vt impleant peccata ſua ſemper: per- 13.
uenit enim ira Dei ſuper illos vſque in finē.
* Nos autem fratres deſolati à vobis ad
tempus horæ, aſpectu, non corde: abun- 14.
dantius feſtinauimus faciem veſtram vide-
re cum multo deſiderio. * quoniam volui-
mus venire ad vos, ego quidem Paulus & 15.
ſemel & iterum: ſed impediuit nos ſata-
nas. * Quæ eſt enim noſtra ſpes, aut
gaudium, aut corona gloriæ? Nonne vos 16.
ante Dominum noſtrum Iesvm Chri-

STVM eſtis, in aduentu eius? vos enim eſtis gloria noſtra & gaudium.

CAPVT II.

1. *Nam & ipſi ſcitis fratres, introitum noſtrum ad vos, quia non inanis fuit.*

SIcut Chriſtus Dominus *in nomine Domini* venit in mundum, non quod à patre duntaxat miſſus, ſed quod poteſtate & virtute diuina præditus eſſet, per quam, ſanitates operabatur, mortuos ſuſcitabat, & alia diuinæ virtutis opera incomparabilia patrabat: ita Apoſtolis ſingulares prouinciæ ſorte contingebant, in quibus, à Deo miſſi, & docerent fidei myſteria, & ſuam doctrinam ſignis & certis indicijs confirmarent, & ſuæ miſſionis teſtimonia efficaciſſima, argumentaque ſufficientiſſima haberent.

Curſui ad Theſſalon. introitus, mentionẽ faciat Apoſtolus.

Huius ſui ad Theſſalonicenſes introitus, mentionem facit Apoſtolus, vt ſe per oſtium intraſſe, tanquam paſtorem, non verò aliundè, vt ſolent latrones, & Sectarij, ſignificet, qui in ſuo, non Dei nomine, propriaque malitia inducti, in aliquos Eccleſiæ fines vt fures irrepunt, & erroris ſpiritum, ſuaſore diabolo, ibidem immittant, quemadmodum hæretici omnes iam inde ab initio fecêre. Senſus ergò eſt: Ipſa aduentus noſtri ad vos, initia, minimè eſt opus memoria repetere, cum vos minimè lateat, qua integritate, celeri-

celeritate, & efficacia, me prædicante, verbum Dei receperitis; Licet enim, tùm temporis, ego maximis calamitatibus vndique premerer, meque, voſq; ex omni parte, aduerſa quæque circũuallarent; non tamen ſine magno fructu, ſemen Euangelij, nobis illud ſpargentibus, in cordis veſtri terram cadebat: ſicut enim ventus aſperiores, ac horrida tonitrua, fluminaque ac procellas, copioſus ſæpiſſimè imber inſequitur, feraxque pluuia, terram vbertim irrigat, vt natæ inde fruges, maiora ſumant incrementa; ſic maximus ſæpenumero perſecutionum tolerantiam, ſpiritualis comitatur profectus, cum fidei præcones *bene ſunt patientes, ad hoc, vt cùm vtilitate annuntient.* Simile. Pſal. 91.

Mundi ſiquidem huius malitia, & à cacodæmone immiſſis aduerſitatibus, non aliter inſignes religionis noſtræ fundatores olim ſolidabantur, ac ignis calore, teſtæ fictiles in fornace obdureſcunt: Nam, *ſicut vaſa figuli probat fornax*, ait Eccleſiaſtes, *ſic homines iuſtos tentatio tribulationis.* Eccleſ. 27.

Eam ob cauſam, cum Regio Vate, poterat dicere Apoſtolus, & eundem ſecutus ſanctus Laurentius, *Probaſti cor meum, & viſitaſti nocte, igne me examinaſti, & non eſt inuenta in me iniquitas.* Nam ſicut medicus attenuat corpus, ſanguinem extrahit, vitioſam materiam eximit, vt corpus adhibitis remedijs, dolorem etiam afferentibus, ſanet: ſic affligi ſuos Deus permittit, vt animas eorum iam purgatas, ſummo cœlo reddat aptiores, & magis idoneas. Pſal. 16. Simile.

Nihil enim aliud ſunt iuſtorum in hac vita, tribu- Tribulationũ iuſtorum, vtilitas.

Luc. 21. bulationès, niſi optimarũ virtutum exercitia, vt in patientia iniuriarũ & *perſecutione propter iuſtitiam, animas poſſideãt ſuas* de qua patiẽtia loquens Petr.: *Si bene facientes, patienter*, inquit, *ſuſtinetis, hæc eſt gratia apud Deũ: In hoc enim vocati eſtis*, quia ſcilicet, in pugna contra vitia, patientia exercetur, cùm *vita hominis ſit tribulatio, vel militia potius ſuper terram*; ſic in corporis caſtigatione, vita ſpiritualis defenditur, iuxta Apoſtolum, dicentem: *Si Spiritu facta carnis mortificaueritis viuetis.* Quid, quod propter aliorum hominum peccata, iuſto dolore, recti homines ſupra modum tribulentur; quo pacto, Regius Vates: *Tabeſcere me fecit Zelus tuus*, inquit, *quia obliti ſunt verba tua inimici mei.*

1. Petr. 2. Iob. 7. Rom. 8. Iuſtorum, de aliorum peccatis tribulatio et anxietas. Pſal. 118.

Sic alibi Paulus, de fornicatione illius Corinthij: *Ex multa tribulatione & anguſtia cordis, ſcripſi vobis, per multas lacrymas, vt ſciatis, quam charitatem habeam abundantius in vobis.*

2. Corin. 2.

Sicut enim, ait Diuus Baſilius, *qui conſiſtunt in littore, eorum indoleſcunt vicem, qui maximis fluctibus immerguntur, neque interim vllam adeunt iactatæ propriæ ſecuritatis, ob anxiam*, qua periclitantibus condolent, *cogitationem*: ſic qui ſe vltroneo mœrore affligunt, ob peccata proximorum; haud quaquam per id, lætitiam eximunt ſuam, verum auctiorem eam & cumulatiorem reddunt. Hinc Dauid aiebat: *Exitus aquarum deduxerunt oculi mei, quia non cuſtodierunt legem tuam.*

Baſil. hom. 1. de grat. actione. Pſal. 118.

Sed

Sed ante paſſi multa, & contumelijs affecti, (ſicut ſcitis) in Philippis fiduciam habuimus in Deo noſtro, loqui ad vos Euangelium Dei, in multa ſolicitudine.

Excitatæ perſecutionis mentionem facit, cuius Lucas meminit Act. 16. & 17. cap. vbi plurima Paulum cum Syla perpeſſum incommoda narrat, expulſo à puellâ ſpiritu Pythonico. Hanc porrò perſecutionem, multo periculo, multæque anxietati, & ſolicitudini, hoc loco; obnoxiam fuiſſe, affirmat, ſed quibus, animo fractus, aut deiectus non ſit, quia ſeipſo maior in malis ſemper effectus, prædicationi, quàm anteà animoſius inſtabat. Deus enim, ſuos ita periculis obijcit, non vt eos in perditionem præcipitet, ſed vt fortiores euadentes, & ſalutem ipſi conſequantur, & hoc ſuo exemplo, proximos ad viriliter malis reſiſtédum, inuitent. Cum enim, ad omne virtutis opus, patientia non minus neceſſaria ſit, quàm ad reliquos vitæ ſubſtentandæ cibos, neceſſarius eſt panis, (difficultates enim, virtutum operationibus & exercitijs naturaliter inſitas, patientia ſuperat, ſicuti reliquis cibis, ſuum ſaporem & guſtum panis impertitur.)

Cur Deus, ſuos tribulationibus obiciat.

Hinc fit, vt in primis fidei plantatoribus, patientia, ante omnia, ſemper fuerit neceſſaria, quaſi inſtrumentum quoddam, cuius miniſterio, reliquis virtutibus gnauiter incumberent: Ideò, ſui veros cultores, immiſſis & diſſimulatis quodammodo externis tribulationib⁹, ſemper exercuit Deus, vt fortiores eſſent, cõtra internas, in vtroq; appetitu, tentationes; ſi quando.

Patientia, in primis fidei plantatoribus, ſummè fuit neceſſaria.

velà fidei perſecutoribus, vel ab internis animæ hoſtibus, nempe inolita vitiorum conſuetudine, & prauis affectibus, eoſdem contigiſſet vexari, vel agitari. *Simile notandum.* Sicut enim arbor, nec ſolida, nec fortis eſt, nec bene radicata, niſi ea in quam ventus frequenter inuolans, nequit dimouere: ſic verus Chriſtianæ fidei aſſertor & prędicator, ipſa vexatione conſtrictus, radices agit; vt ĩmobilis, contra tẽtationum procellas, tanquam altiſſimis ſtirpibus defixus hæreat: Quod è contra, fragilibus plantis & fructibus accidit, quę in apricà valle creuerunt, quę ad ferenda aduerſa, tanquam delicatę reſiſtere non poſſunt; quibus ſimiles ſunt, qui prius, vſu multorum malorum exercitati non ſunt; Quia exercitia forditudinem & conſtantiam animis & corporibus ingenerant, non aliter ac iumenta ex frequenti greſſu & inceſſu, callum contrahunt. Nam ſicut ad vulneris cõſpectũ expalleſcit tyro: ſic veterãus, ſuũ ſanguinem ſpectans, audacior & ferocior effectus, ad certamen audacius, ardentiusq́; deſcendit. Qua ratione, Paulus excercitatus Chriſti miles, & vertus athletes diuerſi generis calamitatibus, ab inſtituto prędicationis munere, infractus non deſiſtebat. *Rom. 10.* Eius enim vox hęc eſt; *Certus ſum enim, quia neq; mors, neque vita, neq; Angeli, neque principatus, neque virtutes, &c. neq; creatura aliqua, poterit nos ſeperare à charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro.* *Pauls, in ferendis calomitatibus, patientia.* Cùm enim quicquid faciebat, ex charitate erga Chriſtũ, faceſſet moralem quandam perſuaſionem, & probabilem exiſtimationem conceperat, fieri non poſſe, vt aliquid ſub cœlo eſſet futurum, per quod à Chriſti amore poſſet diuelli, vel ab Euangelij dilatti, extenſioneq; fidei, cohiberi aut impediri. *Sicut enim, qui mare nauigãrunt*, ait Chryſoſtomus, *& innumeras procellas tulerunt, multasq; hyemes*

mes perpeſſi ſunt, antequam merces referant, non paruum peregrinationis ſuæ fructum portant, eò quod aliquanto fidentiores ſunt, ac pelagi ſæuitiam minus horrent, atq; adeò intrepide & voluptate quadam transmarinas peregrinationes aggrediuntur: ita & in præſenti vita propter Chriſtum, multas fert afflictiones, etiam antequam regni cœlorum magnam illam retributionem aſſequatur, magna adeò roboratus fiducia, mentemq; ſuam ita excelſam efficit, vt poſt hac grauia omnia, quaſi è ſublimi: Et hoc, quia non ſunt in ſe fidentes, ſed in Deo, qui ſuſcitat mortuos. Qua fiduciâ in Deum erectus Paulus, in ſuo munere adeò imperterritus pergebat, vt vſu didiciſſet in neceſſitatibus ad Deum familiariter recurrere, qui *adiutor eſt in oportunitatibus, & tribulatione;* Ab impijs namq; ſibi ſubditos & addictos patitur Deus vexari, vt eos vagantes & laſciuientes, ad ſe ſenſim adducat. 2.Cor.1. *Pauli tribulationibus, refugium.*

Atq; vtinam Chriſti imitatores Apoſtolos, tanquam boni paſtores, qui alijs præſunt, in Eccleſiâ Chriſti miniſtri, imitati, non ita trepidi ac timidi fugerent, ſed illis potius viriliter occurentes, vitæq;, reſiſtendo, ſubeuntes pericula, defenderēt ſibi commiſſas oues, ſe muros, pro domo Dei contra ſectarios, & tyrannos, infracto animo opponentes, quemadmodum inſignis ille heros, vel paſtor potius, faciebat Dauid, qui dicebat ad Saul: *Paſcebat ſeruus tuus, patris ſui gregē, & veniebat Leo, vel vrſus, & tollebat arietem de medio gregis, & perſequebar eos; & percutiebam, eruebamq; de ore eorum, & ſuffocabam, interficiebamq; eos.* 1. Reg. 17.

Eſt enim boni paſtoris officium, omnibus periculis vitam exponere in ouium defenſionem, tutelam, & ſalutem; quod à mercenarij conſuetudine, iuxta Domini ſententiam eſſe ſolet alienum. Ideò, ſe bonū *Boni Paſtoris officium.*

paſtorem

paſtorem Dominus affirmat, quod *animam ſuam daret pro ouibus ſuis*, id eſt vitæ periculo ſeſe exponeret; &, ſi neceſſitas exigeret, paratus eſſet, pro ouibus ſuis, mortem etiam oppetere, quemadmodum & ipſe reipsâ comprobauit; & docuit exitus, quia quicquid Ieſus dixit, ipſe & fecit. Quo pacto, Paulus & Barnabas *animas ſuas tradidiſſe, pro nomine Domini noſtri*, dicuntur in literis, ad Antiochenos ab Apoſtolico Concilio, datis. Quod quidem non ad mercenarij alicuius (quia oues non pereunt in damnum ipſius, nec in lucrum eius viuunt) ſed ad veri paſtoris munus & officium pertinebat. Ad quorum imitationem, tanti faciebant credentium (quos Chriſto genuerat) Apoſtoli curam, quaſi non Chriſto, ſed ſibi perirent, ſi vel fraude ſectariorum decepti, vel calamitatibus à tyrannis oppreſſi, vel prauis impiæ aliorum vitæ offenſi exemplis, à ſuſceptâ fide, & morum innocentia fuiſſent abducti.

Actor. 15.

Apoſtolorum in ſuos cura.

III. *Exhortatio enim noſtra, non de errore, neq; de immunditia, neq; in dolo: ſed ſicut probati ſumus à* D E O, *vt crederetur nobis Euangelium, ita loquimur.*

Inductione probat, ſe merito, libenter tamen, Euangelij causâ, grauem perſecutionem ſuſtinuiſſe, atque adeò tam afflictis in rebus, ſpem ſuam in vno Deo collocaſſe: Nam eam, inquit, fidei doctrinam, ad vos ingreſſus tradidi, quæ omnis erroris neſcia, corruptelæ vacua, & peruerſitatis expers, ſyncerũ Chriſtianiſmum complectebatur. Quomodo namq; errores loqui poterat is, qui non huius mundi fallacem,

Doct. Pauli, Theſſal. data.

ſed

ſed veritatis ſpiritum acceperat: vt Euangelium ritè annuntiaret, quod ea, quæ ſub vmbris & figuris latebant, explicat, quæ promiſſa ſunt, exhibet; atque abſolutam diuinorum cognitionem ad ſalutem neceſſariam, præſtat: Quam ob cauſam, ſe *Doctorem in fide & veritate* nominat, quod non cuiuſcumquè fidei, ſed Euangelicæ Doctor eſſet: ex qua etiam causâ de Theſſalonicenſibus dicit, quod à Deo electi ſunt primitiæ in fide & veritate.

1.Tim.2.

2.Theſſalon.2.

Quod ſi quis deinceps Apoſtolicæ vitæ rationem ſpectet, nullas, præter innocentiæ, ſummæ integritatis, & puritatis leges, rationi conſentaneas præſcribebant Apoſtoli, qui communem omnium ſalutem, priuato ſuo compendio & quæſtui ſemper habuere antiquiorem, vt qui non ſua, ſed quæ Chriſti Ieſu ſunt, iugi diligentia quærerent. Neque enim fraude doloq́; malo, per ſimulationem, cuiquam imponebant, ſicut nec vitæ ſermoniſq́; illoti obſcæna turpitudine, vel caſtas aures, vel puras animorum cogitationes, & conſilia polluebant, quemadmodum Sectarij & impoſtores ſolent, nec deniq; aliter cum mortalium agebant quopiam, quam ſicut à Domino in mandatis accepiſſent, qui ad hoc munus Apoſtolicum eos dignos efficiens, ſua vnica gratia, non eorum meritis deputarat: Ideò, *gratis odio me habuerunt*, ait poſt Dauidem Apoſtolus, qui me tam iniquè & immaniter inter vos inculpatè agentem, perſecuti ſunt.

Apoſtolorum vita ratio.

Vbi ſciendum, his tribus notis, tanquam certis inditijs, falſum Euangelij à vero, præconem facilè diſcerni. Primum quidem, ad intelligendi vim pertinet, ſi videlicet fidei doctrinam erroribus obnoxiam, ex

Tria, veri, à falſo Euangelij præcone, diſcernendi, indicia.

priuato ſuo ſenſu duntaxat, doceat, aut Euangelium, ſecundum Spiritus ſancti, & Eccleſiæ mentem, veritatiſq; ipſius lucem, tanquam cæcus aliquis, ignoret; quemadmodum V. G. in Lutheranis Prædicantibus videre eſt, qui vnâ, vel aſſeuerandi audacia, vel inficiandi temeritate contenti, omnia propheticæ doctrinæ myſteria, nullius, vel Patrum, vel antiquitatis, vel Pontificum attentâ authoritate exponunt; adeò vt nullam in Eccleſiâ Chriſti regulam, nullum iudicem, nullum tribunal eſſe mentiantur, per quæ, Scripturæ ſacræ, cæremoniarum, rituum ſacrorum, ac decretorum ſenſus, controuerſiæ, quæſtioneſq; terminentur Et hoc, ad vnuſquiſq; poſſit impunè, tū à veritate dilapſus errare, tùm, vt cuilibet, prout colliberit, vitam inſtituere vitijs obnoxiam, liceat. Nam præter nudæ Scripturæ verba, & nudas ipſarum voces, nihil ipſi ſenſuum diuerſorum ſpretâ intelligentiâ, admittunt, cuius proprij cerebri interpretationem, tanquam euidentem per cauſas ſcientiam quandam & demonſtrationem, ſibi vni impudenter arrogant, exiſtimantes cæteros antiqui & fœlicis ſæculi interpretes, turpiter hactenus, & erraſſe, & eſſe hallucinatos.

Lutheranorum inconſtantia.

Prædicantium Lutheranorum inſcitia, impudentia, & ſumma impietas.

Hinc ea ſæpe cum vulgi communis ſententiâ, in medium afferunt, à quibus vetuſtatis veneranda memoria ſemper abhorruit. Claram enim eſſe Euangelij lucem, quæ ſui ſit etiam interpres infallibilis, nequiter & temerariè aſſerunt. Ideò Eccleſiæ iudicium non eſſe expectandum iactant, cùm certo certius Spiritum veritatis (vertiginis ſcilicet) ſibi datum eſſe, (licet falsò) exiſtiment. Quamobrem

ſacris

ſacris libris intelligendis, non patrum authoritatem, non veterum traditionem, non cuiusquam explanationem afferre quicquam lucis, aut intelligentiæ mentiuntur: Cùm tamen de fidei controuerſijs, ad exquirendam veritatem, ortis erroribus & hæreſibus, tot olim concilia coacta, tot conuentus celebrati, tot Summorum Pontificum decreta hactenus ad poſteritatis memoriam ſint tranſmiſſa. *Totius Lutherana doctrina, ſpeculum.*

Si Prædicantum ſpectes affectus, docet viroſus illorum parens LVTHERVS, quem ipſi imitantur, non tam, quæ ad DEI gloriam & proximi ſalutem ſpectant, quàm quæ inanem arrogantiam, quæſtum priuatum, carnis petulantiam, & libidinem fouent: Ideò, quod tertium eſt, ſub veritatis & libertatis ſpecie, peccandi impunitatem, & omnem ad vitia licentiam docent, ſicut inſtitutos abſtinentiæ & ieiuniornm à Sanctis Patribus, dies, petulcæ carnis mortificationis, & mundanæ vanitatis contemptionem, ſuperſtitiones vocant, vota DEO nuncupata è medio tollunt, tanquam impoſſibilia ſeruatu, & totius honeſtatis oppugnant diſciplinam, à quibus omnibus ſe vehementer, ait noſter Apoſtolus, abhorruiſſe; qui *corpus ſuum caſtigabat, & in ſeruitutem redigebat, ne cùm alijs prædicaſſet, ipſe reprobus efficeretur*: qui alium finem aut ſcopum ſibi Euangelizando non proponebat, quam ſibi à DEO præfixum, cùm eiuſdem ſummo conſilio fuiſſet *Electionis vas* deputatus, *vt Chriſti nomen portaret, per totum orbem, coram regibus & gentibus.* *Paulina doct. ſcopus.* *Act. 9.*

Nam neque vel hominum auram captabat per adulationem, vel potentium gratiam aucupabatur per auaritam, vel mundi honores, per ambitionem, Chriſtum annuntiando, ambiebat, qui ſolum ei placere ex animo ſtudebat, cuius nomine & loco amplâ fungebatur legatione: *Dei enim oculis, omnes hominum vias patere ſciebat, cum ſpiritum ponderator ſit Dominus, qui corda & renes ſcrutatur.* Quia etenim hominum cogitationes examinat, & diiudicat intentiones Dominus; ideò *probare* dicitur hominum *renes & corda*, hoc eſt, intimas affectiones, cogitatus, & abditas cordis operationes. Vnde & ſubdit.

Prouerb. 16. *Pſal. 7.*

IV. *Non quaſi hominibus placentes, ſed* DEO *qui probat corda noſtra. Neque enim aliquando fuimus in ſermone adulationis, ſicut ſcitis: neque in occaſione auaritiæ,* DEVS *teſtis eſt, nec quærentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neque ab alijs.*

Sectariorũ, in Chriſti ouile irrepẽdi, rationes.

Deſcribit Apoſtolus, viam, rationem, & conuenientiam, quibus in ouile ouium irrepere ſoleant falſi prophetæ huius infœlicis noſtri ſæculi; nempe per dulcem aſſentationis ſermonem, ſimplicium prurientes aures, inſigni verborum fraude pleniſſimorum lenocinijs vellicando; vt priuato ſuo quæſtui & compendio commodent ac proſpiciant; tùm vt ſibi, non DEO gloriam pariant & authoritatem poteſtatemq; aucupentur, quò digito monſtrari,

&

& à Deo Eccleſiæ cuſtodes, veriq́; Prophetæ miſſi prę-dicentur, qui diſperſos ad ouile Eccleſiæ conuocent. Quæ omnia in hodiernorum Sectariorum infælici ac infauſto patriarcha eueniſſe, nemo eſt, ex ijs, qui inuectæ hodiernæ hæreſeos initia perſpexerit, eiuſq́; inuectionis cauſas & occaſiones cognouerit, non videat.

Aliter ſanè Theſſalonicenſem Eccleſiam fundauit Apoſtolus, qui recta & ſimplici intentione, ſuo munere Apoſtolico functus, non aliud ſpectauit, quã Dei honorem, & hominum ſalutem; non verò opes per auaritiam, non voluptates per luxuriam, non honores per ambitionem & ſuperbiam, Dei vnius omnia ſpectantis, allato teſtimonio, confirmat: Hoc enim eſſet *Dei veritatem in iniuſtitia detinere*, & datis à Deo bonis, ad proprias voluntates & voluptates, (quẽadmodum author eſt Baſilius) abuti, quod ſe feciſſe negauit etiam alibi Apoſtolus, dicens: *Non ſumus ſicut plurimi, adulterantes verbum Dei.* Sed, quod nec auaritiæ ſuſpicionem dederit, nec aſſentationis palpum cuiquam obtruſerit, nec verborum lenocinijs vlli erroris occaſionem attulerit, ipſos Theſſalonicenſes, in teſtes oculatiſſimos vocat, qui non ſolum Pauli conuerſationem ab ipſius ad ſe ingreſſu viderant & audierant, imò ſenſibiliter palpârant, & eodem familiariſſimè fuerant vſi.

Apoſtoli, in fundanda Theſſalon. Eccleſia, modus.

Rom. 1.

2. Corinth. 2.

Vbi tamen hominum ita refugiſſe gratiam, aut beneuolentiam contempſiſſe ne arbitreris Apoſtolũ, quaſi penitus omnis humanitatis expers, vel vtraque aſpernaretur, vel negligeret, qui prioris ad Corinth.: cap. 10. ſe *per omnia omnibus placere*, dicit; & qui cap. 15 ad Rom. *Vnuſquiſq; proximo ſuo*, ait, *placere deſideret in bonum, idq́; in ædificationem*, hoc eſt vnuſquiſq; noſtrum,

Populorum fauorem non omnino neglexit Apoſtolus.

 qui

qui firmiores ſumus, debemus condeſcendere proximo in his, quæ ei placent; non tamen in his, quę mala ex ſe ipſis ſunt, ſicut Eſa. cap. 3. quidam requirunt: *Loquimini nobis placentia*, &c. Laudabile ſiquidem eſt, Diuinæ gloriæ propagandæ cauſa, proximorum aucupari fauorem Euangelij præcones & paſtores, eorumque gratiam rectè factis retinere, vitæ eloquentia & morum ſuauitate, in agendo dicendoq; facilitate, vt quia his medijs, fidei veritas perſuadeatur, & ad virtutum ſtudia auditores facilius inuitentur. At qui prædicationi Euangelicæ vacant, vel diuinis officijs tantum incumbunt, vt his duntaxat hominum fauorem, laudes, priuatam gloriam, & quæſtum priuatum, tanquam vnicum actionis ſuæ finem vltimum aucupentur, peccato ſe contaminant, taleſq; Dei verbum cauponari dicuntur alibi ab Apoſtolo. In quam ſententiã dicit Propheta, *eorum oſſa à Deo eſſe diſsipata, qui hominibus placent*. Et Apoſtolus ad Galat. cap. 1. *Si hominibus placerem, Chriſti ſeruus non eſſem*. Vbi hominibus in ijs placere tantum diſſuadet, in quibus, Deo diſplicerent, nempe in carnalibus, & ijs, quæ ipſi Deo, eiuſque legi, ac mandatis, conſilijſq; aduerſantur: Cuiuſmodi in ea, quæ eſt ad Epheſ. ſimulatores eſſe inſinuat, qui *ad oculum ſeruientes, hominibus tantum placere cupiunt*. A quo vitio, valde videtur Apoſtolus abhorruiſſe, qui frequenter ad mores Chriſtianorum ſpectantia facinora caſtigans, & quæ ſanæ doctrinæ repugnabant, iugiter reprehendens, duriter peccantes increpabat, & acerrimè culpabat ea, quæ ſuis conſilijs & monitionibus aduerſabantur. Sicut in ea, quæ eſt ad Titum: *Docentes quæ non oportet turpis lucri gratia*. Et 1. ad Timoth. cap. 6.

Proximi fauorem aucupari, prædicatori laudabile.

In quib. populo nõ placendum.

damna-

damnabat, qui à veritate priuati ſunt, exiſtimantes quæſtum pietatem: ſic etiam inceſtuoſi Corinthij immunditiam, horribili ſupplicij genere mulctabat; quia ſcriptum eſt: *Ne lactes quacunq; labijs tuis:* Et: *Vir iniquus lactat amicum ſuum, & ducit eum per viam non bonam.* Sic Eſaias: *Popule meus, qui ſe benedicunt, ipſi te decipiunt & viam greſſuum tuorum diſsipant.* Quæ ſententiæ, hodierni temporis Sectarijs ritè conueniunt, eam religionem & vitæ inſtituta inuehentibus, quæ carnis delicijs amiciſſima eſt, & maximè voluptati corporis conueniens. Quid enim eſt, quod facilius perſuaderi poſſit animali homini, non ea percipienti, quæ Dei ſunt, quàm carnis mortificationem, ieiunia, bona opera, ad ſalutem eſſe inutilia? Quid iucundius, quàm Eccleſiæ prouentus, & ſacerdotum bona ſæcularia, tutò ad principum fiſcum reuocare? Quid ambitioſius, & ſuperbius, quàm de ſacrorum principis euerſione, veteris Eccleſiæ diſciplina euertenda gloriari? de errorum, hæreſeos, & omnium malorum inuectione, per nequitiam iactare, ſicq; laudem à mobili & iniquo vulgo captare?

Preuerb. 24. Ibid. 16.

Eſa. 3.

Quo, quantaq; ſit hodiernorũ Sectariorum, doctrina.

Cum poſſemus vobis oneri eſſe, vt Chriſti Apoſtoli: ſed facti ſumus paruuli in medio veſtrum, tanquam ſi nutrix foueat filios ſuos. V.

Legitimus Eccleſiæ miniſter, tum officio ſuo ritè fungi dicitur, cùm doctrina & operibus, alijs ſi cõmendatum probarit, ſicut Paulus, Chriſti imitator, his duobus innoteſcere, ſeque ſemper omnibus accõmodare volebat; quemadmodum Philippenſibus ſcribit:

Duo, quibus Eccleſiæ paſtores, ſe functos eſſe officio, ſciant.

ſcribit: *Quæ audiſtis & vidiſtis in me, hæc agite, & Deus pacis erit vobiſcum,* Sic ſuum Timotheum monebat, *vt eſſet exemplum fidelium in verbo, in conuerſatione*; ſicut & hoc loco, verbi doctrinam cum bona conuerſatione coniungit, in quibus duobus muneris, Apoſtolici cardo ferè totus verſatur: Nam, *qui dicit, & non facit*, ſimilis eſt illi, qui numiſmate ad nihil aliud vtitur, niſi ad numerandum, quod de Græcis aliquando dictum eſt, qui verbotenus magni erant Philoſophi, ſed vita & moribus leuiſſimi: Ideò, *magnum in regno cælorum*, dixit eum Dominus futurum, *qui fecerit & docuerit*. Quare, nemini ſuo ſupercilio acquirendiq; cupiditate, grauis eſſe vnquam Apoſtolus voluit, qui ſemper animi demiſſionem, & liberalitatem commendauit. Vnde & animi imperioſi eleuatione, & auctoritate ſe nunquam inter Theſſalonicenſes eſſe vſum dicit: hæc enim duo, nomen *oneris*, importare vidétur: Nã D. Ambr. loco *(oneri)* legit *honori*, ad comprimendos, inquit, eos, quibus nec facultas erat, nec pudor; & tamen ſibi honorem poſcebant: ſe enim, (de Pauli aduerſarijs loquens) potius, quàm Dei doctrinam commendari volebant: Apoſtolus autem, qui gloriam nõ ad præſens, ſed in futuro requirebat, ſe humilem exhibebat, vt Chriſti prædicatio exaltaretur. Licet enim munus, quo fungebatur, & grauitatem, & auctoritatẽ adiuncta haberet, imperioſus tamen inter vos, ait, eſſe nolui, quaſi veſtri vellem dominari, nec quemquam in exigendis ad vitę neceſſaria, ſumptibus inquietaui, vt omnes videretis, qua ſynceritate, fide, & charitate, Euangelium annunciarem. Euangelici enim hominis ſeruitus, ita debet eſſe conſtituta, vt temporalis, vel lucri, vel honoris, vel voluptatis nihil prorſus ſpectare

velit.

Philipp. 4.

D. Ambr. huius loci lectio, & explicatio.

Euangelici hominis ſeruitus, quomodo ſit cõſtituta.

velit. Cuius rei gratia, peculiarem alibi, & auctiorem à Deo ſe mercedem exſpectaſſe dicit: *Licet enim laborantem agricolam oporteat primum edere de fructibus terræ:* magnæ tamen perfectionis opus eſt, ſuo ſummo iure non ſemper vti; quemadmodum de ſe, noſter Apoſtolus ſępiſſimè facit multis locis, teſtatum.

Voce *paruuli*, vtitur aliquando Paulus, tam pro doctrinæ Chriſtianæ teneritudine, quam pro ipſis fidei primis rudimentis, quemadmodum in ea, quæ eſt ad Corinthios, *tanquam paruulis lac vobis potum dedi.* Et capite 13. *Cum eſſem paruulus, loquebar vt paruulus:* Quibus verbis, eleganti ſimilitudine probat, per interualla, creſcere ſcientiam diuinarum rerum, eamque non abſolui, niſi eius imperfectio morte exuatur. *Variæ, vocis paruuli ſignificationes.*

Hîc vocem, *paruuli*, vſurpat pro manſueto, facili, blando, miti: In quo ferè ſenſu, dicebat Dominus: *Niſi conuerſi fueritis, & efficiamini ſicut paruuli, non intrabitis in regnum cælorum:* quaſi dicat; quod ſublimitas verorum filiorum Dei, nulla re alia poſſit parari, quàm ſui maxima abnegatione & demiſſione: Vnde apud Marcum capite 9. *Si quis vult primus eſſe, erit omnium nouiſſimus, & miniſter*, quaſi diceret Apoſtolus: Sicut nutrices, geſtibus, ſigniſque manſuetis, cum lactentibus, agere ſuauiter ſolent; nec auſterè, nec ſuperbè, nec immoderatè, ſed blandè & amabiliter ſic ſe cum Theſſalonicenſibus eſſe conuerſatum, quomodo ſolet nutrix ſe erga filios ſuos, quos fouet ac nutrit, gerere: *Rectorem te conſtituerunt,* ait Eccleſiaſticus, *noli extolli, ſed eſto in ijs, quaſi vnus ex illis.* *Matth. 18.* *Qualitas filiorum Dei.*

Eleganter autem voce *nutricis*, vſus eſt, vt ea, in primis auaritiæ remoueret à ſe ſuſpicionem: Quemadmodum enim nutrix, non ſe, ſed liberos *Labores Apo-*

 paſcit,

paſcit, eoſdem ex ſua ſubſtantia alendo, quibus; non ſibi ipſa etiam theſaurizat, ita Paulus non tam ſua priuata, & puopria, quam publica ipſorum Theſſalonicenſium comoda quęſiuerat, promouerat, & procurârat. Curas denique, labores, moleſtias; quas eorum cauſa ſuſtinuit, vocabulo *nutricis*, inſinuat; Nam ſicut nutrix, infantis attenta debilitate, & teneritudine, cibos concoctû faciles, ætatiq; infantuli accommodatos proponit; ita credentium conſideratis vel profectu, vel valetudine, vel captu: nutrices Eccleſiæ, cibum fidei, potum doctrinæ iam ſcilicet faciliorem, iam fortiorem, iam temperatum, iam fortem, præbere debent. Quemadmodum alibi prudenter & conſideratè, teſtatur Apoſtolus ſe feciſſe, cum aliquibus Corinthijs, *lac potum dedit*, vt qui ſolidioris edulij non erant capaces: *Inter perfectos verò, ſe ſapientiam fuiſſe locutum*, narrat, quos ſcilicet, ſubtilioris doctrinæ eſſe aptiore animo animaduertebat. Quod à magiſtro diſcipulus acceperat: Nam Dominus, infirmos diſcipulos, ſub ipſis initijs, auſterioribus melioris vitæ exercitijs nolens exercere; ſed eorum captui vitæ genus eſſe accommodandum, ſcilicet ſimilitudine docuit, nempe *aſſumenti panni rudis, ad veſtimentum vetus; & ineptitudinis vtrium veterum, ad cõtinendum muſtum.*

Apoſtoli, eleganter nutrici comparati.

Similitudo nutricis explicatur.

Marc. 2.

Hinc eſt, quod Dominus aptiſſima ſimilitudine, ſe gallinæ comparet, quæ ſumma cura, ac ſolicitudine, pullos, hoc eſt, peccatores, in via virtutis ſcilicet, quẽmadmodum imbecilles infantulos fouet, educat, ac nutrit, *& ſicut aquila prouocans pullos ſuos, & ſuper eos volitans*

Christus gallinæ cõparatur.

litans, noctes & dies, à nimio frigore, ab æſtus intemperie, à morbis & ægritudine protegit. Sicut autem *mater amat paruulum nutrire, ſed eum non amat paruulum remanere*, ait D. Auguſtinus, *ſic in ſinu tenet*, (ait) *manibus fouet, blanditijs conſolatur, late nutrit, et omnia facit paruulo, ſed optat*, (interim) *vt creſcat, ne ſemper talia faciat*. Ideò querelam apud Corin. videtur Apoſtolus deponere, quod *ijs, quaſi ſpiritualibus, loqui non potuerit*, Dei ſcilicet profunda, abditaq; myſteria, quæ ſolidi cibi nomine, appellantur, *ſed quaſi carnalibus: Tanquam paruulis in Chriſto, lac*, inquit, *vobis potum dedi, non eſcam, nondum enim poteratis*. Sic etiam Hebræis ſcribens, imbecilles, hoc eſt, ignauos & negligenter adeò factos dicit, vt in rerum diuinarum cognitione, parum laboris atque operæ poſuerint. Etenim *cùm deberetis eſſe magiſtri propter tempus, rurſus indigetis, vt vos doceamini, quæ ſint elementa exordij ſermonum Dei: & facti eſtis, quibus lacte opus ſit, non ſolido cibo*. Omnis enim, qui lactis particeps eſt, expers eſt ſermonis iuſtitiæ, paruulus enim eſt: perfectorum autem eſt ſolidus cibus: eorum qui pro conſuetudine, exercitatos habent ſenſus, ad diſcretionem boni & mali: Quaſi explicet Apoſtolus, eos eſſe in religione Chriſtiana perfectos, qui rectè intelligunt, & vſu temporis, didicerent, quid ſit bonum, & quid malum, quid in quaq; re ſequendum, quid fugiendum ſit, nec circumferuntur omni vento doctrinæ. Quo pacto, erga Theſſalonicenſes, ſe etiam geſſiſſe hic commemorat, quibus ſimpliciorem doctrinam, non altiora fidei myſteria ſubtiliter aperuit, ſed aut tantum propoſuit, aut certè ita tractauit, vt ea capere ipſi poſſent. Qui enim vitæ Chriſtianæ perfectionem non ſunt aſſecuti, cum ijs ita agendum eſt, ac

Hebr. 5.

Pauli in ſuos ſedulitas.

cum incipientibus, quibus minora, apertiora, & faciliora ſunt tradenda: Neq; enim quiuis ad ſacrarum literarum, tum lectionem, tum interpretationem admittendus eſt, docente Eſaia: *Quem docebit Dominus ſcientiam, & quem faciet intelligere auditum? Ablactatos à lacte, auulſos ab vberibus.* Vt enim ętas, auctibus & interuallis creſcit, ita & ſcientia, donec ad pleniorem intelligentiam aſſurgat.

Eſa. 24.

Summa, Lutheranorum, cuiuis SS. literas explanandas tradentium, impudentia.

Soli Lutherani ſunt, qui cuiuſuis ætatis & ſexus diſcipulis, ſacros & propheticos libros legendos, ruminandos, exponendoſq; obtrudunt; vt quibus vitæ ritè & laudabiliter inſtituendæ, lucerna pedibus omniũ ſint clariſſimum, ſacræ literę ad ſalutem, quaſi claram, facilem & rutilantem omnibus lucem præſeferant, ſine præuia Ducis aut magiſtri vllius opera. Quam ob cauſam, iuſtiſſimè videtur olim conqueſtus S. Hieronymus, dicens: *Omnes artes etiam illiberales, & mechanicas, præuio duce indigere, ſolas ſacras literas, à promiſcui generis hominibus, ſine Doctoris opera, tractari.*

Lib. de vera religione.

Narrat Auguſtin. ſuo tempore, *à magnis & ſpiritualibus Eccleſiæ Catholicæ alumnis, cautiſſimè prouiſum fuiſſe, ne quid populariter ageretur, quod nondum id temporis eſſe, vt cum populo agatur, intelligerent.* Alimenta lactea, largè auidis, infirmioribus pluribus, atq; inſtanter fudiſſe, validioribus autem cibis, cum ſapientibus paucis fuiſſe paſtos. *Sapientiam enim locutos fuiſſe inter perfectos,* carnalibus autem & animalibus, & quamuis nouis hominibus, adhuc tamen paruulis, nonnulla obtecta fuiſſe, ſed nulla ementita; Non enim vanis honoribus ſuis conſulunt, & inanibus laudibus, ſed vtilitati eorum, cum quibus ſocietatem vitæ huius inire meruerunt.

Ita

Ita deſiderantes vos cupide, volebamus tradere vobis non ſolum Euangelium Dei; ſed etiam animas noſtras; quoniam chariſſimi nobis facti eſtis. VI.

Hoc à Chriſto, præceptum acceperant Apoſtoli, vt pro aliorum tuendâ & conſeruanda ſalute, quando opus eſſet, nullo periculo, nullâ perſecutione, nulloque temporali malo impediti aut territi, ſe paterentur impediri: ſed eos annuntiantes, eius ſpirituali bono ſemper incumberent, ſicq; huic negotio darent operam, vt nec mors, quæ omnia mala temporalia ſeparat, nec mortis vllum genus, aut periculum acerbiſſimum eos ab officio retardaret. Cuius imitandum incomparabilis & inauditæ charitatis exemplũ illuſtre admodum Chriſtus in ſe ipſo reuera exhibuit. Quæ cauſa eſt, quod D. Ioannes: *In hoc enim cognouimus,* inquit, *charitatem Dei, quoniam ille animam ſuam poſuit pro nobis, & nos debemus pro fratribus animas ponere.* Cuius, tum mandati, tũ exempli memor Apoſtolus ſe Theſſalonicenſium ſalutem, tanto ſtudio, ac cupiditate proſecutum fuiſſe dicit, vt eorum cauſa, paratus eſſet omnibus ſuis priuatis, imò animâ & vitâ poſtpoſitis, *& in mortem, & in carcerem ire.* Cum autem homini vitâ nihil ſua ſit antiquius, iure dixit Saluator, *maiorem hâc non eſſe charitatem, quam vt pro dilecto, ponat quis animam ſuam. Tradere* enim & *ponere* animam ſuam, pro vitam prodigere, & profundere ſæpe vſurpat Scriptura: In qua ſignificatione, dicit ſe Dominus *animam ponendi, & iterum reſumendi habere poteſtatem:* ſicut Ioan. 10. tanquam ſe *bonum paſtorem, animam ſuam pro ouibus*

Dominicum præceptum, Apoſtolis datum.

1. Ioan. 3.

ſuis ponere, affirmat, quemadmodum vſu ipſo poſtea probauit. Et ipſe Apoſtolus, *ſe non pretioſiorem facere animam ſuam, quæ vitæ cauſa eſt, quam ſe*, dixit: Sic alibi ſæpe dicitur, *quod qui perdiderit animam ſuam in hac vitâ, in futurâ cuſtodiet eam.*

Quid, ponere animam ſuam ſit in Scriptura.

Sic ergo, erga fideles affectus erat Apoſtolus, vt vitæ pericula non extimeſceret, modo Euangelij doctrina, & bonorum operum ſtudia, poſſent apud eos habere progreſſum, quorum ipſe, ceu nutrix, curam ſpiritualem ſuſceperat, quemadmodum & 2. Cor. 12. *libentiſſimè*, dicit, *impendam, & ſuperimpendar ego ipſe pro animabus veſtris.* Sic, & ad Philipp. 2. *Sed etiamſi immolor ſuper ſacrificium, & obſequium fidei veſtræ, gaudeo & congratulor omnibus vobis, & hoc quoniam chariſſimi nobis facti eſtis*: Quid enim charius vita? At illi Paulo propriâ vita erant chariores. Ideò dicebat alibi: *Non quæro quæ veſtræ ſunt, ſed vos.* In quam ſententiam, D. Ioannes: *Maiorem*, aiebat, *horum non habeo gratiam, quàm vt audiam filios meos in charitate ambulare.* E diuerſo autem Eccleſię paſtores ſanctitate vitæ, & officij ſui memores prædìti, mirum in modum torquentur, ſi quando ſuos, nec in fidei doctrinâ, nec in viâ morum, vti debeant ambulare animaduertunt. Inde eſt, quod ſeductores, & veritatis hoſtes, ſeu impoſtores, ſicut & eos, qui vitæ corruptela infirmis ſunt offendiculo, adeò ſeuerè increpent, & re ita exigente, puniant, quos dolo & omni fraude, ac fallaciâ, tanquam diaboli filios & omnis iuſtitiæ inimicos, *rectas Domini vias ſubuertere* cognouerunt, vt exemplo poteſt eſſe Elymas magus, qui docentis Apoſtoli prædicatione & doctrinâ, proconſulem, & ad credendum paratum, & ad baptiſmi ſuſcipiendam gratiam, iam diſpoſitum auertere nitebatur.

Pauli erga ſuos amor.

Act. 13.

Quam

Quam ob cauſam, Athenis *incitabatur Pauli ſpiritus, in ipſo, vidente idolatriæ deditam ciuitatem*; vt quæ Flaminum & impiorum ſacerdotum perſuaſionibus decepta, veritatis prædicationi efficaciter intendere prohiberetur.

Sufficienter enim, ſui ægritudinem ſignificabat Apoſtolus, quam de caſu & certâ Iudæorum ruinâ patiebatur, cùm diceret; *triſtitiam ſibi magnam eſſe, & continuum cordi ſuo dolorem attuliſſe*, malum ſcilicet excæcationis & indurationis illorum præſens. Vnde optabat ipſe, *anathema eſſe à Chriſto, pro fratribus*, inquit, *meis, qui ſunt cognati mei ſecundum carnem*, ſi videlicet id conſequi potuiſſet, & petere licuiſſet. *Nec mirum*, ait idem Chryſoſtomus, *ſi pro fratribus anathema fieri voluit Apoſtolus, qui ſciebat eum, qui in forma erat Dei, exinaniſſe ſe de ea, ac ſuſcepiſſe formam ſerui, & factum eſſe pro nobis maledictum*. Quâ ratione, & Moyſes dicebat: *Aut dimitte eis hanc noxam, aut dele me de libro, quem ſcripſiſti*, vt amoris in populum ſuum vehementiam Dux fortiſſimus & mitiſſimus exaggeraret.

Pauli, de Iudæorum caſu, triſtitia.

Memores enim facti eſtis fratres, laboris noſtri, & fatigationis, nocte & die operantes, ne quem veſtrum grauaremus, prædicauimus in vobis Euangelium DEI. VII.

Idem, in poſteriore ad eoſdem ſcriptâ, ſequentibus verbis clarius inclucat: *Ipſi enim ſcitis, quomodo oporteat imitari nos; quoniam non inquieti fuimus inter vos, neque gratis panem manducauimus, ab aliquo; ſed in labore & fa-*

2. Theſſ. 3.

& fatigatione, nocte & die operantes, ne quem veſtrum grauaremus, non quaſi non haberemus poteſtatem, ſed vt noſmetipſos vobis formam daremus. Cuius ſententiæ explicationem, loco prædicto, Lector requirat.

Quantus Apoſtoli labor, & quare ſuſceptus

Laborem porrò ab eo, non propter, aut corporis exercitium, aut animi recreationem, aut voluptatem aliquam, ſiue valetudinis curam, fuiſſe ſuſceptum, id perhibet, quod ſe operis laſſitudine, & aſſiduitate, non ſine incommodo & moleſtiâ fractum fuiſſe dicit, & hoc, vt impoſtores, ſuoſq; æmulos tacitus notaret, qui ex prædicatione, quæſtum faciebant, licet veritatem per hypocriſin ſimulantes, tetros errores, cùm vitam interim otioſam & diffluentem ducerent, inueherēt. Nihil eſt enim, quod vulgo, minus Euangelij negotium reddat ſuſpectum, quàm rerum terrenarum cōtemptio, opum & honorum ſæcularium deſpectus, animi demiſſio, paupertatis & inopiæ profeſſio, voluptatum carnis, ad ludibrium vſq; manifeſta fuga, atq; contemptu. Quæ cauſa eſt, quod olim, multis in locis in Eccleſiâ Catholica, religioſis hominibus, qui paupertatem, obedientiam, & caſtitatem ſpontè fuiſſent profeſſi, munus prædicandi fuit alligatum, ne tam pro ſpiritualibus, temporalia viderentur ſapienter aucupari, quam cautè proximorum, & ſuam ſalutem priuatam quærere & promouere. Id enim genus legitimi verbi miniſtri, ſunt eiuſmodi, qui cum Abrahamo poſſint Sodomorum Regi reſpondere: *Leuo manum meam ad Dominum Deum excelſum, poſſeſſorem cæli & terræ, quod à filo ſubtegminis, vſque ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus, quæ tua ſunt, ne dicas: Ego ditaui Abraham.* Et ſicut Moyſes, qui poſt quadraginta annos, quibus populo ſuo præfuerat, audebat dicere, quod

Contemptus ſæcularium, in prædicatore requiritur.

Gen. 14.

Num. 16.

nec

nec aſellum vnquam accepiſſet, nec afflixiſſet quemquam illorum. Sic Act. 20. cap. Ad ea, quæ ſibi opus fuiſſent ſuas, ait, manus & ſibi & his qui ſecum erant, miniſtraſſe, vt de Samuele nullũ faciamus mentionẽ, qui regiminis ſui æquitatem, eo ipſo commendabat, quod aliorum nunquam res concupijſſet, nec tam ſuum commodum, quàm Dei gloriam & publicam ſalutem promouere ſtatuiſſet. Huius generis villicus erat ille ſupplantator, qui ſocero ſuo Laban villicationis ſuæ rationem reddens, dicebat: *Quam ob culpam meam, & ob quod peccatum meum ſic exarſiſti & poſt me? Quid inueniſti de cuncta ſubſtantia domus tuæ? Pone hic coram fratribus meis, & fratribus tuis; & iudicent inter me & te. Idcirco viginti annis fui tecum? Oues tuæ & capræ ſteriles non fuerunt, arietes gregis tui non comedi: nec captum à beſtia oſtendi tibi, ego damnum omne reddebam. Die noctuq; æſtu vrgebar & gelu, fugiebatq; ſomnus ab oculis meis: Sicq; per viginti annos in domo tua ſeruiui tibi, &c.*

Legitimi verbi miniſtri, qui.

Gen. 31

Vos teſtes eſtis, & Deus, quàm ſanctè & iuſtè, & ſine querela, vobis, qui credidiſtis, affuimus. VIII.

Doctrinæ cœleſtis perſuadendæ, certa media ſunt in Euangelij præcone, paupertas ſpirit, ſiue animi demiſſio, & inſignis in omni actione erga proximos, manſuetudo, quæ in omnibus ferè Pauli epiſtolis, ſingulariter renident: Ideo dicit Auguſtinus, quod *niſi pietas & pax quædam mentis, tam in prædicatore, & doctore, quam in auditore, accedant, de fide nihil poſſit intelligi.* Sicut ergo ſitula ſe incuruat in puteum, vt

Certa, ad perſuadendum gentibus Euangelij media.

Auguſt. lib. de vtil. cred.

aquam, aliorum vaſis vbertim hauriat; ſic primum omnium Euangelici præconis animus demittere ſe debet, vt cœleſtem doctrinam & ſapientiam percipiat, quam alijs vtiliter, & cum fructu, communicet. Eximiam ſanè animi demiſſionem in eo exhibet ille paſtor, & anteſignanus Eccleſiæ, qui de ſua anteacta vita, tale teſtimonium ab ipſis ſuis ouibus, ſubditis, & auditoribus exigit, vt ſuum iudicium de ſe liberè faciant; eoſquè vitæ ſuæ arbitros, Deo etiam, adiuncto & interpoſito teſte, (quem nihil fugit) conſtituit: ſuæ deinde æquitatis erga proximum, (qui facilè, protinusq́; præpoſitorum defectibus & imperfectionibus irritatus offenditur) non dubitat ſubire ſententiam, eodem modo, remittebat Dominus ſuæ doctrinæ teſtimonium ad ſuos inimicos & perſecutores cum à ſummo Pontifice, Ioan. 18. de doctrinâ & de diſcipulis interrogaretur, & tacitè, tanquã ſeditioſus accuſaretur: ſed oẽs potius, confuſi & erubecentes, obmuteſcebant in preſentiâ Chriſti, vincti & ligati, veritatẽ ſuæ doctrinæ defendentis. Atq; hoc argumentum innocentiæ & veritatis efficaciſſimum eſſe annotauit Chryſoſtomus, Homil. 82. Cyrill. lib. 11. capit. 45. In quo videri poſſet eiuſmodi iudex & paſtor, ſanctiſſimi Samuelis innocentiam imitari, qui morti iam proximus, graui iudicis officio defuncturus, à ſe dicti iuris, & adminiſtrationis ſuæ teſtes, ad Dei ineffabile tribunal prouocabat ſuos ſubditos, quos longo tempore iudicauerat, vt ſententiam, contra ſe ſi poſſent, dicerent: *Loquimini*. inquit, *de me coram Domino & Chriſto eius, vtrum bouem cuiuſquam tulerim, aut aſinum: ſi quempiam calumniatus ſum, ſi opreſſi aliquem &c. & dixerunt,*

Quanam ſit animi, in paſtore, demiſſio.

runt; non es calumniatus nos, neq; oppreſſiſti, neq; tuliſti de manu alicuius quippiam.

Ab ipſo Chriſto didicerant Apoſtoli, munere ſuo ritè & innocenter functuri, functionis ſuæ mercedem, vitæ nempe neceſſaria petere ab ijs, quos verbo & exemplo aliquandiu gubernarant, ne impoſterum, per calumniam, poſſet illis impingi, quod Euangelij prædicationem, quam gratis à Domino acceperant, vœnalem propoſuiſſent; Ideò per anticipationem quādam, ſæpè commemorat Apoſtolus ſuum ſupererogationis opus, quod ſcilicet, pro Euangelizandi munere, nihil exegerit, vt ſuam innocentiam teſtetur: Sic Chriſtus, cum ſcribis & Phariſæis, ſuis coniuratis hoſtibus, aliquandiu verſatus: *Quis ex vobis* inquit, *arguet me de peccato?* quaſi diceret, nec ratione, nec argumento, nec cuiuſquam teſtimonio, poſſe à quoquam ſe peccati conuinci, aut peccatorem à quoquam probari. Magna ſanè Chriſti miniſtrorum eſt hæc puritas, inſignis innocentia, & æquitas, quę iudicium & examen, non vnius aut alterius, ſed omnium operum ſuorum in manu ſubditorum, & ſæpe ęmulorum, perſecutorum, ac inimicorum conſtituit.

Apoſtolorum, in prædicando, æquitas.

Vbi ſciendum, tribus de cauſis, alicui dicenti, fidem non haberi; Aut propter vitam eius parum honeſtam, quia indignus efficitur, vt ei credatur: aut propter doctrinam, quia omnium iudicio, falſa eſt, & improbabilis, aut propter nequitiam, & culpam ipſorum auditorum non credentium. Chriſtus & veri ipſius miniſtri, iudicium & examen, qua erant

Cur alicui dicenti fides non habetur, tres cauſæ.

integritate vitę, non vnius aut alterius, ſed omnium ſuorum, in manu ſubditorum, immò perſecutorum, ita conſtituebant, vt licet aduerſarij per iniurias, & contumelias, peccatum illis imponerent: eorum tamen erat nemo, qui probare poſſet, quod eis obieciſſet, aut peccati eos conuiciſſe affirmaſſet.

Quomodo ſine querela ſe verſatum dicat Apoſtolus. Dicit autem, *ſine querelà*, ſe inter ipſos Theſſalonicenſes, verſatum; quo ſe adeò diligenter muneris ſibi impoſiti prouinciā adminiſtraſſe euincat, vt nihil in eo deſiderari, nihil, neq; apud hõies, neq; apud Deū, iure poſſet reprehēdi. Quo ſenſu, Zachariā, & Elizabethen *Luc. 1.* *iuſtos ante Deum inceſſiſſe, in omnibus mandatis & iuſtificationibus Domini, ſine querela*, ait D. Lucas, quaſi diceret; adeò diligenter Dei legem, mandata, iuſtificationeſq; eos ſeruaſſe, vt nihil in eorum obſeruatione deſiderari, nihil reprehendi à quoquam poſſet.

Iuſte autem & ſanctè Theſſalonicenſibus, ſe dicit affuiſſe gentium Doctor, vt vitæ ſuæ Chriſtianæ ſanctitatem & perfectionem exprimat, quam ipſi pergant ſummo ſtudio imitari, vt non ſolum ipſi myſteria Chriſti teneant; ſed alios etiam, vt cœperant, ea docere pergant, &c.

IX. *Sicut ſcitis, qualiter vnumquemque veſtrum (ſicut pater filios ſuos) deprecantes vos & cõſolantes, teſtificati ſumus, vt ambularetis dignè Deo, qui vocabit vos in ſuum regnum, & gloriam.*

Poſtquam ſui muneris rationē ſingularem reddidit,

dit,quibus & in vita, & in doctrina, diligenter cauit, ne contra vel rationis,vel Chriſtianiſmi potius leges quicquam deſignaſſet, quo vel alienari, abduciq́; à veritate,qui ad fidem conuerſi recens fuerant,vel etiã aduerſarij,offenſionis anſam àrripere poſſent: hic eiſdem,ad bonorum operum exercitationem, & virtuũ ſtudia inuitatis,ſalutaria cõſolationum remedia, perſecutionibus,maliſq́; ingruentibus adhibenda ſuppeditat; vt ad perſeuerantiam in cœpto Chriſtianę virtutis curſu,permaneant immobiles. Ex quibus,Eccleſiarum magiſtros & Rectores *ſal terræ*, propter ſanam doctrinam,qua condiuntur populi,vt recta ſapiant, à Chriſto Domino,rectè appellari conuincuntur: Sicut & *lux mundi*,propter exempla vitæ & virtutum dicuntur,vt *luceat*,inquit,*lux veſtra coram hominibus, & videãt opera veſtra bona,& glorificent patrem veſtrũ,qui in cœlis eſt* *Eccleſiarũ Recto es, cur à Chriſto ſal terra, & lux mundi dicti?* *Matth 5.* *1.Pet. 1.*

Qualis verò ſemper in Theſſalonicenſes extiterit, multis argumentis probat Apoſtolus,ſe iam lactentiũ & infantium nutricem, iam filiorum patrem appellando: Quos enim per inſitum Dei viui verbum,Chriſto genuerat,vt filios chariſſimos, pater prudentiſſimus diligebat,ſicut & eos,quos ex regeneratione,quę ad æternitatem & incorruptionem ducit, Chriſto pepererat,gratiſſimis ſtudijs proſequabatur,quos vt proprios oculos (vt ex eis epiſtolis patet)in ſinu ſuo gerens,amabat: Quam ob cauſam,ad Chriſtum conuerſi,fratres dicuntur,qui ſcilicet,per verbi ſemen, Euangelium amplexi,renaſcuntur, quod Deus viuus & æternus,eos ita firmet,& ſtabiliat,vt ſua promiſſa nunquam ſint irrita aut caduca,ſed veriſſima, & tribuentia æternitatem. *1.Cor. 4.* *Galat. 4.* *Verbum imperandi, quid hic importet?*

Verbo *teſtificandi*,ſe non imperaſſe,vt Dominum,

ſed potius vt patrem filios ad ſanctorum hominum,
Luc.22. imitandas virtutes,premendaq́; veſtigia,fuiſſe depre-
catum dicit. Ad reges enim gentium,*dominari*, duntaxat pertinet,vos autem,dicebat Apoſtolis Dominus,
Ezech.34. *non ſic*. Nota eſt enim Domini,apud Ezech. Paſtorum
& Rectorum eius temporis reprehenſio: *Cum auctoritate*,inquit,*imperabatis*(vos paſtores(eis,& cum potentia. Ideò parentes monet alibi Paulus, ne nimia ſeueritate & imperandi cupiditate, *filios ſuos ad iracundiã prouocent*. Obteſtatur autem filios Pater in Domino, vt dignè Deo ambulent in ſua vocatione,hoc eſt, vt vnanimiter conuerſentur,nihil non facientes pro Euã-
Varia, Apoſtoli admonit. gelij defenſione,nullisq; aduerſitatibus,calumnijs, vi & truculentia frangantur, aut à virtutis Chriſtianæ curſu deficiant: ſed viuant ſecundum quod ipſorum ſtatus,ad quem,gratia Dei,vocati ſunt,exigit: Neque
1.Corinth. 14. enim *Dei domeſticos, & ciues ſanctorum rerum inanium &*
Rom. 13. *futilium ſæcularia ſtudia decere*: *Omnia honeſtè & ſecundum ordinem*,vt alibi monet,*ab ipſis eſſe facienda, vnicuique in qua vocatione vocatus eſt,eſſe manendum*. Huius generis admonitiones,obuias habes optime Lector,apud Paulum plurimas,ſicut ad Colloſ.c. 1. *Ambuletis dignè Deo per omnia placentes,in omni bono fructificantes,& creſcentes in ſcientia Dei*,Eod.modo c.1. ad Philipp.

Vbi Lutherani eſtis, qui bonorum operum dig-
Cont. Lutheranos bonis operibus detrahentes. nitatem adeò extenuatis,quaſi credentium aliquis æterna fælicitate dignum, nihil in vita poſſit operari? Cur igitur ad vitam Deo dignam,id eſt,eius mandatis reſpõdentem, Theſſalonicenſes tanto ſtudio conatur Apoſtolus inuitare, niſi quia per eam vnam, tanquã per certum medium,in ſuum regnum, & glorioſam vitam à Deo erant vocati? Huius ſanè regni poſſeſſio-

nem

nem, ijs duntaxat, Math. 25. ſe daturum Rex cœleſtis promittit, qui eiuſmodi, Deo dignam vitam, hoc eſt, legi diuinæ, gratia Dei, meritiſq; Chriſti adiutam, & conformem, rite traduxerint, hoc eſt, qui *pauerint eſurientes, nudos veſtierint, in carcere conſtitutos viſitarint*, &c. Vnde Hebræos alibi monet Apoſtolus, *ne beneficentiæ & communionis velint obliuiſci, quod talibus hoſtijs promereatur, concilietur & prouocetur Deus,* ad benefaciendum ſcilicet, & ſe dignos reddendum eos, qui bene operãtur. Hæc loquendi formula, frequens eſt in ſcripturis 2. Theſſ. 1. *Habetur, vt digni habeamini in regno Dei:* Nam quod Latini dicunt *mereri,* Græci dignum, & meritum eſſe vocant, ſicut Apoc. cap. 3. *Ambulabunt mecum in albis, quia digni ſunt,* id eſt, *quoniam merentur.* Sic cap. 16. *Dediſti eis ſanguinem bibere, digni enim ſunt,* id eſt, eiuſmodi potum merentur. Vnde cœlites & beatos inuocans Eccleſia, pro ſe, ab alijs, ad Deum preces fundi poſtulat, *vt digni efficiamur,* inquit, *promiſſionib. Chriſti.*

Ex quibus, fit euidens, æterna mercede digna fideles opera poſſe operari, quicquid malitioſè tandem garriant Lutherani: *Licet,* enim *condignæ non ſint paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis:* Diuina tamen promiſſione, Chriſti meritis, & gratiæ virtute, vita æterna dignæ reputantur; ſicut & omnia bona opera, ex charitate in Deum & proximum profecta. Beatos ſiquidem eos deprædicat Propheta, qui *in via,* huius vitæ *immaculati incedunt, & in lege Domini dies & noctes ambulant, ſcrutanturq; eius teſtimonia, ac deniq; in toto corde Deum exquirunt,* hoc eſt, qui Deum, ſuper omnia, & proximum ſicut ſeipſos amore, charitateque proſequuntur; tales enim ſunt, qui *dignè Deo am-*

Fideles, vita æterna digna, poſſunt operari, cont. Luther.

ambulant, à quo nempe, vocati ſunt in gloriam ipſius æternam.

X. *Ideo & nos, gratias agimus Deo, ſine intermiſsione: quoniam cum accepiſſetis à nobis verbum auditus Dei, accepiſtis illud non vt verbum hominum, ſed (ſicut verè eſt) verbum Dei, qui operatur in vobis, qui credidiſtis.*

Conſideratione noui beneficij, quo fuerant ij, ad quos ſcribit Apoſtolus, recenter cumulati, procliue eſt illi, Deo gratias agere, & has quidem *ſine intermiſſione*, hoc eſt, ſemper, dum ſe dat occaſio & oportunitas. Hic loquendi modus, Paulo familiaris eſt, & in ſcripturis admodum frequens, licet hyperbolicus. Eſt autem hoc beneficium; quod cito, magnaq; alacritate & facilitate, fidei doctrinam, Theſſalonicenſes ſuſcepiſſent: Neq; enim fides, ſola auditione concipitur, cum ſit donum Dei: iuxta *quod*, Epheſij *gratia dicuntur ſaluati, & hoc*, inquit Apoſtolus, *non ex vobis, Dei enim donum eſt*, pro quo dono Paulus hoc loco gratias agit. Ideò dicebat veritas *ad ſe*, per fidem ſcilicet, credendo, *venire neminem poſſe, niſi pater meus*, inquit, *traxerit eum*; quia Chriſti doctrina cœleſtis eſt, & diuina, quæ nec ſolius hominis voluntate addiſcitur, nec ſolo extremo hominum exterius docentium, magiſterio comparatur, niſi Deus interius illuminet, & moueat cor ad credendum, iuxta illud 1. Corin. 3. *Neq; qui plantat, neq; qui rigat eſt aliquid; ſed qui incrementum dat Deus.* Et

Beneficiũ, propter quod gratias agat Apoſtolus.

Fides, donũ Dei nõ ex ſola auditione cõcipitur.

ad

ad Epheſ. 1. *Deus qui eſt pater Domini noſtri* IESV *Chriſti, gloriæ, det vobis ſpiritum ſapientiæ, & reuelationis, in agnitionem eius, illuminatos oculos cordis veſtri.*

Quibus verbis docetur, quod quamuis exterior prædicatio operetur, tamen verbum & doctrinam nõ eſſe hominum, ſed Dei ipſius, qui per miniſtros ſuos, loquitur. Duo enim hoc loco notanda ſunt; Primum Dei verbum, quod per prædicatores annuntiatur; & Deum in ipſis audientibus, operari fidem: Qua de cauſa, fideles à Chriſto dicuntur didiciſſe, & audiuiſſe à Deo. Vocat autem ſermonem de Deo (in quo videlicet Deus addiſcitur) *verbum auditus Dei*, quem ſcilicet à Deo Apoſtoli, & eorum ſucceſſores audierunt, ſic enim à Chriſto miſſi ſunt in mundum Apoſtoli, vt *Euntes docerent omnes gentes, baptizantes eos, in nomine Patris, & Filij, & Spiritus ſancti, docentes eos ſeruare omnia,* inquit, *quæcũq; mandaui vobis.* Ideò ait B. Petrus: Si quis loquitur, tãquam ſermones Dei: Quibus iniungit, vt nihil doceant, niſi quod ſit iuxta ſpiritus ſancti doctrinam, id eſt, non ſuos, ſed Domini loquantur ſermones, exiſtimentq; ſe non eſſe alios, quàm organa diuinæ vocis. Ideò Eccleſiæ miniſtrorum magiſterio tantum eſſe tribuendum ſtatuit Saluator, vt diceret: *Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit.* Quod quidẽ, non de ijs tantum, quibuſcum ſermo tum habebatur, intelligi voluit, verum de omnibus etiam, qui legitima ſucceſſione, docendi munus erant ab eorum obitu, obituri; quibus & ſe, *omnib. diebus vſque ad conſummationem ſæculi, affuturum eſſe, eſt pollicitus.*

Duo hoc loco notanda.

Quid hic docet, Verbum auditus Dei, Apoſtolus.

Luc. 10.

Quo in honore, Eccleſiæ miniſtri ſint habendi.

Sunt ergo miniſtri Eccleſiæ, nõ vt homines, ſed vt paſtores & Chriſti nomine fungentes legatione, audiendi. Iiſdem etiam mos gerendus in licitis & hone-

Pœna Eccleſiæ paſtorum contemptorib. conſtituta. ſtis rebus. Eorum ideò contemptores in Euangelio, tantopere Chriſtus ipſe coarguit: *Quicunque,* inquit, *non receperit vos, neque audierit ſermones veſtros, exeuntes foras, de domo, vel ciuitate, excutite puluerem de pedibus veſtris. Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ Sodomorum & Gomorrhæ in die iudicij, quam illi ciuitati.* *Matth. 10.* Nihil ſanè, contra temerarios verbi diuini legitimorum miniſtrorum contemptores, dici potuit acrius, nihil ſeuerius, quidquid Lutheri & Caluini viroſa & inſana progenies è contra deblateret: Sic, quando Hieruſalem, ab Aſſyrijs fuit deſtructa, cauſam vaſtationis aſſignans Scriptura, dicit: *Quia ſubſannabant nuntios Dei, & paruipendebant ſermones eius, illudebant Prophetis, donec aſcendit furor Domini in populum eius, & eſſet noua curatio.* *Exemplum in Hieruſalem.* Hoc quippe extremum malorum eſt, quando verbun Dei publicè contemnitur; & ij quos illud annuntiaturos, in mundum Chriſtus miſit, non ea in veneratione habentur, qua haberi ex eiuſdem præcepto, debuerant: Et denique, quando ij, qui Dei ſermonem habent, vt eſſe ſermo Dei, iuxta Prophetam, intelligatur, eum non proferunt, vt ſentiant, eorum ſermonem audientes, vera eſſe diuinæ vocis organa atque oracula. *Quid enim paleis ad triticum?* dicit Dominus, id eſt, cur humanas ſcientias, diuinæ ſapientiæ admiſcetis? Dicit autem, in ipſis Theſſalonicenſibus, *Deum operari,* nempe per verbum ſuum; & per fidem; opus ipſius fidei, ipſis dando: *Operatur enim in vobis Deus velle & perficere.* Operationis autem verbi diuini vim & efficaciam, qui crediderunt, facile percipiunt; quia *ſagittæ ſunt illæ acutæ, ſub corda inimicorum regis:* Et tela verborum, è ſuperiori loco ſonantium immiſſa in animos inimicorum, hoc eſt, in corda peccatorum, acuta ſunt, & intimius penetrant:

Quomodo Deus in Theſſal. operatus. *Philipp. 2.* *Verbi diuini vis & efficacia.* *Pſal. 44.*

Nam, *viuus eſt ſermo Dei, & efficax, & penetrabilior omni ancipiti gladio, & pertingens vſq; ad diuiſionem animæ & ſpiritus, compagum quoque & medullarum, & diſcretor cogitationum & intentionum cordis.*

Sed audiri tamen debet ex parte hominis, vt ſic penetret, hoc eſt, pura intentione, caſtâ & intentâ mente, libero & expedito animo, quod talibus diuina eloquentia, neſcio quas diuini & paterni amoris flammas latenter accendat: Nam ſic accenſi, iugiter cum Regio Vate concinunt: *Lætabor ego ſuper eloquia tua, quaſi qui inuenit ſpolia multa; Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua Domine, ſuper mel ori meo. Ideò dilexi mãdata tua ſuper aurum & topaſion.*

Qui enim ad æternam beatitudinem deſtinati ſunt, in ipſis Dei verbis, & gaudent, & exultant. Nam *quod natum eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt:* id eſt, ſpiritus vocem, ſicut filius paternum ſermonem protinus agnoſcit, & hi demum, cum Propheta, dicere poſſunt: *Eloquia Domini, eloquia caſta, argentum igne examinatum, purgatum ſeptuplum*, quia ſpiritualis omnia diiudicat, & facili negotio percipit, *quam magna ſit eius dulcedinis multitudo, quam Dominus abſcondit diligentibus ſe.* Ideò illud idem verbum, cum gaudio recipiunt, & receptum in cordis terram, fructum facit centuplum, &c. Hinc illos beatos pronuntiat Dominus, qui Dei verbum audientes, illud cuſtodiunt, quemadmodum vſu venit Theſſalonicenſibus, qui verbum auditus, hoc eſt Euangelicam Pauli prædicationem, cum gaudio receperunt. Hic enim loquendi modus frequens eſt in Scriptura, vt obiecta, habituum & potentiarum nominibus eiſdem aliquando exprimantur: Quo pacto, rem creditam, fidem & rem ſperatã,

Gaudium, prædeſtinatorum ad præmia, in Dei verbis.

ſpem dicimus, & hoc loco ſermonem & prædicationẽ auditu perceptam, *auditum*, appellant. Sic apud Eſaiam cap. 53. legitur. *Domine quis credidit auditui noſtro*, id eſt verbis noſtris, quæ ipſorum auditibus ſuggeſſimus. Sermonem enim auditum appellauit, quia auditu percipitur; non quia ipſe audiat, ſed quia ipſe alios audire faciat

II. *Vos enim imitatores facti eſtis fratres Eccleſiarum Dei, quæ ſunt in Iudæa, in Chriſto* I E S V, *quia eadem paſſi eſtis & vos à contribulibus veſtris, ſicut & ipſi à Iudæis*

Commendauit hactenus Theſſalonicenſes Apoſtolus, quod ad Chriſti, ſuiq́; imitationem, omnes vitæ ſuæ actiones, & morum inſtituta compoſuiſſent; Hic verò, eorum credentium cœtui, eoſdem maxima cum laude, ſimiles facit, qui Hieroſolymis, Chriſti cauſa, perſecutiones grauiſſimas, Eccleſiæ fundamentis vix iactis, ſuſtinuerant, quaſi inſignes herôes, res maximè præclaras geſſiſſent. Si enim pro patria, & parentibus & amicis, mori glorioſum eſt, quanto glorioſius erit pro Deo mortem oppetere eos, qui ſine vlla culpa patiebantur; cùm omnium ſapientum iudicio, præſtet ſine culpa interfici, quàm cum culpa viuere,

Ex quibus, *Deum in ipſis*, ſuis operarijs efficaciter fuiſſe *operatum*, facile quiuis collegerit: Neq́; enim aliundè pij Chriſtiani ſciunt, certiq́; ſunt, bonum eſſe, pro Chriſtiana religione pati (quamuis propterea à mundi ſapientibus, vt phanatici, redarguantur) niſi

niſi docente, & vires largiente, ad ſuſtinendum, ipſo Deo: Hinc martyres, in Eccleſiæ primordio, huic ipſi veritati, quotidiè libenter, etiam cum vitę periculo, teſtimonium dabant, non tam quidem pro ſua iuſtificatione, quàm pro conſtanti & publica Chriſti diuinitatis confeſſione, mortem oppetendo: Mors enim martyrum, indicium erat ſatis euidens, diuinæ veritatis & virtutis confirmandæ, per quam, Deo, inſignis honor, & gloria accedebat; idcircò martyrium dicta eſt, hoc eſt, teſtimonium indicans & aperiens veritatem. Ideò hęc *mors pretioſa in conſpectu Domini* à pſalmographo dicitur, quemadmodum aduertit S. Hieronymus.

Martyres in Eccleſia primordio, Veritatis Chriſtiana confirmatores.

In quo genere, Theſſalonicenſes fuiſſe illuſtres hoc loco innuit Apoſtolus, cùm non aliter eos Eccleſię primitias, inter gentes, fuiſſe dicit, ac Hieroſolymitę fuerant inter Iudęos: Sicut enim ex monte Sionis, lex Euangelij, ad cęteros Iudęę fines, deriuata eſt: ita Theſſàlonica, ad cęteras Gentium regiones, dimanauit Chriſti fides, & religio. Quemadmodum verò primi credentes Iudęi, à ſuis vicinis & conciuibus perfidis, dura quęq; ſubſtinebant; (carceres enim, verbera, bonorum proſcriptionem, eos fuiſſe paſſos, teſtatur Lucas & ſępius Apoſtolus, qui pluribus locis collectarum faciendarum meminit) ita Theſſalonicenſes, à ſuis popularibus in perfidiâ obſtinatis, eadem patiebantur inter gentes, quę Iudęi inter ſuos populares & municipes.

Theſ. martyr. ſubeundis illuſtres.

Act. 5. 8.

Maximam autem fuiſſe primitiuę Eccleſię, ex circumciſione, perſecutionem, videtur Apoſtolus Hebręis refricare, cùm dicit: *Rememoramini priſtinos dies, quibus illuminati, certamen paſsionis ſuſtinuiſtis, & in*

Maxima, primitiua Eccleſia perſecutio.

 altero

alt ero quidem opprobrijs & tribulationibus ſpectaculum facti: in altero autem ſocij taliter conuerſantium effecti: nam & vinctis compaßi eſtis, & rapinam bonorum veſtrorum cum gaudio ſuſcepiſtis: ſanè verò, his Theſſalonicenſium incomparabilis conſtantia vehementer commendatur, ad quorum exemplum, vicini omnes, ſeſe non aliter componebant, ſicut ij, Chriſti, & Apoſtolorum perſecutiones imitati tolerabant. Et ſicut Iudæi credentes, odia, verbera, fortunarum direptionem fuiſſent perpeſſi.

Rom. 15. 1. Cor. 16. Gal. 2.

XII. *Qui & Dominum occiderunt* IESVM *& Prophetas, & nos perſecuti ſunt, &* DEO *non placent, & omnibus hominibus aduerſantur, prohibentes nos Gentibus loqui, vt ſalui fiant.*

Tyrannorum & Sectariorum animus in oppugnanda fide Deo ingratiſſimus.

Licet Apoſtolorum perſecutores Iudæi, ſicut & primorum Chriſtianorum oppreſſores impij tyranni, & hodierni temporis Sectarij Lutherani, qui orthodoxis bellum dixerunt, ſe DEO, rem gratam facere, imò ſacrificium quoddam offerre numini cœleſti putarint, fidei doctrinam oppugnando, ſicut & Euangelij propagationem, tanquam nefariam impietatem & ſacrilega inſtituta impediendo, DEO tamen illud obſequium minimè placebat, quia æmulatio & eorum Zelus ex veritatis ignorantia, profectus erat: Nam ſi Chriſtum nouiſſent, eius diſcipulos non eo nomine interfeciſſent, quia Chriſtum confiterétur & annuntiarent.

Tolet. in Ioan. cap. 16.

Ideò neque Iudæorum neque Gentium ignoratio, ex qua, tam diſcipulos, quã martyres occiderũt,

à culpa & grauiſſimo flagitio excuſauit eos, quin ipſi diſcipuli ſufficientiſſimum perhibebant illis teſtimonium, quo audito, poterant Dominum, Chriſtum, eiuſq; patrem, Deum verum agnoſcere: Nam ſi eorum officium conſideraſſent, ſummi Dei erant legati, ſi finem ſpectaſſent, miſsi erant ad annuntiandum hominibus pacem cum Deo, liberationem à peccato, vitæ æternæ promiſsionem: Si modum fuiſſent contemplati, non armis, non vi, non ſuperbiâ, ſed humilitate, manſuetudine, patientiâ, proximorum charitate armati venerant: Si vtilitatem aduertiſſent, erant maximè fructuoſi, & vtiles vniuerſo hominum generi: ſanabant enim infirmos ſecundum carnem, illuminabant cæcos, ſuſcitabant mortuos; ſi autem expenſarum rationem habuiſſent, omnia gratis faciebant, nec quicquam ſalarij, aut compenſationis nomine, ob fidei prædicationem, à quoquam exigebant.

Fidei oppugnatoribus nulla futura excuſatio.
2. Cor. 5.
Luc. 9. 10.
Matth. 10.
1. Cor. 4.
1. Theſſ. 4.
2. Theſſ. 3.

Quid igitur eſt, quod mundus hos homines optimos abhorruerit, vt morte turpiſsimâ, & crudeli, eos damnauerit. Nam ſola ignoratio, cauſa ſufficiens non erat; quamuis enim ignorauerit à Deo eſſe miſſos, cętera mirabilia ignorare non potuit?

Mundus, cur ſanctos viros afflixerit.

Concurrit itaq; diaboli excitatio inuidiæ plena, cuius in Chriſtum implacabile odium, in eius diſcipulos eò magis exardeſcebat, quo plures fidem amplecti animaduertiſſet. Hominum etiam cæcitas, & ambitio cöoperabantur: Na licet ad inferenda ſanctiſsimis illis hominibus mala vehementer incitarentur à diabolo, arbitrij tamen ſui peruerſitate, ad malum concurrebant, maximè quod impiæ vitæ ſuæ, & corruptis moribus, Chriſti cultores viderent diſsimiles. Impiorum

rum enim vox eſt, Sap. cap. 2. *Circumueniamus iuſtum, quia contrarius eſt operibus noſtris*, quorum ſanctimonię, puritati, modeſtiæ, æquitati, ſe nolebant conformare, tanquam exleges, quia falſæ religionis Zelus, eos à veri Dei cultu, & virtutum ſtudio, facile retrahebat, quos antiqua patrum traditio, & auita maiorum obſeruantia, in ſuperſtitionibus & inſaniis falſis, lactauerant. At mundus interim à peccato non potuit excuſari, quod religio Chriſtiana, tot & tantis ſemper fuerit ſignis & argumentis diuinitus comprobata, vt incredulos planè faceret inexcuſabiles, multò verò minus ipſos perſecutores, qui nō ſolum eam ob cauſam, Deo diſplicebant; ſed & hominibus aduerſabantur, eorum ſaluti hoc ipſo inuidentes, quod fidei præcones ad ſupplicia conquirerent, & religionem Chriſtianam conarentur, per ſummam impietatem, extinguere; & hoc diabolo ſuadente, qui, auctore Iuſtino, hoc ſemper egit, vt omnes etiam, qui quoquo modo, ex ratione degere, & vitia declinare ſtuderent, in odiū, & in inuidiam incurrerent: Nihil autem mirum eſſe, ſi operam darent, vt ij inuiſi eſſent, qui ex rationis parte degunt, ſed vt ij, qui totius rationis & verbi, id eſt, Chriſti cognitionem & contemplationem in vitâ ſequuntur ducem, multo magis eos inuiſos reddere inueniuntur; quo modo, Scribas & Phariſeos, in Chriſtum concitabat, vt eius impeditâ prædicatione, hominum ſaluti plurimum officerent, quemadmodum ipſis, ipſe Dominus, apud Mathæum exprobrat: *Væ vobis*, inquit, *ſcribæ & Phariſæi, qui clauditis regnum cælorum ante homines, vos enim non intratis, nec introeuntes ſinitis intrare.*

Mundus à peccato inexcuſabilis.

Iuſtin. Apolog. ad Sen. Rom.

Matth. 23.

Quod noſtri temporis ſectariis, non abs re poſſet exprobrari, qui per Eccleſiæ, eiusq; prælatorum obe-

Huius temporis ſectarij, ſeductores hominum.

obedientiam, ad cœlum properantes, pernicie doctrinæ, per impunitatem & ſcientiam, à recto ſalutis tramite ſeducunt. Quibus, quod olim Galatis Paulus, rectè Catholicus quiſpiam obiiceret: *O inſenſati* Lutherani, & vos omnes, qui Euangelici nomen falsò & inaniter vſurpatis, *quis vos faſcinauit non obedire veritati? Miror quod tam citò transferimini ab eo, qui vos vocauit in gratiam Chriſti, in Euangelium*, &c. *Galat. 3. 1.*

Vt impleant peccata ſua ſemper: Peruenit enim ira Dei ſuper illos, vſq; in finem. XIII.

Minimè mirandum eſt, ait Apoſtolus, quod veſtri populares, tantas calamitates vobis parent, & tantas inſidias, contentiones & lites per ſummam iniuriam, vobis intendant; Gentileſ id eſt, Chriſti cultoribus, vt non à contribulibus, tantùm, ſed & ab agnatis, & parentibus acerbiſſima quæq; fidei causâ, patiantur: Communi ſiquidem prouerbio tritum eſt: *Inimici eius, domeſtici eius.* Nam & in primis, popularibus ſuis, ita inuiſus fuit ipſe Dominus, vt aliquando præcipitem eum agere de monte cogitarent; imò præcipitaſſent, niſi virtute diuinâ, manus impiorum ſuorum conciuium euaſiſſet, & pertranſiens *per medium illorum abiuiſſet.* Quæ cauſa erat, quod nullum in ſuâ patriâ, ſignum edere eundem potuiſſe, dicat ſcriptura, quod propoſitos in exemplum, ſuos nempe conterraneos, incredulitatem ipſorum reprehendiſſet; qui placentia ſibi, quam hanc exprobrationem & reprehenſionem libentius audiſſent, vt illi apud Eſaiam cap. 30. *Suis popularib. inuiſi Theſſalon.* *Luc. 4.*

Commune enim auditorum eſt vitium, delectari velle, *Commune auditorũ vitium*

ri velle, non doceri, mulceri non pungi, aſſentationis non reprehenſionis refertum audire ſermonem, quéadmodum teſtantur Salomon Prouerb. 15. Amos 5.
3.Reg.22. *Remanſit vix vnus*, (dicebat Rex ille ſtultus Iſraël) *per quem poſſumus interrogare Dominum, ſed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonum, ſed malum.* Quid, & à ſuæ gentis etiam impiis hominibus, in mortem turpiſſimam ipſe datus eſt Chriſtus, eiusq́; diſcipuli, poſtea ab iiſdem ſuis ſedibus expulſi, verberatiq́; ſunt; ſed hæc permittente Deo, vt indies magis ac magis perficientes in peius, impij ſeipſis deteriores ſemper euaderent, tanquam ſcelerum omnium faſtigium, & nequitiarum apicem, iam aſſecuti. *Mali enim homines, & ſeductores proficiunt in peius, errantes & in errorem mittentes*, &c.
Matth.23. Quibus eam ob cauſam, apud Mathæum dicebat Dominus: *Vos implete menſuram patrum veſtrorum.* Intelligit vero eos, de quibus Lucæ cap. 11. loquitur: *Propterea*, inquit, *& ſapientia Dei dixit: Mittam ad illos prophetas, & Apoſtolos, & ex illis occident*, & perſequentur. Hoc enim eſt *implere menſuram patrum ſuorum*, eorum ſcelera atq; homicidia, maioribus homicidiis, ſceleribusq́; cumulare. Quod in Chriſti perſonâ, videtur Dauid Iudæis ad Deum dixiſſe: *Appone*, inquit, *iniquitatem ſuper iniquitatem eorum, & non intrent in iuſtitiam tuam.*

Quid indicet Deus, hominis peccata non puniens. Cum enim Deus hominum offenſis, & flagitiis, nō modo non iraſcitur, ſed nec eos punit, quin potius ſceleribus ſuis impunes permittit, de eorum ſalute conclamatum eſſe videtur, quemadmodum obſeruat Hieronymus, ſuper Ezech. cap. 16. circa illa verba: *Vt deſinas fornicari*; ſeu: *Vt auertas te à fornicatione, alioqui requieſcet indignatiò mea in te, auferetur Zelus meus à te;*

) à te; quieſcam ne iraſcar amplius. Grandis ſanè Dei offenſa, & maximum ſupplicium, poſtquam aliquis ita peccauerit, vt iram & vindictam Domini non mereatur: Eſt enim, ac ſi propheta dixiſſet: Tanta iniquitate Hieroſolymæ indignas fuiſſe coopertos, vt nec emendatione quidem & corruptione digni fuerint, iuxta illud, quod Oſeæ cap. 4. ſcriptum eſt. *Non viſitabo veſtras filias, ſponſas & nurus veſtras, cùm mœchatæ fuerint.* Quod ſi enim omnem filium flagellat Deus, 12. cap. Hebr. quem recipit, vt eruditus diſciplinâ, rectâ viâ incedat, & ſæcularia contemnens, cœleſtia ſectetur; peccantem quem non corrigit, videtur neglectum odiſſe; Et ſicut maximum Dei donum eſt, ab eo affligi & caſtigari; ita magnum ſupplicium eſt, ab eodem propter peccata, nec redargui, nec puniri, quia *Deus caſtigat, quem diligit*, & in quo ſibi plurimum complacet, quem reprobrat, aſpernatur quaſi iam deſperatum. Vnde peccatores, qui in profundum venêre peccati, dimittuntur vt *faciant deſideria cordis ſui.* Eiuſmodi enim peccatores, qui menſuram peccatorum ſuorum impleuerint, cùm diuitiis, voluptatibus, honoribusq́; aucti, & cumulati fuerint, tamen *in labore hominum non ſunt, ne cum hominibus flagellentur,* id eſt, perſecutiones patiantur, per quas de peccatis admiſſis pœnas luant, & ſic dignos faciant pœnitentiæ, pro admiſſis delictis, fructus. Tales *dimiſit Dominus, ſecundũ deſideria cordis eorũ, vt eant in adinuentionibus ſuis*, vtq́; peccata ſua augeant, quaſi ſemper peccare inſtituerint.

Summa, Hieroſolymitarum impietas.

Rom. 11

Oecumenius, ſic Paulum hoc loco interpretatur, quaſi dicat: Si vtile eſt, ad fidem gentes accedere, cur nõ & ipſi accedunt? ſin momenti nullius eam religionẽ eſſe putant, cur accedentibus inuident? Vides ergò,

Oecumenij, huius loci explicatio.

inquit, quo pacto, voluntariè, ac de induſtria peccant; nempe fidei perſecutione, ac nihil non faciant, vt peccatis peccata cumulent, & nunquam à peccati propoſito recedant; propter quod *ira Dei peruenit in illos vſq; in finem*; quaſi Deus, eos deſeruerit, quemadmodũ in hodiernũ vſq; diem, ipſis Iudæis vſu veniſſe, reipsâ videmus, ſicut & impiis ſectariis. Qualis autẽ ſit homo, & quo ruat, deſertus à Deo, Paulus exemplo teſtatum facit, cum ait *diligentibus Deum quidem omnia cooperari in bonum*, quod tamen obſtinatis non ita accidit, quorum opera non cedunt ſemper in malum. Licet enim prędeſtinati, ſine gratiâ Dei, & cum peccato mortali aliquando eſſe poſſint; qui tamen prædeſtinati nõ ſunt, ſed præſciti ad æternam damnationem, aliquãdo bonos & iuſtos eſſe contingit; vt de Saule Rege teſtatum facit ſcriptura, de Iudâ ait Baſilius, bonum eum fuiſſe, cùm ad Apoſtolatum eſt aſſumptus, de Salomone, quẽ pleriq; damnatum exiſtimant; Donec tandem ira diuina, licet lentiore gradu, de ipſis iuſtam vindictam ſumat. Alia tamen reproborum, alia prædeſtinatorũ ratio eſt: hæc enim ſine vllis prorſus meritis euenit reſipiſcentibus, & iuſtis; illa verò non ſine propriis demeritis ſubſequens, in æternam damnationem obſtinatos iuſtè præcipitat.

Qualis ſit homo, deſertus à Deo.

XIV. *Nos autẽ fratres, deſolati à vobis ad tempus horæ, aſpectu, non corde abundantius feſtinauimus faciem veſtram videre, cum multo deſiderio.*

Vt maiori conſtantiâ perſecutiones pati pergerent Theſſalonicenſes, Deum dicit ad tempus eaſdem

ydem in ipſis diſſimulaſſe, vt tyrannos, & fidei hoſtes *Exhortatio*
aliquando non impunes futuros intelligerent: Licet *Pauli, ad per-*
ad tempus horæ, id eſt, breui admodum temporis ſpatio, *ſecutiões, æquo*
viſi fuerint derelicti: At ſi vitæ huius mortalis mala *animo, toleran-*
& incommoda animoſius tolerauerint, licet aliquãdiu *das.*
ſine aliquo exitij ſolatio, quaſi orphani fuerint. Hoc modo afflictos, & perſecutionem patientes, ad Hebr. cap. 12. ſcribens, hortatur, vt ad Scripturam accurrant, vnde opem petere poſſint, aduerſus omnes calamitates, ſicut ait Rom. 15. cap. *vt per patientiam, & conſolationem Scripturarum, ſpem habeamus.* Quod ipſum, Eccleſiam, ſuo exemplo, Sectarios tolerãdo, videmus imitari, quos nec ſanæ doctrinæ capaces videt, nec ſeueritate coercere poteſt, nec ad ſaniorem mentem, vel minis, vel blanditijs reuocari poſſe aduertit. Itaq; patris perſonam indutus, ob momentaneam ab eorũ conſpectu, tanquam à filiorum diſſuauiatione & conſuetudine, abſentiam, ita loquitur, quaſi ipſis ceu filijs, ipſe orbatus & viduatus non ſine mœrore fuiſſet. Quo *1. Reg. 17.*
pacto, Gen. 17. languens Iacob: *Vade, & vide*, aiebat filio ſuo Ioſeph, *ſi proſpera cuncta ſint erga fratres tuos.* Qui & poſtquam audiuit, quod ſuus filius viueret, quaſi de ſomno graui, præ lętitia, iam ſemimortuus euigilauit: Ita Iſai, minore filio ſuo Dauide miſſo ad prælium, ſolicitus inueſtigari curauit, quid militiæ, circa ſuos filios ageretur.

Eam enim parentum in liberos, amor ſolicitudi- *Parentum in*
nem parit, vt filios arbitrentur & orphanos. & quodã- *filios amor &*
modo mortuos, quos in oculis & conſpectu ſuo non *ſolicitudo.*
ſemper habuerint præſentes; dum etiam timent, ne quid illis deſit, aut mali quippiam abſentibus, & à ſe loco & tempore diſſitis, eueniat.

Paulinus in Theſſalon. amor. *Coloſſ. 2.* Dicit autem ore & aſpectu, ſe ab illis fuiſſe diſiunctum, ſed corde minimè, quia animo eos ſtrictiſſimè complectebatur, quaſi in oculis & ſinu ſemper eos ferret & foueret; quemadmodum Colloſſenſibus ſcribens: *Etſi*, inquit, *corpore abſens ſum, ſed Spiritu vobiſcum ſum, gaudens, & videns veſtrum ordinem*: Et eſt, quaſi diceret: Nos ad modicum tempus (hoc enim ſignificat tempus, ſcilicet vnius vel alterius horæ ſpatium) abeſſemus, à vobis, ac vobis ipſo aſpectu ac prȩſentia, non corde deſtituti eſſemus, in votis habuimus vos inuiſere, ſed impediti ſumus. *2. Cor. 5.* *Pauli ſolicitudo.* Ex quo Pauli ſolicitudo, pro vultus pecoris ſui viſitatione, ſingulariter eniteſcit, quam 1. Reg. cap. 4. Heli dicitur habuiſſe, cuius cor pauens erat præ arca Domini, quo etiam modo, deſiderabat Romanos videre Apoſtolus, *vt aliquid vobis impertiar gratiæ ſpiritualis*, inquit, *ad cõfirmandos vos*, id eſt, *conſolari in vobis*: Item, *Cupiditatem habens veniendi ad vos ex multis iam præcedentibus*. *Rom. 1. 15.* *Cant. 3.* Quo pacto ſponſa ipſius *In lectulo* ſuo, per noctem ſe quæſiuiſſe dicit, quem diligit anima ipſius, quæſiui, & non inueni: *Surgam* inquit, *& circuibo ciuitatem, per vicos & plateas, quæram, quem diligit anima mea*. In quam ſententiam, ferè ſubdit Apoſtolus.

XV. *Quoniam voluimus venire ad vos, ego quidem Paulus, & ſemel & iterum, ſed impediuit Sathanas.*

Suæ affectionis magnitudinem, & ad eos redeundi cupiditatem maximam, his verbis declarat, cùm iterum atq; iterum, iter ad eos ſe inſtituere conatum fuiſſe confirmat, ſed impedimento nobis fuit aduerſarius nempe, Sathanas, inquit, qui bonas iuſtorum cogi-

cogitationes, deſideria, & ſalutaria conſilia, qua eſt nequitia, ſemper retardare & impedire nititur; tametſi iiſdem offendiculum ponere non poſſit, niſi prius à Deo poteſtatem tale ſcandalum ponendi acceperit. Cuius rei, non minus notum in Iobo habemus exemplum, quam in ipſis Chriſti Apoſtolis, quos depopoſcerat, & expetierat, idem Sathanas, vt eos *tanquam triticum poſſet cribare*; non aliter, ac cùm aliquis gladiator aut coniuratus hoſtis, à Duce popoſcit aliquem, vt in ſingulare, cum eo certamen inire poſſit, quod Goliath illum Philiſthæum feciſſe legimus, Dauidem ad ſingulare duellum prouocantem. Sed Dei, tum prouidẽtia ſubinde permittitur Sathanas pios Sanctorum conatus præpedire, non quod propterea Dei voluntas à fine ſuo conſequendo impediatur, aut profectus Euãgelij retardetur, qui ex eius vexatione, tantum ſæpe facit prouentum, quantum eius afflictione recepit Iob, qui bis tantas opes & diuitias recuperauit, ac ex eius inuidia, profecta perſecutione, perdiderat.

Nulla Sathanæ poteſtas, niſi à Deo conceſſa.

Iob. 1. 12.

1. Reg. 18.

Dei prouidentia, piorum conatus à Sathana impediuntur.

Deus enim qui intentator malorum eſt, etſi non tentat ipſe, neq; operam dat, quo homines tententur, tentare tamen dicitur, quia cum poſſit prohibere, ne id accidat, aut ne tentationibus ſuperemur, non impedit. Quo modo, Deus pios & bonos homines tentari quidem ſinit, veruntamen, ſua eos gratia non deſerit. Interdum tamen iuſto, & occulto Dei iudicio, noſtris id ſceleribus poſtulantibus, nobis ipſi relicti concidimus, cùm ſcilicet, Dei gratia conceſſa non vtimur, & abiecta in Deum ſpe, cogitationeq;, cœleſtium fructuum tantum præſenti rerum terrenarum abundantia luxurioſè & perditè fruimur. Decipitur enim ſæpenumero infelix Sathanas, dum non obtinet, quod ipſe

Quomodo Deus homines tentare dicatur.

ipſe vult, vel ſperabat, quoniam & totum in caput eius frequenter recidit & reuoluitur. Ideò monet alibi fideles diligenter Apoſtolus, *vt armaturam fidei velint induere, qua poſſint ſtare aduerſus inſidias diaboli; quoniam*, inquit, *non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores, tenebrarum harum, contra ſpiritualia nequitiæ in cæleſtibus*, quorum ſcilicet omnis cogitatio & agitatio animi diu noctuq; eo tendit, vt prædicationis Euangelicæ curſu interturbato, hominibus ſint damnoſiores, & magis exitiales. Huius impedimenti videtur Lucas, Actor 16. meminiſſe: *Vetati ſunt*, inquit, *à ſpiritu ſancto, loqui verbum Dei in Aſia*. Vbi poſtea dicitur, quod *tentârant ire in Babyloniam, & non permiſit eos Spiritus Ieſu*.

Epheſ. 6.

Diuerſis intentionibus, & à Spiritu ſancto, & à Sathana, & à malis hominibus, potuit Pauli profectio ad Theſſalonicenſes, impediri; permittere potuit Deus, impedimentum profectionis Apoſtolicæ, petente Sathana, ad maiorem Theſſalonicenſium vtilitatem, quam ex virili diutinæ perſecutionis tolerantia capiebant: Sicut cœleſtis Pater, Iudæi, Gentiles, & Iudas diuerſa intentione, Chriſtum tradiderũt: Nihil enim magis ſatagit Sathanas, quam vt Euangelij præcones ſemper, vehementius turbentur, ne fructum faciant, quod ſub Allegoria, videtur D. Ioannes in Apocalypſi ſignificaſſe, quando *vidit quatuor Angelos, ſtantes ſuper quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ, ne flarent ſuper terram*. Quod vtinam hodierna die, vſu, per Sectarios, in Chriſtianiſmo non veniret, qui ceu Sathanæ lictores & Satrapæ, Euangelij curſum non aliter retardare conantur, ac olim tyranni & primi Eccleſiæ,

Diuerſis intentionib. impedita à Spiritu S. et Sathana Pauli profectio.

Sectarij, Sathanæ Satrapæ Euangelij curſum retardant.

cleſiæ, & Apoſtolicæ Philoſophiæ perſecutores fecêre.

Quæ eſt enim noſtra ſpes, aut gaudium, aut XVI.
corona gloriæ? Nonne vos ante Dominum noſtrum IESVM *Chriſtum eſtis in aduentu eius? vos enim eſtis gloria noſtra & gaudium.*

Rationem reddit, cur eos videndi tanto deſiderio teneatur, quia veſtri profectus, inquit, veſtræ inquam pietatis, virtutis, iuſtitiæ, fidei, & patientiæ maximum exſpecto in illa die fructum, & vberrimam à Chriſto mercedem, cum quo, ad iudicium venturus, vnicuiq; dicere ius veniet: Tum enim, diſcipulis in agone probatis & victoribus, dignus erit corona eorũdem magiſter: Nam perfectus & perfectio diſcipulorum, gaudium & corona eſt magiſtrorum. *Hi enim ſunt, qui labores fructuum ſuorum edituri ſunt, fructus enim magiſtri obedientia eſt diſcipuli,* vt auctor eſt Ambroſius. Nam ſicut, *qui docet filium ſuum,* ait Eccleſiaſticus, *lætabitur in illo:* Sic, *filius ſapiens,* iuxta Sapientem, *lætificat* patrem, qua ratione, Philippenſes, verbum vitæ continentes ad gloriam ſuam, in die Chriſti luminaria vocat, quę ſcilicet, declaratura ſunt in die iudicij, quod in vacuum ipſe non cucurrerit, neq; in vacuum laborârit, vt qui vita, conuerſatione, moribus, ad magiſtri ſui imitationem, non aliter in hac vita, alijs præluxerit, quam ſol & luna, inter ſidera & ſtellas ſplendore ſunt ſublimia.

Paulini deſiderij, in videndis Theſſal. ratio.

Quis ſit magiſtri de diſcipulis fructus.

Vocat porrò Theſſalonicenſium virtutes, *ſuæ gloriæ coronam,* quod ex eorum, aduerſus fidei hoſtes par-

Cur Theſſalon virtutes, ſuæ co-

ronam vocet Apoſtolus.

ta victoria, lauream immarceſſibilem ipſe exſpectaret, qui dux in medijs calamitatibus ijſdem præiſſet anteſignanus: Matrum vbera dulciter lambentes, blande alloquentium verba ſunt, quibus, amoris ſui viſcera in Theſſalonicenſes aperit Paulus: Cui; ſicut in regeneratione, (cum *ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ*) licebit dicere: *Domine quinque talenta tradidiſti mihi, ecce alia quinque ſuperlucratus ſum*: ita eidem licebit audire, & gratiſſimas æterni regis gratulatorias voces excipere: *Euge ſerue bone & fidelis, quia in pauca fuiſti fidelis, ſuper multa te conſtituam; intra in gaudium Domini tui*: quod gaudium imprecatus fuiſſe videtur Romanis, cum dixit: *Deus autem ſpei, repleat vos omni gaudio & pace in credendo, vt abundetis in ſpe, & virtute Spiritus ſancti.*

CAPVT III.

1 PRopter quod non ſuſtinentes amplius, placuit nobis remanere Athenis, Solis, & miſimus Timotheum fratrem noſtrum, & miniſtrum DEI in Euangelio Chriſti, ad confirmandos vos & exhortan-
2 dos pro fide veſtra: * vt nemo moueatur
in tribulationibus iſtis. * ipſi enim ſcitis,
3 quòd in hoc poſiti ſumus: Nam & cum
apud vos eſſemus, prædicabamus vobis
paſſu-

paſſuros nos tribulationes: ſicut & factum
eſt, & ſcitis. * Propterea & ego amplius nō 4
ſuſtinens, miſi ad cognoſcendam fidem ve-
ſtram: ne forte tentauerit vos is qui tentat, 5
* & inanis fiat labor noſter. * Nunc autem 6
veniente Timotheo ad nos à vobis, & an-
nuntiante nobis fidem & charitatem ve-
ſtram, & quia memoriam noſtri habetis
bonam ſemper, deſiderantes nos videre,
ſicut & nos quoque vos: ideo conſolati
ſumus fratres, in vobis, in omni neceſſita-
te & tribulatione noſtra per fidem veſtram:
*quoniam nūc viuimus, ſi vos ſtatis in Do- 7
mino. * Quam enim gratiarum actionem 8
poſſumus Deo tribuere pro vobis, in omni
gaudio quo gaudemus propter vos ante
DEVM noſtrum, nocte ac die abundan-
tius orantes vt videamus faciem veſtram, &
compleamus ea quæ deſunt fidei veſtræ?
*Ipſe autem DEVS & PATER noſter, & 9
Dominus IESVS CHRISTVS dirigat
viam noſtram ad vos: *vos autem Dominus 10
mlutiplicet, & abundare faciat charitatem
veſtram in inuicem, & in omnes: quemad-
M 2 modum

modum & nos in vobis, ad confirmanda corda veſtra ſine querela, in ſanctitate, ante Deum & Patrem noſtrum, in aduentu Domini noſtri IESV Chriſti, cum omnibus Sanctis eius, Amen.

CAPVT III.

1. *Propter quod, non ſuſtinentes amplius, placuit nobis remanere Athenis, ſolis; & miſimus Timotheum Dei in Euangelio Chriſti, ad confirmandos vos, & exhortandos pro fide veſtra.*

Paternus Pauli in Theſſalon. amor.

SVum ipſius, ceu veri parentis amorem in filios, ſingularem nutricis in lactentes curam, imò ſolicitæ matris aſſiduas moleſtias erga germanos Theſſalonicenſes, declarat Apoſtolus, quas ſponte, tanquam erga infantes, lubentiq; animo ſuſtinebat. Non aliter enim, ac ſi prouidus pater, mortis diſcrimini iam obnoxius, fideli tutori filios ſuos conſignet, & cupiat eoſdem actori prudenti bene inſtructos relinquere orphanos: Sic Timotheum mittit, qui tum legati fungens officijs, tum fidi & prouidi parentis vices gerens, exquirat, quid circa ſuos, quaſi modo penitos infantes agatur, curetq; ſingula, quæ ad ipſorum ſalutem & ſoſpitatem pertinere arbitretur: Sic autem Domini præcurſor, ex car-

Simile.

ex carcere diſcipulos ad Chriſtum miſerat, vt diſcerent, an is expectatus & promiſſus in lege Meſſias foret: Sic Eliſæus, prophetarum filios amandârat per montes & ardua, vt quærerent Eliam, quē ipſe aſcendentem viderat. Quos, in ipſis ſæpe vinculis imitatus Apoſtolus, Eccleſiæ curam gerens, ad Philippenſes, ad Epheſios, ad Philemonem, ad Coloſſenſes ſcribebat. *Matth. 11.*

Nullis enim locorum anguſtiis concludi charitas ipſius poterat, cum eius viſcera ingenti teneritudine, in abſentes filios ſpirituales ferrentur; quemadmodum huius cum cap. 17. Act. collatio, teſtatum facit: Vbi fratres Theſſalonicæ habitantes, populo cum magiſtratu ibidem commotis, conſultum Paulo cupientes, hunc vnâ cum Silâ, nocte intempeſtâ emiſerant. Atque ſic Berrhæam, è qua etiam eiectus, à turbâ Paulus, Athenas proficiſcitur; quo Silam & Timotheum ibidem Berrhææ relictos, ad ſe euocat, graſſante interim in Eccleſiâ, apud Theſſalonicenſes, perſecutionis procella; Athenis porro moras trahens, metuensq;, ne quid teneræ ibidem ad huc Eccleſiæ mali accideret, ſemel atque iterum periclitantibus fratribus, ferre ſuppetias voluit: At cum ipſe tuto proficiſci iſthuc non poſſet, Timotheum (quem non vſque adeò grauis aduerſariorum premebat inuidia) mittit, vt pro Chriſti nomine, aduerſa patientes confirmet. *Summa Pauli in Theſſalon. charitas.* *Timothei ad Theſſal. legatio.*

Magno itaq; animo Theſſalonicam profectus Timotheus, infracto reperit & conſtanti animo ibidem fidelis populi multitudinem. Inde, reuerſus Athenas Timotheus, cum Theſſalonicenſium fidem & conſtantiam deprædicaſſet, hanc epiſtolam, ad eoſdem ſcribendi occaſionem dedit, qua ad perſeuerantiam *Infractus Theſſalon. animus.*

tiam ipſos cohortatur, laudatq́;, quod ſibi ſimiles, in mediis etiam perſecutionibus, immoti maneant. Magni verò ponderis negotia tractaturum mittit Timotheum, cuius prudentiam & fidem, multis in rebus, antea ſpectatam habuerat, quem etiam Philippenſibus ſcribens, mirificè commendat: *Spero*, dicit, *in Domino Ieſu, Timotheum me citò mittere ad vos, vt ego bono animo ſim, cognitis his, quæ circa vos ſunt: Neminem enim habeo tam vnanimem, qui ita ſincera affectione ſit ſolicitus; omnes enim quærunt quæ ſua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti. Experimentum autem eius cognoſcite, quoniam ſicut patri filius, mecum ſeruit in Euangelio.* Dicit ergo Paulus: Cum *gloria noſtra, & gaudium noſtrum vos ipſi ſitis*, nec vobis in Domino coram frui hoc tempore datum ſit, noſq́; lateant res veſtræ, nec veſtri maximum deſiderium ferre diutius poſsimus, nobis ſolis viſum eſt, vt maneremus Athenis: Vnde miſimus ad vos Timotheum, qui vos, & ſolicitè reuiſat, & exhortetur, vt in ſuſcepta fidei doctrina confirmet, ne quem à veritatis ſuſcepto curſu, tribulatio & anguſtia dimoueant, quam Chriſti aduerſarij, incenſore diabolo, mouere non ceſſant. Hinc ſubdit.

II. *Vt nemo moueatur in tribulationibus iſtis.*

Sortem iuſtorum, plurima temporaliter mala perpeti, vt cœleſtibus bonis in æternum fruantur, crebrò admodum declarat ſcriptura; quemadmodum discipulis ipſe Chriſtus prædicebat: *Mundus gaudebit, vos autem contriſtabimini; ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium*; quaſi deſtinatos & vocatos eſſe Chriſtianos innueret, vt tribulationes, & tentationes, quæ quotidie illis obueniunt, patienter debeant ferre, quod omnis tri-

Ioan. 6.

Sors iuſtorum plurima mala in hoc mundo, perpeti.

nis tribulatio, fidei verę Chriſtianæ, ingenuæq; charitatis ſit probatio: *Tribulatio* enim, iuxta Apoſtolum, *patientiam, patientia probationem operatur.* Et Sapiens: *Tanquam aurum*, ait, *in fornace probauit illos, & inuenit eos dignos ſe.* Qua ratione autem, afflictiones ſanctorum, ſint probationes ipſorum, docet Auguſtinus: *Voluntas Dei*, inquit, *eſt aliquando vt ſanus ſis, aliquando vt ægrotes. Si quando ſanus es, dulcis eſt voluntas Dei; quando autem ægrotas, amara; non es recto corde, quia non vis voluntatem tuam ad Dei dirigere voluntatem, ſed è contra. Probat enim hominem tribulatio, an toto corde eas fortiter ferendo, Deum diligat.* In quo ſenſu, dixit Apoſtolus: *Si extra diſciplinam eſtis, ergo adulteri eſtis, non filij.* Paternam namq; caſtigationem, verus filius ęquo animo debet ferre, cum ſingulari fauore, Deus illum proſequatur, quem ipſe, vt pater afflixerit: *Quia acceptus eras Deo*, dicebat Tobiæ Raphaël, *neceſſe erat, vt tentaret te.* Ideò Chriſtus, apud Lucam: *Dico vobis amicis meis, nolite timere eos, qui occidunt corpus.*

Aug. in Pſalm. 76.

Tribulationũ fructus.

Vult enim Deus, in hac vita ſuos habere perfectos, ideò virtutis illorum ſæpius periculum facit, ac eos tentat, vt in altera vita, magnis præmiis, eam virtutem compenſatam remuneret: Neq; enim conſummatam Chriſtianæ æquitatis, & totius virtutis perfectionem, tantũ neglecto peccato, boni operatio complectitur, niſi pro iuſtitia, malorum tolerantia, & in aduerſis patientia adiungantur: *In patientia enim veſtra poſſ debitis animas veſtras.* Et, *à diebus Ioannis*, ait Dominus, *regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Quicumq; ergo proponunt ſecundum Dei Euangelium, vitam ducere, & in Dei domeſticos, & in ſanctorum ciues cooptari, pietatis officia exercere;

Pſalm. 36. Luc. 18.

Vita, ſecundũ Euangelium, qua.

animo

animo ad mala, propter iuſtitiam, perpetienda prompto, paratoq́;, & heroico eſſe debent. *Qui enim piè viuere volunt, in Chriſto Ieſu, perſecutionem patiuntur.*

Externi fideliũ hoſtes. ☞ Externa quidem fidelium ab infidelibus perſecutio, ſemper ſæuiit; ſed tum maximè, quando Chriſti fides prædicari cæpta eſt à Iudæis, Gentibus & tyrannis vndiq; oppreſſa, oppugnataq́; eſt. *Matth. 24.* *Eritis*, ait, *odio omnibus hominibus, propter nomen meum: tunc tradent vos in tribulationem, & in mortem, & occident vos. Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur.* Item: *Venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo.* *Ioan. 15.* Et rurſus: *In mundo preſſuram habebitis, ſed confidite, ego vici mundum.* *Quid in ſcriptura mundus dicatur.* Mundum hic appellat totum id, quod legi Dei aduerſatur, & quod hominem à Deo conatur auertere; Talia ſunt, honores, diuitiæ, voluptates, timores, perſecutiones, homines corruptæ conuerſationis, dæmones, quibus à Deo mortales auertuntur: Quæ tamen omnia, Chriſtus ita ſuperauit, vt à voluntate ſui patris eum nec mors, nec tota inferorum poteſtas auertere potuerit: Quin potius morte ſua, tantam homini gratiam conſecutus eſt, vt omnia vincere talia poſſit. Vnde, qui per gratiam, in Chriſto fideles manent, diffidendi occaſionem non habent, quia, ſi velint, omni poteſtate, mundiq́; potentia per Chriſtum, ſunt effecti ſuperiores; modò datis à Deo, ſupernaturalibus viribus vti velint, quemadmodum Ioannes, 1. epiſt. cap. 5. videtur apertè docuiſſe: *Interni hoſtes, quomodo ſuperandi.* *Omne quod natum eſt ex Deo, vincit mundum, hæc eſt autem victoria, quæ vincit mundum, fides noſtra.* Cum, ceſſante tyranno- [illegible] perſecutione, iuſtis hominibus dura & aduerſa [illegible]die non contingunt & eueniunt, tum fide, hoc [illegible]pore opus eſt, per quam, inteſtinis hoſtibus & aduer-

aduerſariis reſiſtamus, eosq; vincamus: Licet hodierno die ſectarij impiis tyrannis ſuccedentes, non deſint bonorum æmuli, & oſores, qui & ferocia & immani barbarie ſæpenumerò tyrannos vincunt, prout ſuperiorum temporum memoria, & hodierna implacabilis eorum in orthodoxos inuidia, quotidie ſolet prodere. Nec carnis opportunitas deeſt, ſpiritu ex aduerſo inſidias ſemper machinans; nec mundus ceſſat mentem in ſua ſtudia pertrahere, ſuo vt eam de ſtatu deiiciat. *Hodiernorum ſectariorum crudelitas.*

Ideò Sapiens, infirmo præparat, vt cùm crediderit, non huius ſęculi proſpera vel ſperare, vel ſpectare velit: *Fili mi,* ait, *accedens ad Dei ſeruitutem, ſta in iuſtitia & timore, & prapara animam tuam ad tentationem.* *Eccleſ. 2.* Eſt enim malus ſpiritus fornicationis, eſt auaritiæ, eſt ſuperbiæ: Hi graues ſunt perſecutores, qui hominis mentem ſine gladij terrore, frequenter elidunt, & illecebris magis, quam terroribus, expugnare fidelium animas nituntur: *Inimici enim hominis, domeſtici eius.*

Quid, quod maxima hodierni ſectarij, de perſecutionibus, quas ab Eccleſiæ Catholicæ procerib. patiuntur, ſibi præmia blandientes promittunt, dùm ſe veritatis cauſa, vel exilium, vel carceres, vel mortem ipſam tolerare dictitant? Sed acutè, vt omnia, Auguſtinus, epiſt. 50. ſcribens Bonifacio reſpondet, *non propter iniquitatem, & vnitatis Chriſtianæ impiam diuiſionem, ſed qui propter iuſtitiam perſecutionem patiuntur, hos eſſe beatos & veros martyres. Nam Agar,* inquit, *à Sara perſecutionem paſſa eſt, quam ſancta faciebat, iniqua patiebatur. Nam & hinc Sanctus Dauid, quem perſecutus eſt iniquus Saul, valdè vndique diſtat, non quia patiebatur, ſed quia* *In Sectarios, præmia ex perſecutionibus ſibi pollicentes. Auguſtin.*

propter iuſtitiam patiebatur. Et Dominus cum latronibus crucifixus eſt, quos paſſio iungebat, cauſa ſuperabat. Vnde vox verorum martyrum, à falſis ſe diſcerni volentium: Iudica me Deus, & diſcerne cauſam meam, de gente non ſancta, &c. non pœnam, ſed cauſam meam. Poteſt enim impiorum ſimilis eſſe pœna, diſsimilis piorum cauſa. Et iniqui perſecuti ſunt me, adiuua me: Ideò ſe dignum exiſtimauit, qui iuſtè adiuuaretur, quia illi iniuſtè perſequebantur. Si putant, quod nemo poſſit iuſtè aliquem perſequi, & veram eſſe Eccleſiam, qui perſecutionem patitur, non qui facit; nos contra dicimus, eum ad veram Eccleſiam pertinere, non qui perſecutionem patitur, ſed qui ob iuſtitiam patitur; illos ab Eccleſia alienatos, non quia perſequebantur, ſed quia iniuſtè peſrequebantur. Et paulo poſt: *Si ergo verum agnoſcere volumus, eſt perſecutio iniuſta, quam faciunt Eccleſiæ, impij, eſt iuſta, quam facit Eccleſia impiis. Beata hæc, quæ patitur propter iuſtitiam; miſeri ij, qui propter iniuſtitiam patiuntur; illa perſequitur diligendo, hi ſæuiendo, hæc vt corcorrigat; illi vt euertant; hæc, vt ab errore reuocet, illi vt in errorem præcipitent.* Hæc Auguſtinus, qui & in hanc ſententiam, plurima diuerſis locis adfert, aduerſus Pſeudomartyres: Vnde concludit; aliquando qui patitur, perſecutionem, iniuſtum eſſe, & qui eam facit, eſſe iuſtum, *ſed planè ſemper perſecuti ſunt bonos mali, malos boni: hi temperanter, illi immaniter, hi charitati, illi cupiditati ſeruientes.*

Vox verorum martyrum.

Addidit verò, ſe teneris Chriſtianis, has perſecutiones antea eſſe vaticinatum, Apoſtolus, ne quid ſibi noui accidiſſe putarent, & vt leuius faciliusque ferrent, ſi quando contingeret, omnia iſta reipſa euenire. Minus enim feriunt iacula, quæ præuidentur, vt author eſt Gregorius. Sic in Apocalypſi, monebat

Cur in Chriſtianiſmo tribulationes prædixerit Apoſtolus.

nebat ſpiritus Eccleſiam: *Nihil horum* (inquit) *timeas, quæ paſſurus es: Ecce diabolus miſſurus eſt aliquos ex vobis in carcerem, vt tentemini, & habebitis tribulationem diebus decem:* Sed ante omnes, Dominus, ſuis hoc diſcipulis prædixerat: *Ecce ego mitto vos in medio luporum, eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ, cauete autem ab hominibus: tradent enim vos, & ad præſides & reges ducemini propter me.* Quæ repetiuit Marcus cap. 13. Lucas verò 22. Scribit Origenes lib. 2. contra Celſum, eundem Celſum negaſſe Chriſtum eſſe Deum, quia calamitatibus, morti, & maximis perſecutionibus eſſet ſubiectus; exiſtimabat enim, ſi potuiſſet; ea impediturum abſque omni dubio ſuiſſe: ſed, licet in hoc bene ſentiret, quod Deus omnium calamitatum & perſecutionum ſcientiam, & potentiam, ſi vellet, haberet impediendi: (quia nulla perſecutio, ſiue dæmonis, ſiue hominis, fit Deo neſciente & permittente, vt author eſt Auguſtinus, lib. 20. Ciuitatis Dei, cap. 1.) in hoc tamen errabat, quod non intelligeret, hæc non eſſe verè mala, ſed potius media, quibus ſumma apud Deum bona, ſummiq; honores, apud mundi huius homines comparentur, ac ſic, dum Deus ſuos affligi & interfici permittit, in eos maximam dilectionem exercet. Quod fideles, & iuſti, ac ſapientes intelligentes, ſummum decus, & ingens Dei beneficium exiſtimârunt, pro Chriſto tum acerba pati, tum mori; de qua morte, prædictum eſt, Pſalm. 115 *Pretioſa in conſpectu Domini, mors ſanctorum eius.* De martyribus enim prophetia eſt, vt ibidem exponit Hieronymus. Nam ſe honorabiles & ſpectabiles ſancti & innocentes Chriſtiani efficie-

Celſi. Chriſtum non eſſe Deum, blaſphemia erigo.

Tribulatio, fidelibus ſummum decus.

bant; imò & apud Deum, gloriam magnam & coronam conſequebantur; Licet enim oculis inſipientium viderentur vilem mortem ac ſupplicia deſpecta ſubire: Apud Deum tamen, glorioſa & deſiderabilia erant; nec apud Deum ſolum, ſed apud infideles etiam omnes. Magnum ergo præmium in hoc ſæculo martyribus fuit, tali exitu vitam concludere & terminare. Vnde rectè Auguſtinus, de S. Petro ſic loquitur: *Hunc inuenit exitum ille negator & amator, præſumendo elatus, negando proſtratus, flendo purgatus, confitendo probatus, patiendo coronatus: hunc inuenit exitum, vt pro eius nomine perfecta dilectione moreretur, cum quo ſe moriturum peruerſa feſtinatione promiſerat, faciat eius reſurrectione firmatus, quod immaturè pollicebatur infirmus*, &c.

Auguſt. tract. 123.

III. *Ipſi enim ſcitis, quod in hoc poſiti ſumus: Nam & cum apud vos eſſemus, prædicebamus vobis, paſſuros vos tribulationes.*

Aſſignat rationes, cur ij, qui piè volunt in Chriſto viuere, perſecutionem pati debeant, partim ex ordinatione diuina, partim ex eius prædictione; ſicut tritum prouerbio fuit Ethnicis, Deos omnia laboribus vendere; ita videtur iuſtitia diuina ordinaſſe, vt nō niſi per multas tribulationes, in regnū Dei debeamus intrare. Hæ aūt tribulationes, fuerant, & à Chriſto, & ab ipſo Apoſtolo Theſſalonicenſibus prædictę, quod eorum hominum malitiam, & animi peruerſitatem haberent perſpectam, quibus & fidē in Chriſtum, & vitę in melius mutationē erant annuntiaturi cū ſuo Dn̄o

Act. 14.

impij

Impij enim vitæ impunitati & licentiæ aſſueti, correctionis & comminationis Christianæ impatientiſſimi tanquam phrænetici in medicos ſpirituales inſurrexerunt: Nam delictorum grauium correctio, ſuperbas mentes, & ſuis in vitijs hærere volentes, in maximos prouocabat furores, vt nihil mali, quod exequerentur, prętermitterent, quo hoc iugũ abiecto ſtimulo excuterent. Quæ omnia, non modo Scriptura, ſed Sanctorum exempla luculenter tradiderunt: *Mundus me odit*, dicebat Dominus, *quia ego teſtimonium perhibeo, quod eius opera ſint mala.* Sic Sap. 2. *Circumueniamus iuſtũ, quia contrarius eſt operibus noſtris, & improperat nobis peccata noſtra.* Atq; hanc cauſam adfert Origines hom. 3. in Exod. & hom. in Pſalm. 37. Chryſoſt. in illud Pauli dictum: Non ſolum, ſed etiam gloriemur: ſic inquit, Sermo, ſermone gladij penetrans, & vitioſas partes à ſanis reſecans, magnam vbiq; ſeditionem excitabat: plurimas contra fideles inimicitias & perſecutiones commouebat, quo factum eſt, vt pars ad carcêres, pars ad tribûnalia, nonnulli ad ſupplicia ducerentur. Cui, Clemens Alexander lib. 4. Strom. videtur conſentire, cum ait: Gentibus per Chriſtianiſmum humanæ naturæ iniuriam fieri viſum eſt, & ea de cauſa Chriſtianos perſecutos eſſe. Hæc iniuria non alia videtur fuiſſe, quam correctio & admonitio, qua multorum ſcelerum arguebantur, quę ipſi ſibi licere putabant, & beneficium lucis & veritatis, iniuriam reputabant, quia ſcèlera placebant. His accedit, falſus zelus religionis: quod viderent totam ſuam religionem labefactari, ſacrificia tolli, deos contemni, quibus tot ſæculis deſeruierant, nouam religionem, nouam legem, nouum ſacrificium introduci; pluriſque faciebant conſuetu-

Tribulationum ſanctorum & piorum hominum ratio.

ſuetudinem veterem, etiam nullis rationibus fultam; quam & inſignibus miraculis, & operibus confirmatam: Hinc contra Chriſti diſcipulos, ſtrages ſecutę ſunt, quia putabant ſe religionis cauſam tueri & defendere, & pro Deo pugnare, cum tamen pro dæmonibus & erroribus militarent: Quod Dominus ſignificauit, dicens: *Omnis qui interfecerit vos, arbitabitur obſequium ſe præſtare Deo.* Ioan. 16.

IV. *Propterea, & ego amplius non ſuſtinens, niſi ad cognoſcendam fidem veſtram, ne fortè tentauerit vos is, qui tentat.*

Habebat Apoſtolus compertum, nunquam magis, diuerſas artes à Sathana excogitari, ad decipiendũ Dei filios, quàm, ſi diuino numini omnia tribuentes, pietatiſq; officia exercentes, ex eius vnius paterna voluntate ac prouidentia ſe pendere ſtatuiſſent. Tum enim communis hominum aduerſarius, & coniuratus mortalium hoſtis, omnes machinas parare ſolet, quibus Dei filios oppugnet: adeò vt verendum ſæpe ſit, ne labefactata & mutata eorundem ſententia, rurſum in vitia delapſi, longè deteriores euadant, quàm ante fuerant: In quos, illud Principis Apoſtolorum dici poſſet: *Melius erat illis, non cognoſcere viam iuſtitiæ, quàm poſt agnitam, retrorſum conuerti ab illo, quod illis traditum eſt, ſancto mandato.* Quocirca collaboratorem ſuum in Euangelio, tempori mittendum exiſtimauit Timotheum Paulus, quo monitore & auctore, à via veritatis, ſuſceptaq; ſemel fide, ſe dimoueri nequaquam paterentur Theſſalonicenſes. Sicut enim dæmon, qua aſtutia eſt, & calliditate, rebus duris & aduerſis oppreſſos

Sathana tempus ad tentandum opportunum.

Dæmonis, in tētandis hominibus aſtutia.

ſos

ſos fratres, in deſperationem adducere, nactus occaſionem, molitur: Sic è diuerſo, prudens pater, & bonus paſtor, ad conſtantiam, & animi inuictum robur hortando, bonæ voluntatis credentes, & probos Chriſti cultores armare poteſt: Et ſicut auceps, cum retia tendit, nihil niſi cibum, eumq́; neceſſarium oſtendit: Sic diabolus ſemper laborat, vt eius tentatio, non tentatio, ſed ratio videatur, qua ſummo conatu faciendũ eſſe perſuadeat, quod ipſe nequiter ſuggeſſerit: Ideò opportunas captat occaſiones, inde diutinis fractos laboribus, diris grauatos verberibus, flagris ſauciatos, contumelijs affectos adoritur, iam vitæ rationem habendam eſſe inſinuans; iam obſequium Deo rationale offerendum eſſe proponens, iam fugam ſuadens, iam diſſimulandam fidem probans, Diaboli malis artibus, ſe deceptos nuperrimè primum teſtati ſunt Prædicantes Lutherani, qui tam acriter, licet indoctè, & mendaciter, contra libros Catholicos, de diſciplinis & cruce ſuſcipienda, à doctiſſimis & religioſſimis viris conſcriptos, ſcripſerunt. Quibus artibus, Chriſtum adortus eſt iam eſurientem, & macie ex ieiunio confectum, opportunam vincendi ratus ſe occaſionem habere, diabolus.

Prædicantes Lutherani à diabolo decepti

Sed plus energiæ, contra diaboli machinas, & eius falſiſſimas artes verorum paſtorum voces, ſana conſilia, & continuæ Catholicæq́; exhortationes habent, quam fortiſſimorum tartareorum ducum, in acie ad dimicandum inanes prouocationes; Maximũ ſiquidem animum ſpiritualis alicuius ducis, fidelibus in medijs calamitatibus, perturbationibus anxijs, ſpirituale & fidele conſilium addere poteſt; ſi maxime cõmoniti intelligant, non eſſe tantam Sathanæ, eiuſque mini-

Contra diaboli machinas, remedia.

tiam ipſos cohortatur, laudatq́; , quod ſibi ſimiles, in mediis etiam perſecutionibus, immoti maneant. Magni verò ponderis negotia tractaturum mittit Timotheum, cuius prudentiam & fidem, multis in rebus, antea ſpectatam habuerat, quem etiam Philippenſibus ſcribens, mirificè commendat: *Spero,* dicit, *in Domino Ieſu, Timotheum me citò mittere ad vos, vt ego bono animo ſim, cognitis his, quæ circa vos ſunt: Neminem enim habeo tam vnanimem, qui ita ſincera affectione ſit ſolicitus; omnes enim quærunt quæ ſua ſunt, non quæ Ieſu Chriſti. Experimentum autem eius cognoſcite, quoniam ſicut patri filius, mecum ſeruit in Euangelio.* Dicit ergo Paulus: Cum *gloria noſtra, & gaudium noſtrum vos ipſi ſitis,* nec vobis in Domino coram frui hoc tempore datum ſit, nosq; lateant res veſtræ, nec veſtri maximum deſiderium ferre diutius poſsimus, nobis ſolis viſum eſt, vt maneremus Athenis: Vnde miſimus ad vos Timotheum, qui vos, & ſolicitè reuiſat, & exhortetur, vt in ſuſcepta fidei doctrina confirmet, ne quem à veritatis ſuſcepto curſu, tribulatio & anguſtia dimoueant, quam Chriſti aduerſarij, incenſore diabolo, mouere non ceſſant. Hinc ſubdit.

II. *Vt nemo moueatur in tribulationibus iſtis.*

Sortem iuſtorum, plurima temporaliter mala perpeti, vt cœleſtibus bonis in æternum fruantur, crebrò admodum declarat ſcriptura; quemadmodum discipulis ipſe Chriſtus prædicebat: *Mundus gaudebit, vos autem contriſtabimini; ſed triſtitia veſtra vertetur in gaudium;* quaſi deſtinatos & vocatos eſſe Chriſtianos innueret, vt tribulationes, & tentationes, quæ quotidie illis obueniunt, patienter debeant ferre, quod omnis tri-

Ioan. 6.

Sors iuſtorum plurima mala in hoc mundo, perpeti.

nis tribulatio, fidei verè Chriſtianæ, ingenuæq; charitatis ſit probatio: *Tribulatio* enim, iuxta Apoſtolum, *patientiam, patientia probationem operatur.* Et Sapiens: *Tanquam aurum*, ait, *in fornace probauit illos, & inuenit eos dignos ſe.* Qua ratione autem, afflictiones ſanctorum, ſint probationes ipſorum, docet Auguſtinus: *Voluntas Dei*, inquit, *eſt aliquando vt ſanus ſis, aliquando vt ægrotes. Si quando ſanus es, dulcis eſt voluntas Dei; quando autem ægrotas, amara; non es recto corde, quia non vis voluntatem tuam ad Dei dirigere voluntatem, ſed è contra. Probat enim hominem tribulatio, an toto corde eas fortiter ferendo, Deum diligat.* In quo ſenſu, dixit Apoſtolus; *Si extra diſciplinam eſtis, ergo adulteri eſtis, non filij.* Paternam namq; caſtigationem, verus filius æquo animo debet ferre, cum ſingulari fauore, Deus illum proſequatur, quem ipſe, vt pater afflixerit: *Quia acceptus eras Deo*, dicebat Tobiæ Raphaël, *neceſſe erat, vt tentaret te.* Ideò Chriſtus, apud Lucam: *Dico vobis amicis meis, nolite timere eos, qui occidunt corpus.*

Aug. in Pſalm. 76.

Tribulationũ fructus.

Vult enim Deus, in hac vita ſuos habere perfectos, ideò virtutis illorum ſæpius periculum facit, ac eos tentat, vt in altera vita, magnis præmiis, eam virtutem compenſatam remuneret: Neq; enim conſummatam Chriſtianæ æquitatis, & totius virtutis perfectionem, tantũ neglecto peccato, boni operatio complectitur, niſi pro iuſtitia, malorum tolerantia, & in aduerſis patientia adiungantur: *In patientia enim veſtra poſſidebitis animas veſtras.* Et, *à diebus Ioannis*, ait Dominus, *regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud.* Quicumq; ergo proponunt ſecundum Dei Euangelium, vitam ducere, & in Dei domeſticos, & in ſanctorum ciues cooptari, pietatis officia exercere;

Pſalm. 36.
Luc. 18.

Vita, ſecundũ Euangelium, qua.

animo

animo ad mala, propter iuſtitiam, perpetienda prompto, paratoq́;, & heroico eſſe debent. *Qui enim piè viuere volunt, in Chriſto Ieſu, perſecutionem patiuntur.*

Externi fideliũ hoſtes. Externa quidem fidelium ab infidelibus perſecutio, ſemper ſæuiit; ſed tum maximè, quando Chriſti fides prædicari cæpta eſt à Iudæis, Gentibus & tyrannis vndiq; oppreſſa, oppugnataq́; eſt. *Matth. 24.* *Eritis*, ait, *odio omnibus hominibus, propter nomen meum: tunc tradent vos in tribulationem, & in mortem, & occident vos. Si me perſecuti ſunt, & vos perſequentur.* Item: *Venit hora, vt omnis qui interficit vos, arbitretur obſequium ſe præſtare Deo.* *Ioan. 15.* Et rurſus: *In mundo preſſuram habebitis, ſed confidite, ego vici mundum.* *Quid in ſcriptura mundus dicatur.* Mundum hic appellat totum id, quod legi Dei aduerſatur, & quod hominem à Deo conatur auertere; Talia ſunt, honores, diuitiæ, voluptates, timores, perſecutiones, homines corruptæ conuerſationis, dæmones, quibus à Deo mortales auertuntur: Quæ tamen omnia, Chriſtus ita ſuperauit, vt à voluntate ſui patris eum nec mors, nec tota inferorum poteſtas auertere potuerit: Quin potius morte ſua, tantam homini gratiam conſecutus eſt, vt omnia vincere talia poſſit. Vnde, qui per gratiam, in Chriſto fideles manent, diffidendi occaſionem non habent, quia, ſi velint, omni poteſtate, mundiq; potentia per Chriſtum, ſunt effecti ſuperiores; modò datis à Deo, ſupernaturalibus viribus vti velint, quemadmodum Ioannes, 1. epiſt. cap. 5. videtur apertè docuiſſe: *Interni hoſtes, quomodo ſuperandi.* *Omne quod natum eſt ex Deo, vincit mundum; hæc eſt autem victoria, quæ vincit mundum, fides noſtra.* Cum, ceſſante tyrannorum perſecutione, iuſtis hominibus dura & aduerſa quotidie non contingunt & eueniunt, tum fide, hoc tempore opus eſt, per quam, inteſtinis hoſtibus & aduer-

aduerſariis reſiſtamus, eosq; vincamus: Licet hodierno die ſectarij impiis tyrannis ſuccedentes, non deſint bonorum æmuli, & oſores, qui & ferocia & immani barbarie ſæpenumerò tyrannos vincunt, prout ſuperiorum temporum memoria, & hodierna implacabilis eorum in orthodoxos inuidia, quotidie ſolet prodere. Nec carnis opportunitas deeſt, ſpiritu ex aduerſo inſidias ſemper machinans; nec mundus ceſſat mentem in ſua ſtudia pertrahere, ſuo vt eam de ſtatu deiiciat. *Hodiernorum ſectariorum crudelitas.*

Ideò Sapiens, infirmo præparat, vt cùm crediderit, non huius ſęculi proſpera vel ſperare, vel ſpectare velit: *Fili mi,* ait, *accedens ad Dei ſeruitutem, ſta in iuſtitia & timore, & præpara animam tuam ad tentationem.* Eſt enim malus ſpiritus fornicationis, eſt auaritiæ, eſt ſuperbiæ: Hi graues ſunt perſecutores, qui hominis mentem ſine gladij terrore, frequenter elidunt, & illecebris magis, quam terroribus, expugnare fidelium animas nituntur: *Inimici enim hominis, domeſtici eius.* *Eccleſ. 2.*

Quid, quod maxima hodierni ſectarij, de perſecutionibus, quas ab Eccleſiæ Catholicæ procerib. patiuntur, ſibi præmia blandientes promittunt, dum ſe veritatis cauſa, vel exilium, vel carceres, vel mortem ipſam tolerare dictitant? Sed acutè, vt omnia, Auguſtinus; epiſt. 50. ſcribens Bonifacio reſpondet, *non propter iniquitatem, & vnitatis Chriſtianæ impiam diuiſionem, ſed qui propter iuſtitiam perſecutionem patiuntur, hos eſſe beatos & veros martyres. Nam Agar,* inquit, *à Sara perſecutionem paſſa eſt, quam ſancta faciebat, iniqua patiebatur. Nam & hinc Sanctus Dauid, quem perſecutus eſt iniquus Saul; valdè vndique diſtat, non quia patiebatur, ſed quia* *In Sectarios, præmia ex perſecutionibus ſibi pollicentes. Auguſtin.*

propter iuſtitiam patiebatur. Et Dominus cum latronibus crucifixus eſt, quos paſſio iungebat, cauſa ſuperabat. Vnde vox verorum martyrum, à falſis ſe diſcerni volentium: Iudica me Deus, & diſcerne cauſam meam, de gente non ſancta, &c. non pœnam, ſed cauſam meam. Poteſt enim impiorum ſimilis eſſe pœna, diſſimilis piorum cauſa. Et iniqui perſecuti ſunt me, adiuua me: Ideò ſe dignum exiſtimauit, qui iuſtè adiuuaretur, quia illi iniuſtè perſequebantur. Si putant, quod nemo poſſit iuſtè aliquem perſequi, & veram eſſe Eccleſiam, qui perſecutionem patitur, non qui facit; nos contra dicimus, eum ad veram Eccleſiam pertinere, non qui perſecutionem patitur, ſed qui ob iuſtitiam patitur; illos ab Eccleſia alienatos, non quia perſequebantur, ſed quia iniuſtè peſrequebantur. Et paulo poſt: *Si ergo verum agnoſcere volumus, eſt perſecutio iniuſta, quam faciunt Eccleſiæ, impij, eſt iuſta, quam facit Eccleſia impiis. Beata hæc, quæ patitur propter iuſtitiam; miſeri ij, qui propter iniuſtitiam patiuntur; illa perſequitur diligendo, hi ſæuiendo, hæc vt corcorrigat; illi vt euertant; hæc, vt ab errore reuocet, illi vt in errorem præcipitent.* Hæc Auguſtinus, qui & in hanc ſententiam, plurima diuerſis locis adfert, aduerſus Pſeudomartyres: Vnde concludit; aliquando qui patitur, perſecutionem, iniuſtum eſſe, & qui eam facit, eſſe iuſtum, *ſed planè ſemper perſecuti ſunt bonos mali, malos boni: hi temperanter, illi immaniter, hi charitati, illi cupiditati ſeruientes.*

Vox verorum martyrum.

Addidit verò, ſe teneris Chriſtianis, has perſecutiones antea eſſe vaticinatum, Apoſtolus, ne quid ſibi noui accidiſſe putarent, & vt leuius faciliusque ferrent, ſi quando contingeret, omnia iſta reipſa euenire. Minus enim feriunt iacula, quæ præuidentur, vt author eſt Gregorius. Sic in Apocalypſi, monebat

Cur in Chriſtianiſmo tribulationes prædixerit Apoſtolus.

nebat ſpiritus Eccleſiam: *Nihil horum* (inquit) *timeas, quæ paſſurus es: Ecce diabolus miſſurus eſt aliquos ex vobis in carcerem, vt tentemini, & habebitis tribulationem diebus decem:* Sed ante omnes, Dominus, ſuis hoc diſcipulis prædixerat: *Ecce ego mitto vos in medio luporum, eſtote prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbæ, cauete autem ab hominibus: tradent enim vos, & ad præſides & reges duceminì propter me.* Quæ repetiuit Marcus cap. 13. Lucas verò 22. Scribit Origenes lib. 2. contra Celſum, eundem Celſum negaſſe Chriſtum eſſe Deum, quia calamitatibus, morti, & maximis perſecutionibus eſſet ſubiectus; exiſtimabat enim, ſi potuiſſet; ea impediturum abſque omni dubio ſuiſſe: ſed, licet in hoc bene ſentiret, quod Deus omnium calamitatum & perſecutionum ſcientiam, & potentiam, ſi vellet, haberet impediendi: (quia nulla perſecutio, ſiue dæmonis, ſiue hominis, fit Deo neſciente & permittente, vt author eſt Auguſtinus, lib. 20. Ciuitatis Dei, cap. 1.) in hoc tamen errabat, quod non intelligeret, hæc non eſſe verè mala, ſed potius media, quibus ſumma apud Deum bona, ſummiq; honores, apud mundi huius homines comparentur, ac ſic, dum Deus ſuos affligi & interfici permittit, in eos maximam dilectionem exercet. Quod fideles, & iuſti, ac ſapientes intelligentes, ſummum decus, & ingens Dei beneficium exiſtimârunt, pro Chriſto tum acerba pati, tum mori; de qua morte, prædictum eſt, Pſalm. 115 *Pretioſa in conſpectu Domini, mors ſanctorum eius.* De martyribus enim prophetia eſt, vt ibidem exponit Hieronymus. Nam ſe honorabiles & ſpectabiles ſancti & innocentes Chriſtiani efficie-

Celſi, Chriſtum non eſſe Deum, blaſphemia corrigo.

Tribulatio, fidelibus ſummum decus.

bant; imò & apud Deum, gloriam magnam & coronam conſequebantur; Licet enim oculis inſipientium viderentur vilem mortem ac ſupplicia deſpecta ſubire: Apud Deum tamen, glorioſa & deſiderabilia erant; nec apud Deum ſolum, ſed apud infideles etiam omnes. Magnum ergo præmium in hoc ſæculo martyribus fuit, tali exitu vitam concludere & terminare. Vnde rectè Auguſtinus, de S. Petro
Auguſt. tract. 123. ſic loquitur: *Hunc inuenit exitum ille negator & amator, præſumendo elatus, negando proſtratus, flendo purgatus, confitendo probatus, patiendo coronatus: hunc inuenit exitum, vt pro eius nomine perfecta dilectione moreretur, cum quo ſe moriturum peruerſa feſtinatione promiſerat, faciat eius reſurrectione firmatus, quod immaturè pollicebatur infirmus*, &c.

III. *Ipſi enim ſcitis, quod in hoc poſiti ſumus: Nam & cum apud vos eſſemus, prædicebamus vobis, paſſuros vos tribulationes.*

Aſſignat rationes, cur ij, qui piè volunt in Chriſto viuere, perſecutionem pati debeant, partim ex ordinatione diuina, partim ex eius prædictione; ſicut tritum prouerbio fuit Ethnicis, Deos omnia laboribus vendere; ita videtur iuſtitia diuina ordinaſſe, vt nõ niſi per multas tribulationes, in regnũ Dei debeamus in-
Act. 14. trare. Hæ aũt tribulationes, fuerant, & à Chriſto, & ab ipſo Apoſtolo Theſſalonicenſibus prædictę, quod eorum hominum malitiam, & animi peruerſitatem haberent perſpectam, quibus & fidẽ in Chriſtum, & vitę in melius mutationẽ erant annuntiaturi cũ ſuo Dño

impij

Impij enim vitæ impunitati & licentiæ aſſueti, correctionis & comminationis Christianæ impatientiſſimi tanquam phrænetici in medicos ſpirituales inſurrexerunt: Nam delictorum grauium correctio, ſuperbas mentes, & ſuis in vitijs hærere volentes, in maximos prouocabat furores, vt nihil mali, quod exequerentur, prętermitterent, quo hoc iugũ abiecto ſtimulo excuterent. Quæ omnia, non modo Scriptura, ſed Sanctorum exempla luculenter tradiderunt: *Mundus me odit*, dicebat Dominus, *quia ego teſtimonium perhibeo, quod eius opera ſint mala.* Sic Sap. 2. *Circumueniamus iuſtũ, quia contrarius eſt operibus noſtris, & improperat nobis peccata noſtra.* Atq; hanc cauſam adfert Origines hom. 3. in Exod. & hom. in Pſalm. 37. Chryſoſt. in illud Pauli dictum: Non ſolum, ſed etiam gloriemur: ſic inquit, Sermo, ſermone gladij penetrans, & vitioſas partes à ſanis reſecans, magnam vbiq; ſeditionem excitabat: plurimas contra fideles inimicitias & perſecutiones commouebat, quo factum eſt, vt pars ad carceres, pars ad tribunalia, nonnulli ad ſupplicia ducerentur. Cui, Clemens Alexander lib. 4. Strom. videtur conſentire, cum ait: Gentibus per Chriſtianiſmum humanæ naturæ iniuriam fieri viſum eſt, & ea de cauſa Chriſtianos perſecutos eſſe. Hæc iniuria non alia videtur fuiſſe, quam correctio & admonitio, qua multorum ſcelerum arguebantur, quę ipſi ſibi licere putabant, & beneficium lucis & veritatis, iniuriam reputabant, quia ſcelera placebant. His accedit, falſus zelus religionis: quod viderent totam ſuam religionem labefactari, ſacrificia tolli, deos contemni, quibus tot ſæculis deſeruierant, nouam religionem, nouam legem, nouum ſacrificium introduci; pluriſque faciebant conſuetu-

Tribulationum ſanctorum & piorum hominum ratio.

ſuetudinem veterem, etiam nullis rationibus fultam, quam & inſignibus miraculis, & operibus confirmatam: Hinc contra Chriſti diſcipulos, ſtrages ſecutę ſunt, quia putabant ſe religionis cauſam tueri & defendere, & pro Deo pugnare, cum tamen pro dæmonibus & erroribus militarent: Quod Dominus ſignificauit, dicens: *Omnis qui interfecerit vos, arbitabitur obſequium ſe præſtare Deo.*

Ioan. 16.

IV. *Propterea, & ego amplius non ſuſtinens, niſi ad cognoſcendam fidem veſtram, ne fortè tentauerit vos is, qui tentat.*

Sathana tempus ad tentandum opportunum.

Habebat Apoſtolus compertum, nunquam magis, diuerſas artes à Sathana excogitari, ad decipiendũ Dei filios, quàm, ſi diuino numini omnia tribuentes, pietatiſq; officia exercentes, ex eius vnius paterna voluntate ac prouidentia ſe pendere ſtatuiſſent. Tum enim communis hominum aduerſarius, & coniuratus mortalium hoſtis, omnes machinas parare ſolet, quibus Dei filios oppugnet: adeò vt verendum ſæpe ſit, ne labefactata & mutata eorundem ſententia, rurſum in vitia delapſi, longè deteriores euadant, quàm ante fuerant: In quos, illud Principis Apoſtolorum dici poſſet: *Melius erat illis, non cognoſcere viam iuſtitiæ, quam poſt agnitam, retrorſum conuerti ab illo, quod illis traditum eſt, ſancto mandato.* Quocirca collaboratorem ſuum in Euangelio, tempori mittendum exiſtimauit Timotheum Paulus, quo monitore & auctore, à via veritatis, ſuſceptaq; ſemel fide, ſe dimoueri nequaquam paterentur Theſſalonicenſes. Sicut enim dæmon, quæ aſtutia eſt, & calliditate, rebus duris & aduerſis oppreſ-

Dæmonis, in tentandis hominibus aſtutia.

ſos

ſos fratres, in deſperationem adducere, nactus occaſionem, molitur: Sic è diuerſo, prudens pater, & bonus paſtor, ad conſtantiam, & animi inuictum robur hortando, bonæ voluntatis credentes, & probos Chriſti cultores armare poteſt: Et ſicut auceps, cum retia tendit, nihil niſi cibum, eumq́; neceſſarium oſtendit: Sic diabolus ſemper laborat, vt eius tentatio, non tentatio, ſed ratio videatur, qua ſummo conatu faciendũ eſſe perſuadeat, quod ipſe nequiter ſuggeſſerit: Ideò opportunas captat occaſiones, inde diutinis fractos laboribus, diris grauatos verberibus, flagris ſauciatos, contumelijs affectos adoritur, iam vitæ rationem habendam eſſe inſinuans; iam obſequium Deo rationale offerendum eſſe proponens, iam fugam ſuadens, iam diſſimulandam fidem probans, Diaboli malis artibus, ſe deceptos nuperrimè primum teſtati ſunt Prædicantes Lutherani, qui tam acriter, licet indoctè, & mendaciter, contra libros Catholicos, de diſciplinis & cruce ſuſcipienda, à doctiſſimis & religioſſimis viris conſcriptos, ſcripſerunt. Quibus artibus, Chriſtum adortus eſt iam eſurientem, & macie ex ieiunio confectum, opportunam vincendi ratus ſe occaſionem habere, diabolus.

Prædicantes Lutherani à diabolo decepti

Sed plus energiæ, contra diaboli machinas, & eius falſiſſimas artes verorum paſtorum voces, ſana conſilia, & continuæ Catholicæq́; exhortationes habent, quam fortiſſimorum tartareorum ducum, in acie ad dimicandum inanes prouocationes; Maximũ ſiquidem animum ſpiritualis alicuius ducis, fidelibus in medijs calamitatibus, perturbationibus anxijs, ſpirituale & fidele conſilium addere poteſt; ſi maxime cómoniti intelligant, non eſſe tantam Sathanæ, eiuſque mini-

Contra diaboli machinas, remedia.

Diaboli in tentandis hominibus imbecillitas. miniſtrorum potentiam & pertinaciam in capitali odio generis noſtri, quantam ipſi per ſimulationem iactant, nec quantum, nec quandiu vult ipſe Sathanas tentare, aut vexare fideles poſſe: ſed omnem eius poteſtatem Dei nutu, & permiſſu potius gubernari; quẽadmodum notiſſimum Iobi exemplum teſtatur, de quo, niſi diabolo dixiſſet Deus; *Ecce vniuerſa quæ habet, in manu tua ſunt*, nihil eius Sathanas attigiſſet. In medio tamen certamine, verbi diuini virtus, fideſq́; in Chriſtum firma, ad reſiſtendum maxima, certaq́; afferre ſolet præſidia. Ideò Dęmonis ipſius conatibus monet D. Petrus, vt *reſiſtamus in fide*, nempe forti & robuſta, magnaq́; fiducia, de Dei vnius potentia atq́; miſericordia concepta, cùm *fides ſit, quæ vincit mundum*. Fide enim operatur homo iuſtus, quia fides in omni opere bono hominem dirigit, quam ait D. Iacob. fuiſſe *cóoperatam operibus Abrahæ*.

Iob. 1.

Fide, diabolo reſiſtendum.

Cum enim fides ſit, per quam omnes tentationes vincuntur, eum fortem habere fidem, & frequenter ac ſeriò religionis noſtræ myſteria expendere, crebroq́ue & intentè orare oportet, qui à tentationibus non ſuperatur. Nam ſicut rectè, ex firmitate fundamenti, domus firmitas, ita ex bona vita, & malorum tolerantia, rectè ſtabilis fidei baſis colligitur, quemadmodum facit D. Iacob. teſtatum, cùm dicit: *Oſtendam tibi ex operibus, fidem meam*; Sanè Dei doctrina, per bonam eandem profitentium vitam, atq; charitatis exercitationem maximè ornata eniteſcit. Hinc Chriſti cultores, minimè tentationibus cedentes, *fidem confiteri* dicuntur, ſicut qui malè viuunt, fidem negare, alijs occaſionem prębentes, vt doctrinam Chriſti, tanquam inutilem, reijciant.

Diabo-

Diabolum deſcribit Apoſtolus, *eum qui tentat*, appellando; ideò & tentator, à Matth. c. 4. per quandã excellentiam, vocatur, eò quod aſſiduè & acriter homines tentare ſoleat. Deus quidem homines tentat, non quod operam det, quo tentemur, ſed quia cùm poſſit prohibere, aut ne id accidat, aut ne tentationibus ſuperemur, non impedit: Quo modo, pios & bonos tentari quidem ſinit, veruntamen ſua grata, non deſerit. Propterea, *nos in tentationẽ Deus inducere* dicitur, cum eius beneficijs, quæ nobis ad ſalutem dedit, abutimur ad perniciem, & patris ſubſtãtiam, vt prodigus ille filius, diſſipamus, luxurioſè viuendo, noſtris cupiditatibus obſequentes: Quamobrem dicere poſſumus, quod de lege dixit Apoſtolus: *Inuentum eſt mihi mandatum, quod erat ad vitam, hoc eſſe ad mortem*: At Dæmon, in malum nos illud tentando conijcere cogitat, in quod nos impellit, quæ ratio tentandi, à Deo remotiſſima eſt, odio proſequẽte iniquitatem: Ideò Iacob. dicit: *Nemo cùm tentatur, dicat quoniam à Deo tentatur, Deus enim intentator malorum eſt.*

Diabolus, cur tentator voce-tur.

Matth. 6.

Dei & hominis tentantiũ diſcrimen.

De diabolo autem ab initio lapſus humani generis, prædixit Deus: *Ponam inimicitias inter te, & mulierẽ, & ſemen eius*: Ecce bellum proclamatum, ait quidam, ab initio orbis conditi, inter diabolum & genus humanum. De quo bello, dicitur in Apocalypſi: *Væ terræ & mari, quia deſcendit ad vos diabolus, habens iram magnam, ſciens, quod modicum tempus habet*. Eam ob cauſam, tam ſolicitè contrarium huic tyranno athletam Timotheũ tranſmiſit Theſſalonicenſibus Apoſtolus, ne de ſuo ſtatu dimoti, exanthlatum à Paulo in Euangelij prædicatione, laborem redderent inanem, quoad iuſtitiam, nempe in hac vita, & quoad gloriæ æternæ mercedem, in futura.

Gen. 3.

Diligentia Pauli Eccleſiæ proceribus imitāda. Ex quo, proceres Eccleſiæ Catholicę didicerint, quanta diligentia, ſubditorum in fide conſtantiam fouere, ſtabilire, curare, ac promouere debeant. Cuius exemplum, cap. 37. libri Geneſeos ponit ob oculos, *Geneſ. 37.* ſolicitus & maximè anxius de ſuis filijs Iacob, filiū ſuum Ioſep admonens, vt vadat viſum, quid circa ſuos fratres, patria domo peregrinántes, agatur, cuius hortatui ſumma propenſione ac celeritate paruit obedientiſſimus & caſtiſſimus iuuenis; Quem & pari obedientia Timotheus eſt imitatus, Pauli dictis audiens. *Exod. 3.* Eodem modo ad Pharaonem miſſus Moyſes, ſuo munere rite functus eſt, & in Dei populo, tum iuuando, tum viriliter propugnando, tum ducendo, tum regendo: ſicut & Dauid ab Iſai patre ſuo ad caſtra amandatus præſto, quid fratres agerent militiæ, explorauit: Cui ſimilis Timotheus Theſſalonicam ex præceptoris mandato, conceſſit, vt ibidem credétium multitudinem in acie, contra dæmonem, carnē, & mundum conſtitutam, doctrina & veritatis prædicatione in officio retentam, roboraret & fulciret: De quo dici poteſt, quod Iob c. 4. ſcriptum eſt; *Vacillantes confirmauerunt ſermones tui.*

V. *Et inanis fiat labor noſter.*

Qui, ſiquidem victus à tentatore, tentationi cōſenſum præbet, & progenitorum in fide laborem, & ſuſceptam à ſe moleſtiam in diſcendo & diſciplina, inaniter fuiſſe ſuſcepta, facilè conijcit; ſicut Galatis cap. 4. ſcribens Apoſtolus, dicebat: *Timeo vos, ne forte ſine cauſa laborauerim in vobis.* Diceretur autem eiuſmodi labos inanis reſpectu æternæ mercedis, quæ finis eſt, & ſcopus laborum pro fidei conſtantia ſuſce-

corum,

ptorum. Hoc præſciens Dominus, Apoſtolorum principem futurum hortabatur, *vt aliquando conuerſus, confirmaret fratres ſuos.* Ideò cap. 10. monet Eccleſiaſticus: *Si Spiritus poteſtatem habentis aſcenderit ſuper te, locum tuum ne dimiſeris.*

VI.

Nunc autem veniente Timotheo ad nos à vobis, & annuntiante nobis fidem & charitatem veſtram, & quia memoriã noſtri habetis bonam ſemper, deſiderãtes nos videre, ſicut & nos quoque vos: ideò conſolati ſumus fratres in vobis, in omni neceßitate & tribulatione noſtra, per fidem veſtram.

De legationibus ritè obitis, Timotheus ſæpe à Paulo prædicatur: Præſentis autem eiuſdem ad Theſſalonicenſes legationis ſummam percenſet; quæ duo continet: Vnum, quod ad Deum ſpectat, nempe fidẽ & charitatem, quæ duo, apud Theſſalonicenſes maximè Timotheus vigere legatus, & oculatus teſtis retulerat: Alterum concernit ipſum Paulum, & quoad hoc recentem, iugemq; Pauli memoriam, ipſis ob oculos verſari retulerat. Hos effectus, ardentes & maximos fuiſſe, nemo facile intellexerit, niſi qui eoſdem & ipſe in ſe ſenſerit. Is ſolus affectionum harum magnitudinem metiri poteſt, qui veram eſſe hanc ſententiam didicit; *animam eſſe plus vbi amat, quam vbi animat.* Languebat Apoſtolus, vix viuebat, & ſupra

Timothei legatio duo cõtinet.

Pauli pro Theſſalonicenſ. ſolicitudo.

modum torquebatur, quandiu Theſſalonicenſium res, ipſum latebant, quia *diabolus non ceſſat circuire, quærens quem deuoret,* vt ex iuſtitiæ ſtatu, ad impietatem, & ſecum, ad æternam damnationem, ex iuſtis improbos, ex inuidiæ tabe, ad ſui imitationem, pertrahat. Cùm ergò malignus ille Spiritus, nihil quærat, niſi vt in conſpectu Dei, ſi poſſit, ipſos credentes poſſit accuſatos arceſſere, (quemadmodum teſtatur cap. 12. Apocal. D. Ioannes) Ideò ad peccata inſtigat, vt accuſare poſſit, & ſic ad damnationem pertrahere eos, ait Cyprianus, *pergit laceſſere, in quibus Chriſtum cernit habitare.*

Malignus ſpiritus, rectè diabolus dictus.

Quare rectò *diaboli* nomine, appellatur, quod ſicut Deum apud homines calumniatus eſt, ita & apud Deum, homines, & homines apud homines calumnietur. Homines porrò apud Deum calumniatur, vt eum, contra eos prouocet, ſicut auctor eſt Chryſoſtomus, exemplo probans ipſius Iobi, cui impoſuit apud Deum, q; propter bona temporalia & mercedé, illi inſeruierit: *Nunquid,* inquit, *gratis colit Deum Iob?* Eodé, modo homines apud homines calumiatus eſt, vt eos inuicem ſequire faciat: Sic Chriſtianos à principio, apud gentes calumniatus eſt, imponens illis infinita ſcelera & crimina, vt gentes in eos inſurgere impellieret, de quibus lege Tertullianum in Apologeticis. Et quia mali homines, diaboli miniſtri ſunt inſtrumenta, atq; operarij: ideò, & ipſi, diaboli vocantur, ſicut patet de Iuda, per qué, diabolus ipſe in Chriſtum inſurrexit, & occidere procurauit, vt patet Ioann. 6. 13. Et ideò ſe maximam cœpiſſe, dicit Apoſtolus, conſolationem & voluptatem, cum ex Tim. nihil cœpiſſe detrimenti Theſſalonicenſes cognouit ex dia-

Chryſoſt. ho. 3. de patiētia Iob. Iob. 1.

Diaboli in homines apud Deum calumnia.

ex diabolica tentatione: Nam ſi vim intelligendi ſpectes, vt ſpiritualiter ſani; fidei doctrinam, puram, putamq; retinebant: ſi voluntatem conſideres, Dei charitate flagrabant, & Apoſtolum tanquam patrem, incomparabili dilectione proſequebantur. Durus autem fuiſſet Pauli animus, qui dilectionem, etſi non voluiſſet impendere, noluiſſet tamen, iuxta Auguſtinum, rependere. Sed omnino rependit; Nam etſi rerum inopia premeretur, inquit, & nos vndiq; mala circumuallarent, *ſecundum tamen multitudinem dolorum meorum, conſolationes veſtræ lætificarunt animam*. Sic & etenim Pauli dilectio, in Theſſalonicenſes erat comparata, vt illis non tantummodo bonum vellet, & ſi poſſet, faceret, rerum etiam, ſibi in bono præſtito plurimùm complaceret. Amabat enim eos, non tantum bonum optando, ſed etiam in ipſo bono, quod eſt, complacendo: ita Deus amat benefaciendo, quia velle Dei, facere eſt, & in bono facto, ac collato, complacendo.

Apoſtoli, in Theſſalon. dilectio.

Quoniam nunc viuimus, ſi ſtatis in Domino. VII.

Communi amicorum loquendi modo, vocat ſinceram Theſſalonicenſium fidem, ſuam ipſius vitam; Sicut aliqui dicunt, tum viuo, cùm bene habes, & tua bona valetudo, eſt mea vita, & mea ſanitas: Quaſi dceret Apoſtolus: Nulla tam grauis afflictio eſt, etiamſi morti obnoxia, quam non vitæ loco ducam, modò conſtanter, ait, in fide Domini, ô Theſſalonicenſes, permaneatis. Dicuntur etiam ij in fide ſtare, qui adeò conſtanter illam retinent, & defendunt, vt

In fide ſtare, qui dicantur.

eam morte habeant antiquiorem; metaphora ducta, ab iis, qui corpore ſani ſunt; Dicuntur enim ij ſtare, cùm è diuerſo ægroti, infirmi, & debiles, vel iaceant, vel titubent, vel repant. Et eſt, ac ſi breuiter voluiſſet dicere Apoſtolus, ſe nihil vitæ præſentis incommoda morari, nil curare tyrannorum perſecutiones, imò vitæ loco, eos ducere, modo perſtiteritis (ait) in fide, quaſi illorum offenſionem, ruinam, & præcipitium in peccata, loco mortis acerbiſſimę, profectum vero ſpiritualem, pro vita propria habeat; Sicut enim Iacob olim reuixiſſe viſus eſt, cùm audiret filium ſuum Ioſeph viuere, & in tota Ægypto dominari: ita etiam videtur erect⁹ reuixiſſe Pauli ſpiritus, cognita Theſſalonicenſium fide, per charitatem operante, exercenteq; ſe tam erga Deum, quam erga proximum: Stare fide, idem eſt, ac fidei dono fulciri, roborari, & vigere, quomodo iuſtus dicitur ex fide viuere: Sicut *in Domino ſtare*, ita eſt Deum amare, eidem adhærere ab eo protegi, & defendi, vt nullius, vel inſidiæ, vel molimina, vel perſecutiones timeantur: quomodo ſtabat in Domino Paulus, quem nec mortis, nec perſecutionū machinationes, à Chriſti charitate poterant ſeparare. Vbi etiam aduerte, quod vox *ſtare*, in ſcriptura, non ſemper erectum eſſe ſignificat, ſed adeſſe, ſiue ſedentem, ſiue erectum, vt Ioan. cap. 1. *Medius veſtrum ſtetit.* Ioan. 6. Turba, quæ trans mare *ſtabat*. Luc. 8. *foris ſtant.* Hoc loco erectum, & valentem ac ſanum eſſe ſpiritualiter ſignificat. Vocabulum *Dominus*, Chriſti epitheton eſt; quamuis enim Chriſtus, vt Deus, ſit omnium Dominus per eſſentiā, & vt homo, Dominus etiam per vnionē hypoſtaticam, tamen iure redemptionis, ſingulare quoddam habet dominium in eius ſanguine redemptos.

Gen. 44.

Quid ſit, in Domino ſtare.

Vox ſtare, varia ſignificationes.

Quam

Quam enim gratiarum actionem poſſumus Deo retribuere, pro vobis, in omni gaudio, quo gaudemus propter vos ante Deum noſtrum nocte ac die abundantius orantes, vt videamus faciem veſtram & compleamus ea, quæ deſunt fidei veſtræ. VIII.

Vox eſt hominis, Dei beneficia agnoſcentis, quærentisq́;, quid ipſe Domino poſſit retribuere & offerre, quo beneficia ſibi in conuerſione infidelium, & confirmatione credentium ad ſuam prædicationem. In quam ſententiam, videtur & Micheas olim quæſiuiſſe: *Quid dignum offeram Domino?* quod ſatis ſcilicet, eſſe videatur ad ſatisfaciendum Deo, eumq́; laudandum. Eodem modo Pſalmi 115. verſ. 3. ab anima ſua videtur Regius vates quæſiuiſſe, an habeat aliquid, quod Domino Deo ſuo poſſit offerre, ad qualemcumq́; retributionem, ſiue gratiarum actionem, pro maximis corporalibus & ſpiritualibus beneficiis. Eadem quoque ratione, ſenior Tobias ex iuniore ſuo germano percontans, quærebat: *Quid poſſumus dare viro illi ſancto, qui venit tecum?* Cui ſimiliter reſpondens filius: *Quid illi*, inquit, *ad hæc poterimus dignum dare.* *Grati animi vox.*

Vocabulo *retribuere* propriè vſus eſt Apoſtolus, quaſi quærat, quid pro beneficio prius dato, dare debeat Domino. Nam propriè ſumptum *retribuere* verbum, donationem eius priorem, cui retributio fit, præſupponit, ac proinde homini, Deus nihil retribuit, *Vocabuli retribuere propria acceptio.*

quo-

quoniam prior illi homo dare non potuit, quemadmodum Iob, cap. 35. loquitur: *Si iuſtè egeris, quid donabis ei, aut quid de manu tua accipiet?* Item cap. 13. *Quis antea dedit mihi, vt reddam ei. Omnia quæ ſub cælo ſunt, mea ſunt.* Idem, ſcribens Romanis Apoſtolus, inſinuat: *Quis prior dedit illi, & retribuetur illi?* vt ſcilicet, oſtendat, neminem affici vnquam à Deo iniuriæ, quamuis hunc, in ſua cæcitate relinquat, & Theſſalonicenſes V. G. neglectis aliis, illuminet. Vbi enim nulla eſt iuſtitiæ ratio, ibi nulla poteſt ſubeſſe nota iniuriæ: Nam cum nullus Deo prius dederit, cui, tanquam debitor ipſe teneatur iuſtum rependere, nemo aduerſus illum agere poteſt de iniuſtitia & iniquitate. Vnde Hilarius, in explicatione Pſal. 67. Si Deus eſt, inquit, eſt omnium, atque omni modo cauſa, nullus ei profectò prior aliquid dare poteſt: quicquid enim dederit, id eſſe factum à Deo, neceſſarium eſt. Prius igitur Deus hoc ipſum dedit. Debitor quidem nobis factus eſt Deus, ait Auguſtinus, ſerm. 10. de verbis Apoſtoli, non aliquid à nobis accipiendo, ſed quod ei placuit, promittendo: Aliter enim dicimus homini, debes mihi, quæ dedi tibi; & aliter dicimus: debes mihi, quę promiſiſti mihi; à te proceſſit beneficium, ſed mutuatum, non donatum, &c.

Nemo quicquã Deo dare poteſt.

Paulus ergo, poſtquam lætis auſpiciis Eccleſiam Theſſalonicenſium, in fide & via mandatorum Domini alacriter progredi, ex Timotheo intellexit, gaudio geſtiens incredibili, & prope exultans, ex ſeipſo quærit, quid huius rei cauſa, poſſit Deo retribuere. Quaſi dicat: Eſtne aliquid, in quo poſſim, inquit, qualemcunque Domino facere retributionem, quod nuper plantatam apud vos Eccleſiam, ô Theſſalonicenſes,

tan-

ſanta cura gubernet, dirigat, protegat, vt inde gaudij incredibilis vbertas, ad nos redeat, maioremq́; ex inſigni illo veſtro profectu, conſolationem capiam, quã ſit dolor ex aſſiduis perſecutionum inſidiis, verberibus, conuitiis, & mortis intentato diſcrimine profectus? Pietas ſiquidem, quam Deo debemus, in eo propriè ſita eſſe debet, ne anima noſtra, iuxta Auguſtinũ, ſit ingrata: Vnde in hoc ipſo veriſſimo & ſingulari ſacrificio, inquit (attendant Lutherani) Domino Deo noſtro gratias agere admonemur. Deus enim bonorum noſtrorum non eget, ait Dauid, ſed totum obſequium noſtrum, quod Deo præſtare poſſumus, illud eſt, ne eius beneficiis, tam nobis, quam proximis noſtris præſtitis, ingrati ſimus. Hinc eſt, quod infra Apoſtolus velit, vt in omnib. gratias agamus, hæc eſt enim voluntas Dei. Cuius rei, plena ſunt pſalmorum plurimorum initia; *Benedic anima mea Domino*, inquit Pſalmiſta, *& noli obliuiſci omnes retributiones eius: Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis*, &c. Ideo ſuo & præcepto & mandato præcipit omnib. noſter Apoſtolus, vt omne *quodquod facimus, aut verbo aut opere, omnia in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti faciamus, gratias agentes Deo.* Omnes enim, nullo prætermiſſo, ad Dei laudes concinendas conſtricti tenentur: Nam Chriſto, imprimis peccatores indigent, vt iuſtitiam adipiſcantur: Iuſti itidem, vt gloriam æternam conſequantur; praui pariter ne in malitiæ ſuæ ſordibus perdurent, ſancti ſimiliter, vt *in ſanctitate & iuſtitia Deo ſeruiant, omnibus diebus vitæ ſuæ.* Ideò omnes, ad Dei laudes, ad fidei confeſſionem, ad præceptorum obſeruationem, ad feruorem, & ſtudium colendi Deum tenentur, *quoniam bonus eſt pſalmus.*

Pietas Deo debita, in quo ſit ſita.

Auguſt. lib. de ſpiritu & litera, cap. 11.

Cap. 5.

Pſal. 102.

Coloſſ. 3.

Omnes, Deum laudare tenentur.

Luc. 1.

Non ſolum pro beneficiis ſibi, ſed & aliis collatis, gratiæ sũt agendæ.

Cùm porrò credentium cætus, in vnitate fidei conſpirans, vnum ſit corpus, vna familia, vnum regnum, in quo ſingula proprio, non autem omnia eodem munere funguntur: ideò non ſolum pro beneficiis ſibi, ſed etiam aliis præſtitis, Chriſtiana charitas, agere gratias iubet; Hinc addit Apoſtolus, *pro vobis*, quæ cauſa eſt, quod omnes, alibi velit, *cum flentibus flere, & gaudere cum gaudentibus*. Omnia ſiquidem corporis membra, in doloris & gaudij ſenſu communicare debent. Quæcumq; enim piè ſanctéq; ab vno ſuſcipiuntur, ea ad omnes pertinent, & vt illis proſint, charitate, *quæ non quærit quæ ſua ſunt*, efficiuntur. Ideò Chriſtus, orandi formam præſcripſit, vt diceremus *Pater noſter*, non mi pater; item *panem noſtrum*, non meum, ac reliqua eius generis, non nobis tantum, ſed omnium ſaluti & commodis proſpicientes. Nam etſi in Eccleſia, ſunt varia membra, nempe variæ nationes Iudæorum, gentium; liberi & ſerui, pauperes & diuites, cùm tamen baptiſmo initiantur, vnum corpus cum Chriſto fiunt, cuius ille eſt caput. Ideò, ſe noctes & dies, orare dicit Apoſtolus, vt amplioribus adhuc bonis Theſſalonicenſes à Deo poſſint ornari; &, vt iiſdẽ familiariter vtens, ac diſſuauians, ſublimiora ac maiora fidei myſteria poſſit illis communicare, qui rudimenta Chriſtianæ religionis antea fuerant duntaxat edocti. Licet enim dicat Apoſtolus, ſe maximo deſiderio teneri, vt illis corã adeſſe poſſit, quo compleat, quæ deſunt, illorum fidei, nihil aliud innuit, quam quod *ſapientiam loqui inter perfectos* vellet, quibus, ceu infantibus, Luc. 7. non ſolidum cibum antea dederat. *Perfectorum enim eſt ſolidus cibus*, eorum ſcilicet, *qui pro ipſa conſuetudine, exercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni*

Rom. 12.

Ambr. in pſal. 118. ſerm. 8.
Matth. 6.

Licet varia mẽbra, vnum tamen Eccleſia corpus.

Hebr. 5.

boni & mali, quales nondum fuerant ipſi Theſſalonicenſes aſſecuti.

Theophyl. verbi compleamus explicatio.

Theophylactus, verbum (*compleamus*) inſtitutionis & doctrinæ potius eſſe dicit, quam confirmationis. Illud enim *compleri* dicimus, cui puſillum quid deficit.

Quæ fides à baptizandis requiratur.

Ex quibus, colligitur, adultis baptizandis, & aliis fidelibus, non eſſe ad ſalutem ſimpliciter neceſſarium, vt omnia Chriſtianæ fidei dogmata explicitè credant: ſed ſolum ſufficere notitiam articulorum ſymboli Apoſtolici, item cognitionem decem præceptorum, & nonnullorum ſacramentorum: Alia namq; non ſunt ita neceſſaria, vt ſine eorum expreſſa explicataq; notitia, homo ſaluari non poſſit, modo tamen promptam habeat voluntatem, ea ſuſcipiendi & credendi, quando ſibi legitimè fuerint ab Eccleſia, propoſita.

Ipſe autem Deus, & pater noſter, & Dominus Ieſus Chriſtus dirigat viã noſtram ad vos. IX.

Hier. 10.

Plurima meditabatur Apoſtolus in gratiã Theſſalonicenſium, ſed quia hominis voluntas efficax non eſt ad Deũ refugit, à quo dirigi poſſunt & perfici, quæ homo eodem ſuggerente Deo, propoſuerat: *Scio Domine*, ait Hieremias, *quod non eſt hominis via eius, nec viri eſt, vt ambulet, & dirigat greſſus ſuos*. Eſt enim, iuxta Sapientem, *hominis animam præparare, Domini* autem *linguam*, hoc eſt, non ſolum viam affectionum & operationum, ſed & viam ſermonum, gubernare.

Pauli post Theſſalon. precatio.

Precatur ipſe Apoſtolus Dominũ, vt ſua gratia, quod Theſſalonicenſium perfectioni deerat, ſupplere dignetur, quod opera ſua ſola, complere non ipſe poterat, licet id vehementer optaret. Quo ſenſu, Deum itineris ducem exoptat alibi Regius vates, vt per viam iuſtitię, in obſeruatione præceptorum diuinorum incedens, mereatur dirigi, propter Sathanam, qui in via huius vitæ, inſidias tendit, aduerſatur, & impedimenta ponit ambulare volentibus ad normam diuinæ voluntatis; ſemper quærens ſuis prauis ſuggeſtionibus, & aſſiduis tentationibus, à via iuſtitiæ, iuſtum hominem in peccata pertrahere; *circuit* enim *tanquam leo rugiens, quærens quem deuoret:* Qua forma, in poſteriore ad eoſdem Theſſalonicenſes: *Dominus,* inquit, *dirigat corda veſtra in charitate Dei, & patientia Chriſti.*

Quem hic Deũ, vocet Apoſtolus.

Deum autem vocat, cuius prouidentiam, per creationem omnes reſpiciunt: *Patrem* verò, quem filij duntaxat inuocant, per gratiæ adeptionem: *Dominum* vero *Ieſum Chriſtum,* interponit, tanquam mediatorem Dei & hominum: in quo pater, *nos in omni benedictione ſpirituali benedixit in cæleſtibus.* Quemadmodum enim, ſine verbo factum eſt nihil in natura; ita ſine Chriſto, nihil impetratur in gratia.

Quem patrem, quem Dominũ appellet.

Dei miſericordia in ſe inuocantes.

Ex quibus, fit perſpicuum, neminem à via Chriſtianæ virtutis adeo longè aberraſſe, quin, ſi Deum in auxilium vocet, qui ducatum præbeat, ad meliorem vitam, eodem iuuante, poſſit redire. Ideò enim *per viſcera miſericordiæ ſuæ, viſitauit nos Dominus, oriens ex alto, vt illuminaret hos, qui in tenebris & in vmbra mortis ſedent, ad dirigendos pedes noſtros, in viam pacis,* nempe æternam vitam, ac perfectiſſimam ſummi boni poſſeſſionem.

Vos

Vos autem Dominus multiplicet; & abũdare faciat charitatem veſtram in inuicem & in omnes; quemadmodum & nos in vobis, ad confirmanda corda veſtra, ſine querela, in ſanctitate, ante Deum, & patrem noſtrum, in aduentu Domini noſtri IESV *Chriſti, cum omnibus Sanctis eius. Amen.*

Quemadmodum benedictionis quoddam genus, & boni ominis auſpicium erat veteri populo, quando ſobolis propagatio, & longa poſteritas alicui, fuſis ad Deum precibus, optabatur; ita Chriſtianorum generi, & veræ poſteritati, ſic poſteritatem & fœcunditatẽ ſpiritualẽ imprecatur noſter Apoſtolus, cùm à Deo, inprimis petit, vt credentium numerus augeatur; quemadmodum Ioab, iuſſus *numerare populum Domini*, precabatur Dauid; *Augeat Dominus populum ſuum centuplum, quam ſunt.* Sic auctum eſſe, die Pentecoſtes, fidelis populi cœtum, audita Petri concione, narat D. Lucas. *Qui receperunt*, inquit, *ſermonem eius* (Petri) *baptizati ſunt, & appoſitæ ſunt in die illa, animæ circiter tria millia.* Sic Actor. 5. *Magis autẽ augebatur credentium, in Domino* multitudo virorum & mulierum.

Poſteritatũ cõprecatio, olim bonum omen.

1. Paral. 21.

Ex quo, fit euidens, inanem eſſe miniſtrorũ verbi operam & ſolicitudinem, niſi Deus, ſuę gratię virtute, ipſis aſpiret: quemadmodum alibi dicitur; *neq; qui plãtat, neq; qui rigat, eſſe aliquid, ſed qui incrementum dat, Deus.* Sicut verò, generis alicuius propagatio, ſufficiens non eſt, niſi ad eius conſeruationem, vitæ ſcilicet neceſſaria

Miniſtrorum verbi, ſine diuina gratia inanis opera.

ria

ria ſuppetant: ſic Eccleſiæ multitudini, magnam credentium acceſſionem fieri non ſufficit, niſi ſpiritus Dei ſimul abundare faciat illorum charitatem in inuicem,& in omnes. Excellere & abundare eos in dilectione precatur, ait Theophylactus, non ſolum erga ſe mutuo, verum etiam erga alios omnes. Iſthuc enim eſt diuinæ charitati proprium, vt omnes complectatur. Nam ſi hunc diligas, illum vero non item, humana illa amicitia eſt.

Charitat. Chriſtiana encomia

Charitas ergo Chriſtiana, *vnius moris in domo, tanquam fratres in vnum habitare facit inuicem*, hoc eſt, domeſticos fidei, & ciues Sanctorum conſtringens, & ad omnes, tam ſcilicet amicos, quàm hoſtes ſe extendit. Ideò Galatas monet Apoſtolus, vt bonum operentur ad omnes, maximè autem ad domeſticos fidei: Quaſi dicat: Deus det, vt vos metipſos mutuo ametis, mutuamq; exerceatis ſine ſimulatione, beneficentiam, qua pacis arctiſſimum vinculum continetur. Quia charitas, ait D. Petrus, *operit multitudinem peccatorum*. Qui enim beneficentiam, & vitæ puritatem exercent, citra negotium & difficultatem, euadunt omnium ſcelerum congeriem. Dilectio enim, malum non operatur, imò tantum abeſt, vt operetur malum, vt & omnium malorum ſit propulſatrix, & omnium virtutum origo, operumq; Deo placentium forma & vita.

Galat. 1. Colloſ. 3.

Verbo abundare, quid ſignificarit Apoſtolus

Verbo *abundare*, ſignificauit Apoſtolus, charitatẽ in hac vita, nullis limitibus terminari, ſed eam poſſe ſemper extendi. Ideò Epheſijs precatur, vt in charitate creſcant, in illo. Et Philippenſes orat, *vt charitas ipſorũ creſcat, & magis abundet.* Quæ omnia, ſimiliter ex ſententia Apoſtoli, quibuſcunq; iuſtis precari, & optare poſſumus, quantumcunq; in charitatis perfectione,

ſint

ſint progreſſi; iuxta illud etiam Apoc. c. 2. *Qui iuſtus eſt, iuſtificetur adhuc.* Eſt enim charitas, vel ipſa iuſtitia, vel cum iuſtitia connexa. Hinc Concil. Tridentinum, iuſtitiæ incrementum, à ſancta Eccleſia peti notauit, cùm orat: *Da nobis Domine, fidei, ſpei et charitatis augmentum,* Et Auguſtin. tract. 5. in 1. epiſt. B. Ioann. *Charitas,* inquit, *meretur augeri, vt aucta mereatur perfici,* puta beatitudine. Eodem modo loquitur Hierony. lib. 2. contra Iouinian. vbi ad hoc inſtitutum vrget, illud Apoſtoli ad Philipp. c. 3. *Quæ retro ſunt, obliuiſcens, ad ea, quæ ſunt priora extendens memetipſum, ad deſtinatum perſequor, ad brauium ſupernæ vocationis Dei, in Chriſto Ieſu.* Quia n. in via huius vitæ gradiebatur, vlterius ſemper nitebatur progredi, donec ad vltimum viæ terminum perueniat. Nulla autem meliore via, poteſt quis peruenire ad Dei fruitionem, quam ipſum impensè amando, dum hac lucis vſura fruitur, quemadmodum ex Prouerb. 4. cap. liquet, vbi iuſtorum ſemita, quaſi lux dicitur ſplendere, quia procedit & creſcit vſque ad perfectum diem.

Conc. Trident. ſeſſ. 6. c. 10.

Via commodiſſima, ad Dei fruitionem perueniendi.

Eſt itaque quaſi dicat Apoſtolus: *Exuperare nos faciat Dominus mutua charitate in omnes*, quemadmodũ noſtra charitas erga vos exuperauit, vt confirmentur corda veſtra ſine querela, hoc eſt, ſine vlla reprehenſione, in ſanctitate & iuſtitia, & in virtutũ conſummatione, ante Dominum & Patrem; Hoc eſt, ad Dei vnius gloriam, dum hic viuitis, omnia dirigite, ſicq; bonis operibus proximis veſtris prælucete, vt mens ſana rectaq; intentio, abſcondita & latens, ſit omnis ſimulationis expers. Et hoc in aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum omnibus Sanctis eius, qui aduentus retributionis eſt tempus, ſi modo perſeuerantes in opere bono

Iuſtorum retributio in aduentu Chriſti futura.

bono,longanimiter toleretis pro eius nominis confeſſione aduerſa. Cœpiſſe enim facile eſt, heroicum perſeuerare,& perficere, donec Chriſto ad iudicium venienti,poſſimus occurrere,cùm venerit, Sanctorũ multis millibus ſtipatus,vnicuique reddere, prout in corpore geſſit,ſiue bonum,ſiue malum.

CAPVT IV.

1 DE cætero ergo fratres,rogamus vos &
obſecramus in Domino IESV: vt
quemadmodum accepiſtis à nobis quo-
modo oporteat vos ambulare & placere
Deo, ſicut & ambulatis, vt abundetis ma-
gis, *Scitis enim quæ præcepta dederim vo-
2 bis per Dominum IESVM. *. Hæc eſt e-
3 nim voluntas Dei,ſanctificatio veſtra: * vt
4 abſtineatis vos à fornicatione, vt ſciat vnuſ-
quiſque veſtrum vas ſuum poſſidere in ſan-
5 ctificatione & honore: * non in paſſione
deſiderij,ſicut & gentes quæ ignorant Deũ,
6 * & ne quis ſupergrediatur, neq; circumue-
7 niat in negotio fratrem ſuum: * quoniam
vindex eſt Dominus de his omnibus, ſicut
8 prædiximus vobis,& teſtificati ſumus. * nõ
enim

enim vocauit nos Deus in immunditiam,
ſed in ſanctificationem. *Itaq; qui hæc ſper- 8
nit, non hominem ſpernit, ſed Deum, qui
etiam dedit Spiritum ſuum ſanctum in no-
bis.
* De charitate autem fraternitatis non ne- 9
ceſſe habuimus ſcribere vobis: ipſi enim vos
à Deo didiciſtis vt diligatis inuicem. Ete- 10
nim illud facitis, in omnes fratres in vni-
uerſa Macedonia. * Rogamus autem vos
fratres, vt abundetis magis: & operam de- 11
tis vt quieti ſitis, & vt veſtrum negotium
agatis, * & operemini manibus veſtris, ſicut
præcepimus vobis: & vt honeſtè ambule- 12
tis ad eos, qui foris ſunt: & nullius aliquid
deſideretis. * Nolumus autem vos ignora- 13
re fratres, de dormientibus vt non contri-
ſtemini, ſicut & cæteri qui ſpem non ha-
bent. * Si enim credimus quod IESVS 14
mortuus eſt & reſurrexit: ita & Deus eos qui
dormierunt per IESVM adducet cum eo.
* Hoc enim vobis dicimus in verbo Domi- 15
ni, quia nos qui viuimus, qui reſidui ſu-
mus in aduentu Domini, non præuenie-

mus eos qui dormierunt. * Quoniam ip-
16 ſe Dominus in iuſſu, & in voce archangeli,
& in tuba Dei, deſcendet de cœlo : & mor-
tui, qui in Chriſto ſunt, reſurgent primi.
17 * Deinde, nos qui viuimus, qui relinqui-
mur: ſimul rapiemur cum illis in nubibus,
18 obuiam Chriſto in aëra, * & ſic ſemper cũ
19 Domino erimus. *Itaq; conſolamini inui-
cem in verbis iſtis.

CAPVT IV.

I. *De cætero ergo fratres, rogamus vos & obſecramus in Domino* I E S V : *vt quemadmodum accepiſtis à nobis, quomodo oporteat vos ambulare & placere Deo, ſicut & ambulatis, vt abundetis magis.*

Ad Deum ſe cõuertentes, maxime à dæmone tentantur.

Huc vſq; ad ſuſtinendas pro Chriſti fide calamitates, Theſſalonicenſes inſtruxit, monuitque volentes ad Deum ſeſe cõuertere, vehementer à dæmone, per tyrannos, perſecutores, ſectarios, &c. tentari, quemadmodum quotidianis experimentis, etiamnũ videmus; Cum enim peccati & infidelitatis ſtatum aliquis deſerere conatur, tum magis vrgetur à dæmone, oppugnatur à carne, affligatur à mundo: Nolens enim

enim Dæmon, prædam ſibi è manibus eripi, omnes tum ſuas nocendi artes adhibet. Quemadmodum Laban, generum ſuum Iacob, qui ſibi per viginti annos laboroiſiſſimam ſeruierat ſeruitutem, diſcedentem à ſe, hoſtili odio proſecutus eſt. Fidum igitur, & prouidens eſt conſilium, traditum Eccleſiaſt. cap. 2. *Fili, accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in timore, & præpara animam tuam ad tentationem.* Eſt enim vſitata Dei cóſuetudo, vt quibus magnifica promittit ad breue tempus, quædam eis omnino contraria, datis promiſſis ſinat euenire, quo fidei ſcilicet, eorum fortitudinem, firmitudinem & fiduciæ conſtantiam magis probet; Exempli cauſa, promiſit Deus Abrahæ, daturum ſe ei poſteritatem, inſtar pulueris terræ, numeroſiſſimã, & poſtea filium ſuum Iſaac iuſſit ſibi ſacrificari, vnicum filium ſcilicet, à quo vno pendebat promiſſa poſteritatis multiplicatio: quemadmodum egregiè ponderat Apoſtolus, ad Hebræos ſcribens, capite vndecimo. Id generis multa reperire eſt exempla, vt Iudic. 20. Beniamitis, Idem in Exodo, vbi prædicta Iudæis libertate, magis affligi cœperunt ab Ægyptijs, quàm antea fuerant. Sic Theſſalonicenſibus euenit, qui recepto Euangelio, multis malis ſunt vehementiſſimè iactati, qui quoniam conſtantes in tentationibus perſtiterunt, hic ſalutares parænеſes, quaſi colores illis adhibet, ad maiorem in via Chriſtianæ virtutis, faciendum progreſſum: *Nec mirum*, ait Diuus Gregorius, *ſi de virtute in virtutem gradus ſunt, quando vnaquæque virtus, quaſi gradibus agitur: & ſic per incrementa meritorum, ad ſumma perducitur.* Alia ſunt namque virtutis exordia, aliud profectus, aliud perfectio: Ideò in Theſſalonibenſibus, Chriſti cultoribus

Deus, magnifica promittens, contraria ſæpe euenire ſinit.

Huius rei exempla.

Greg. ſuper pſa. 83. ibid. de Veri.

bus omnibus; tanquam viatoribus, aduenis & peregrinis in hac vita, calcar adhibet, vt in via mandatorum Dei alacriter ambulantes, meritorum copia, & bonorum operum magnitudine ac numero, velint vberius abundare.

2.Cor.5.

Verbo *ambulare*, pro viuere & conuerſari, Scripturę conſuetudine, vſus eſt, vt Chriſtianos doceat, dum ſunt in hoc corpore, eos *peregrinari à Domino*, nec in hoc mundo, manentem ciuitatem, nec certum domicilium, nec fixam ſedem eſſe figendam, ſed futuram beatitatem, tanquam patriam ſine crimine viuendo, inquirendam; quales ſunt, qui nunc conuerſantur ſine macula peccati, quiq́; vitam hanc, ſecundum Dei omnipotentis legem, & voluntatem, decurrunt, eam omnium ſuarum actionum certam normam, atque amuſſim ponentes. Hinc *beatum illum virum*, appellat Regius Vates, *qui non abijt in conſilio impiorum: ſed cuius voluntas eſt in lege Domini, die ac nocte*: Sic dicuntur, *beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini.* Atque hæc eſt via, quam ſe Corinthijs dicebat Apoſtolus excellentiorem, ſiue planiorem demonſtraturum, nempe *charitatem*, qua ad cœlum aditus patet, & quæ, meritum apud Deum, collocat. Dum enim in via, viator homo conſtitutus eſt, illi tantiſper progrediendum eſt, donec ad perennis vitæ præfixum terminum perueniat. Commodiore autem & rectiore via, ad Dei fruitionem peruenire non poteſt, niſi Deum impenſè, dum hic viuitur, amando. Quia verò hic amor, ſiue charitas, nullam finitam menſuram habet, cùm ſingularis ſit, & excellens quædam infinitæ charitatis, nempe Spiritus S. participatio, per quã *diuinæ*, aliquis

Verbi ambulare, in Scriptura ſignificationes.

Pſal.1.

Via plana, qua ad cœlũ itur.

Charitatis encomium.

quis *ſit conſors naturæ*; ideò Theſſalonicenſes, vt in charitate magis ac magis proficiant, vnicè rogat, atq; obſecrat, cùm mentis humanæ capacitas & amplitudo tanta ſit, vt quò maiora ſumit, in ea charitas incrementa, eò etiam maior ipſa ſit, ad vlterius in potiori gradu, ſuſcipiendam charitatis perfectionem: Nam licet Deus, non modo charitatis, ſed etiam eiuſdem incrementi auctor ſit, homo tamen iuſtus, bonarum actionum exercitiis, charitatem, tanquam meritoria cauſa, augere, accendere, & extendere poteſt: Quæ cauſa eſt, quod ſuos Epheſios cupit Apoſtolus, in charitate creſcere, & apud Lucam, Magdalenæ laudi datur à Domino, quod *dilexerit multum*, & hic monet, *vt magis abundent*, nempe in Dei amore, quo gratior & acceptior aliquis Deo redditur. Impoſſibile eſt enim, ſine fide, quæ per charitatem operatur, placere Deo. *Placens Deo*, inquit Sapiens, *factus dilectus, & viuens inter peccatores, & translatus eſt de mundo.* *Sapient. 4.*

Notanda eſt doctrinæ Pauli conſtantia, in iſtis verbis: *(quemadmodum accepiſtis à nobis.)* Nam quæ per occaſionem, ſcribebat Apoſtolus, ea prius ſermone, coràm tradita in memoriam reducit; Adeò vt Scriptura, antiquiorem his verbis, traditionem eſſe, cõtra Lutheranos, Apoſtolus hic inſinuet, quo pacto, ſcribit Timotheo; *Tu autem aſſecutus es meam doctrinam, inſtitutionem, propoſitum, fidem*, &c. Quaſi diceret, eum adeò ſecum diu fuiſſe verſatum, vt quod ad dogmata attinet, ſic ea prius traditione intellexerit, didicerit, retinuerit, vt & aliis poſſet eadem tradere; ac in fide Catholica, ſic fuiſſet coràm à ſe verbis, & ſermone eruditus, vt veritatis hoſtibus, & fidei aduerſarijs, facile poſſet reſiſtere. *Paulina doctrina conſtantia notanda.*

11. *Scitis enim, quæ præcepta dederim vobis per Dominum* IESVM.

Mira in Lutheranis bonis operibus detrahentibus, cæcitas.

Mira cęcitate videntur à Deo percuſſi Lutherani, iam bona opera vana, inania, inutilia iactantes, iam mandatorum diuinorum obſeruantiam eſſe impoſſibilem, blaſphemantes, iam præpoſitorum & prælatorum legibus & mandatis, per ſummam impietatem, detrahentes; cùm Paulus, quē tanti ipſi faciunt, ſolam viam, & vnicam rationem abundandi charitate, per quam Deo gratus aliquis effectus, illi placet, præceptis (quæ antea ipſis præſcripſerat) eſſe morem gerendum, hoc loco apertiſſimè dicat: Quis enim horum verborum ſenſum non videt? A vobis vehementer, inquit, peto ô Theſſalonicenſes, in eam curam incumbatis, vt imperata, quæ Chriſti nomine, fungentes legatione, antea dedimus, faciendo, creſcatis in Dei dilectione, in Dei amore progreſſus magnos facere pergatis, cuius vnius præſidio, eidem facile placebitis.

Blaſphemia Lutheranorum de bonis operibus doctrina refutatur.

Cur illos eſſe beatos toties propheta deprædicat, qui in lege Domini meditantur die & nocte, qui immaculati in via *ambulant in lege Domini, qui ſcrutantur teſtimonia eius, qui in toto corde exquirūt illum*; Si lata à Deo, & ab Apoſtolis publicata lex, obſeruari non poteſt, quid intellectui prodeſt, in diuino eloquio ſtrenuè meditari, & contemplari quæ Dei ſunt, niſi voluntas, affectus, & ſtudium ea adimplendi acceſſerint.

Lutherani ſunt, qui intellectu, ſola ſcilicet, fide contenti, meditantur in iis, quæ Dei ſunt, vt duntaxat loquantur, alios tantum doceant, ſcripturas ſolum iactent, Dei verbum prædicent, Euangelium obtrudant,

dant, ſicq́; vel verbo, vel ſcripto gloriam, aut quæſtum aucupentur: Voluntas autem eorum, nunquam eſt in lege Domini, quia eorum opinione, cognoſci & ſeruari non poteſt, nec ad ſeruandum, neceſſaria eſt, cùm ad felicitatem, fides vna ſit ſufficiens.

Addidit, ſe *per Ieſum Dominum*, præcepta dediſſe, ne ſua ipſius propria fuiſſe, Theſſalonicenſes exiſtimarent, quaſi priuatam ſuam, præ ſe, ferret authoritatem, aut imperium Apoſtolus, ſed potius Ieſu Chriſti; vt præceptorum Apoſtolicorum contemptoribus inſinuaret, non ipſos Apoſtolos, ſed re ipſa Chriſtum aſpernari, à quo dictum eſt; *Qui vos audit, me audit, & qui vos ſpernit, me ſpernit.* Neque enim Apoſtoli, pro ſuo arbitratu præcepta dabant, quaſi non eſſent cum diuina voluntate cohęrentia, qui à Chriſto miſſi erant in mundum, non ſalutis humanæ annuntiatores, & prædicatores duntaxat; ſed & Rectores, & gubernatores in ſpiritualibus, & iis omnibus, quæ ad animæ ſalutem, & æternam fælicitatē pertinent. Chriſti ſiquidem verba ſunt; *Sicut miſit me pater, ita & ego mitto vos:* De qua poteſtate, dicebat Paulus, *in quo Spiritus ſanctus, nos poſuit regere Eccleſiam Dei.* Succeſſores autem Apoſtolorum, Epiſcopi ſunt, qui & legibus, & decretis, ſubditos poſſunt in conſcientia, ſub peccati mortalis pœna, conſtringere: Ideò tanta diligentia præſcribebat, teſte Luca, Eccleſiæ Antiochenſi Paulus, *vt cuſtodirent præcepta Apoſtolorum, & ſeniorum,* quæ licet viroſa Lutheri progenies exufferit, contempſerit, & peſſundederit, eorum tamen vim & obligationem, è medio auferre non potuit, aut eneruauit.

Cur ſe Paulus per Ieſum Chriſtum præcepta dediſſe dicat.

Luc. 10.

Act. 20.

Rom. 13.

Act. 15.

Hæc

III. *Hæc eſt enim voluntas Dei, ſanctificatio veſtra.*

Volũtas Signi. Dei voluntas, circa homines de agendis & fugiendis, rectè vocata eſt à Scholaſticis, *voluntas Signi*, qua per ſuas leges, & inſtituta, ſignificat & declarat nobis, quid fieri, vel non fieri velit. Qua ratione, dicit Chriſtus apud Ioannem; *Ioan. 6.* *Hæc eſt voluntas eius, qui miſit me, vt omne quod dedit mihi, non perdam* ex eo: Sic hoc loco, Deum à Chriſtianis aliud nihil exigere dicit Apoſtolus, niſi vt ſancti ſint, tam corpore ſcilicet, quã animo: Quamquam de cælibatu; & carnis puritate, ſanctitatem hanc aliqui interpretentur, vt *ſanctificatio* idem ſit, quod munditia: *Sanctificationis, pro cælibatu, acceptio.* Quaſi iubeat fideles abſtinere ab omnibus, quæ animam multa cogitantem, poſſunt depreſſam aggrauare, vt aptiores ſint ad diuinum cultum, vitamq; hic Deo dignam, viuendam. *Alia ſanctificationis ſignificatio.* Sed non minus ij rectè ſentiunt, qui ſimpliciter, ad omnem ſanctitatem, hũc locum reuocant, ſecundum quam, viuam fidem ac fiduciam in Deum, omnes habere cupit, vt is, non tantum hominis labijs & lingua ſanctificetur, ſed & corde adoretur: Sunt enim ij veri adoratores, *qui ſpiritu & veritate Deum colunt & adorant*; Si etenim veterem illum populum, tanta ſanctitate volebat Deus pollere, ſi tot ritibus, tantisq; ornamentis, ceremonijs, templum illud Hieroſolymitanum *Sanctitas à nobis requiſita.* præceperat Deus ornari; & illud ingreſſuros adeo ſuperſtitiosè purificari; *quantam à cordis noſtri templo, ſanctimoniam* & puritatem requiret? *qui ciues ſanctorum, domeſtici Dei, & filij ipſius membra, immò fratres, & cohæredes ſumus & nominamur.* Templum ſiquidem cordis noſtri, omnis ſanctimoniæ decet magnificentiam o-

mnia

mnia oportet eſſe ſancta, ornata, nitida, & velut quodam ſplendore virtutum refulgentia. Hinc Apoſtolus: *Templum Dei ſanctum eſt, quod eſtis vos.* Et iterum: *Vos eſtis templum Dei.* Rurſus: *Neſcitis, quia templum Dei eſtis vos, & ſpiritus Dei habitat in vobis? Si quis autem templum Dei violauerit, diſperdet eum Deus.* Et iterum: *Quis conſenſus templo Dei, cum idolis? Vos enim eſtis templum Dei viui, ſicut dicit Dominus: Quoniam inhabitabo in illis, & inambulabo inter eos, & ero illorum Deus.* 1. Cor. 3. 6.

Omnino enim iuſtum eſt, vt ille, qui eſt ſanctus ſanctorum, ſuper omnes habeat etiam ſanctum & magnificum habitaculum: Neque enim congruum eſt, ſanctum Dominum, habere pollutum tabernaculum: Propterquod, ſæpenumero Domini voce monemur; *Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum.* Et in Euangelio: *Eſtote miſericordes, ſicut & pater veſter cæleſtis miſericors eſt; Eſtote vos perfecti, ſicut & pater veſter cæleſtis perfectus eſt.* Neque à Pauli mente multum diſſentiunt, qui quodlibet opus bonum, quo firmior & conſtantior in bono, redditur hominis animus, per *ſanctificationis* vocem, intelligunt. 2. Cor. 6. Leuit. 19. Luc. 6. Matth. 5. 1. Petr. 2.

Vt abſtineatis vos à fornicatione; vt ſciat vnuſquiſq; veſtrum, vas ſuum poſſidere, in ſanctificatione & honore. VI.

Vſu Hebræorum, corpus humanum, eleganti metaphora, *vas* appellauit, quaſi rem interitui obnoxiam, fractu fragilem & corruptilem, & hoc, vt hominem ſemper ſolicitum, diligentem, cautumq; reddat, dum hanc mortalem vitam, viuit; Sicut enim vi- *Corpus humanū, quare vas dicatur.*

teæ, figulinæ, & teſtaceæ res, ſumma attentione, opus habent, vt integræ ſeruentur; ita verſandum eſt hominibus Chriſtianis in hoc lubrico mundo, *in medio nationis praua* vigilantius, ne quid caduca, mobilis & inconſtans ipſius conditio, ſpiritualis detrimenti patiatur. Pauli ſiquidem mens eſt, Chriſtianos hortari, vt corpus ſuum, quod à Deo acceperunt, *in honore & ſanctificatione*, hoc eſt, purum, & minimè morbis, vel potius ſordibus turpium cupiditatum coinquinatum ſeruent & cuſtodiant: Quod ſæpius inculcat, propter Gentes, quæ omni vitio Luxuriæ, erant plurimum deditæ, quemadmodum cap. 1. eius, quæ eſt ad Romanos, apertè teſtatur Apoſtolus, qui naturæ legi non repugnare ipſam fornicationem (quam ſimplicem vocant) ne quid enormius & inhoneſtius dicam, ibidem, & alibi ſæpe inſinuat, cùm tamen eam, vt rem planè malam & abominabilem frequentiſſimè deteſtatur, vt ex ipſius modo loquendi, fit perſpicuum, cùm ait: *Fugite fornicationem.* Item ex eo, quod æq; ab eo prohibetur, atque furtum, idololatria, homicidium, & alia eiuſmodi crimina iure naturæ deteſtabilia, quemadmodum patet 1. Corinth. 6. ad Galat. 5. vbi ſimul de fornicatione, & alijs eiuſmodi ſceleribus, affirmat Apoſtolus, quod, *qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur.* Quin & Concilium Apoſtolicùm, inter cætera, vult gentes *abſtinere à fornicatione*, quæ gentilibus Philoſophis non videbantur illicita. Chriſtianam enim mirabantur caſtitatem, quemadmodum colligitur ex 1. Petri epiſtolæ, cap. 4. his verbis: *Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem gentium conſummandam, ijs, qui ambulauerunt in luxu-*

Mens Pauli, hoc in loco.

Act. 15.

rijs

rijs, deſiderijs, &c. *In quo, admirantur non concurrentibus vobis, in eandem luxuriæ confuſionem, blaſphemantes*, &c.

Multa afferri ſolent ex Scripturis teſtimonia, ad deteſtationem fornicationis ſimplicis, quo nomine, paſſim à prophetis etiam vocatur idololatria, eo quod vix fuit aliquis ex Hereſiarchis, quem non in errorem luxuria, ſiue fornicatio, non pręcipitarit: Profectò Salomon, per hoc fornicationis ſcelus, de ſublimi Sapientia, in fatuam eſt lapſus idololatriam. Vnde refert Climacus, gradu 15. quæſiſſe ſe ſcientiſſimum quempiam, quod peccatum, omnibus grauius eſſet, homicidio, Chriſtiq; abnegatione exceptis: Cumq; ille reſpondiſſet; *In hæreſin labi excepiſſe*; *Et quonam modo Catholica Eccleſia, Hæreticos quidem, cùm Hæreſin priorem toto anno repudiauerit, ſuſcipit ad ſanctorum myſteriorum communionem vt idoneos, & admittit: Cùm vero, qui in fornicationem lapſus fuerit, confitentem, atque peccatum ipſum deſerentem, introrſus ſuſcipiens, per annos aliquot* (hi ſunt ſeptem) *cum à venerandis, immaculatisq; myſterijs, ex traditione Apoſtolica, ſeparare permittit? Hac ego*, inquit, *ambiguitate perculſus, ſtupui, ambiguumq; illud, permanſit ambiguum.* D. Hieronymus, circa cap. 5. ad Epheſios, ſuper hæc verba: *Fornicatio autem, & omnis immunditia, nec nominetur in vobis*, obſeruauit ibidem refutari aliquorum Philoſophorum gentilium Cynicorum errorem, qui fornicationem ſimplicem, & alias immunditias eſſe licitas exiſtimabant. Quod patet ex eo, quod ſubiungit, notans errorem illorum Philoſophorum; *Hoc enim*, ait, *ſcitote quod omnis fornicator & immundus*, &c. *non habet hæreditatem in regne*

Fornicationis ſimplicis deteſtatio.

3. Reg. 11.

Climachi; de fornicatione, ſententia.

gno Chriſti Dei. Et ſequitur: *Nemo vos ſeducat inanibus verbis*, &c. Et; *nolite ergo fieri participes eorum.*

Sãctificationis hoc loco ſignificatio.

Sanctificationis nomen, pro ſacrificij oblatione, in ſcriptura paſſim eſt obuium: vt Exod. 13. *Sanctifica mihi omne primo genitum.* Et Ioan. 17. *Ego ſanctifico meipſum*, id eſt, in hoſtiam & ſacrificium me offero per mortem, vt virtute & efficacia huius ſacrificij, & meæ oblationis, homines efficaciantur ſancti: Nam à mortis Chriſti ſacrificij virtute, omnis hominum ſanctificatio, virtutem habet.

Honoris, & ſanctificationis acceptio.

Honoris verò & ſanctificationis vocibus, hoc loco, abſtinentiæ & moderationis frænum, immò occaſionum fuga intelligitur, quibus carnis libido, & animalis corporis petulantia cohibentur, & refrenantur lenocinia, ac occaſionum illecebræ. Niſi *honoris* nomine, virtutum ſtudium intelligas, quibus humana mens, intenta, quæ terrena, & corporis ſunt propria, deſpicit & contemnit. Vnde ſanctus Ambroſius: Ideo ait Apoſtolus, *fugite fornicationem*, vt vel loci fuga, tanquam furioſæ Dominæ declinare ſæuitiam, & tetro ſeruitio exire poſſimus. *Si eligeres*, inquit Auguſtinus, *in Eccleſia facere adulterium intra iſtos parietes, quid te eſſet ſceleratius? Modò autem, tu ipſe es templum, templum intras, templum exis; templum in domo tua manes, templum ſurgis: Vnde quid agas vide, ne offendas templi habitatorem*, ne te deſerat, & in ruinam vertatis. Idq; teſtimonio illo confirmat Apoſtoli, 1. Corinth. 6. vbi is planè, ſic ipſo argumento deterret à fornicatione, ſicut etiam eo, *quoniam*, inquit, *corpora veſtra ſunt membra* CHRISTI. Ex quo concludit. *Tollens ergo membra Chriſti, faciam*

Ambroſ. lib. 1. de Abel & Cain cap. 5.

Aug. q. 1. ſup. Exod. ſerm. 16. de Verbis Domini.

mem-

membra meretricis? Abſit. Vaſis nomine, ſunt qui non abs re, cõiugem intelligunt, quaſi velit Apoſtolus, vxorem ſua quemlibet pudicè ac moderatè vti, diligenti temporis, & loci habita ratione, quemadmodum & prioris ad Corinth. c. 7. meminit, quos monet, etiam D. Petrus, *vt viri ſimiliter cohabitantes, ſecundum ſcientiam, quaſi infirmiori vaſculo muliebri impertiantur honorem*, ne ſcilicet, impudenter, & quaſi ferina rabie, in illas ardentes ferantur. Ideò viros cohabitare vult ſecundum ſcientiam, vxoribus; vt impudicos & lubricos ac tyrannicos diſcant comprimere affectus, nec eas, vt ancillas, aut concubinas, aut iumenta; ſed vt conſortes, adiutorium, & vitæ indiuiduas ſocias agnoſcant; quia enim vxore ſua abutebatur Onam, percuſſus à Deo, interijt. *Oſtendam tibi,* dicebat filio Tobiæ Senioris Angelus Raphael, *qui ſunt, quibus poteſt præualere dæmonium in eos, qui coniugia ita ſuſcipiunt, vt Deum à ſe, & à mente ſua excludant, & ſuæ libidini ita vacent, ſicut equus & mulus, quibus non eſt intellectus, habet ſuper eos dæmonium poteſtatem.* Ideò ſubiungit.

Chryſoſt. ho. 18. in 1. Cor li. 2. de ſummo bono.
Alia Vaſis interpretatio.
1. Petr. 3.
Gen. 38.
Tob. 6.

Non in paßione deſiderij, ſicut gentes, quæ ignorant Deum.

Hoc eſt, non ardore libidinis, & belluino turpis concupiſcentiæ motu: Tum enim, animi vas, ſiue corpus, in ſanctificatione & honore poſſidetur, dum in libertate (ſub imperio tamen, rationis & Spiritus) manet; nec ſinitur obligari alteri non legitimo membro: vel ſi legitimo membro adhæret, id cum Chriſtiana moderatione, fiat. Hanc *poſſidendi proprium vas in honore*, non habebant rationem Ethnici, à quorum

mentis oculis, lumen veritatis fugiebat: Neq; enim ſe ſpiritus S. templa, nec Dei ſedes, & domicilia, nec myſtici corporis Eccleſiæ membra eſſe agnoſcebāt. *Scitis*, ait Apoſtolus, *quoniam cum gētes eſſetis, ad ſimulacra muta, prout ducebamini, euntes*, quę ſcilicet, omnis generis turpitudines & ſpurcitias, ab ipſis docebantur, quemadmodum luculenter cap. eius, quę Romanis ſcripta eſt, declarat Paul. quos c. 13. monet, ne curā carnis faciāt, in deſiderijs, carnis ſcil. talem curam eſſe habendā putantes, vt ſanitatis, nō cōtinentiæ ratio habeatur. Neq; enim viuendum, (ait ille) vt edas, ſed edendū, vt viuas.

Ethnicorum turpis vita.

Noti ſunt priſcorum, de carnis abuſionib. turpiſſimi errores, mores, & infandæ illecebræ, vt Nicolaitarum, quorum D. Ioan. in Apoc. c. 2. meminit: & Iren. lib. 2. c. 27. Græcorum item ſchiſmaticorum, qui fornicationem ſimili modo licitā eſſe arbitrantur, ſi Guidoni Carmelitæ creditur, in Catalogo Hæreſ. Itē Gnoſticorum, qui ſcortationem nō ſolum licere, ſed etiam frequentari debere contendebant, teſte Epiph. Hæreſi 26. Fit enim frequenter, quemadmodum Hilar. ſcribit, vt cum veritatis euidentia, nos ad Dei agnitionē & cōfeſſionē cogat; oblectatio tamen vitiorum, nobis Deū non eſſe perſuadeat. Dei namq; obliuionē & ignorantiam, improba vitiorum dulcedo parit: vt quia peccator, Deum non eſſe cuperet; ſuorum videl. vindicem peccatorum, eum non eſſe, facile quibuslibet ratiunculis, perſuaderi ſibi patiatur. Quam Dei ignorantiā, tanquā caliginem quandam, gentib. offuſam indicat hoc loco Paulus, imitatus nempe Dauidem, dicentem Deo: *Effunde iram tuam in gentes, quæ te non nouerunt, & in regna, quæ nomen tuum non inuocârunt.*

Ethnicorum circa carnis abuſum, errores.

Vitia Dei obliuionem pariūt.

Pſal. 78.

Et, ne

Et, ne quis ſupergrediatur, neq; circumueniat in negotio fratrem ſuum. VI.

Licet ab ijs, qui ſobriè, piè, & iuſtè, volunt in hoc ſæculo viuere, hac & præterita ſententia, *concupiſcentiã carnis, concupiſcentiam oculorum, & ſuperbiam vitæ*, remoueri velle Apoſtolum nonnulli arbitrentur, non deſunt tamen auctores, qui veriſimilius de iniquitate, vel omni iniuſtitiæ genere, quæ vel aſtu, vel oppreſſione, & vi, atq; potentia, vel etiam dolo malo exercetur, agi hic exiſtimant. Qui verbum *ſupergrediendi*, & vocem *negotium*, ad fraudem coniugij alterius reuocant, per vim alludunt ad crimen Herodiadis, quo fratris ſui vxorem poſſidebat Herodes, à Chriſti præcurſore oppugnatus Ioannes de Pineda, in ca. 31. Iob. verſ. 10. *negotij* nomen, pro adulterij actu poni exiſtimat, eo q; Hebræi, ait, non habeant rerum turpium nomina. Sicut enim rei carnalis turpitudo, claritatem fugit, & tenebras amat; ita etiã, nulla clara oratione, ſed occulta & translatitia, res illa debet explicari, in lingua præſertim ſancta; Quod eius, quæ eſt ad Epheſ. c. 3. videtur Paulus, & ipſe Hebræus voluiſſe, cùm dixit: *Fornicatio autem, & omnis immunditia, nec nominetur in vobis; ſicut decet ſanctos.* Notauit idem Pineda, in lingua ſancta, multa rei immundæ carnaliſq; & fœdæ, munda & ſancta nomina reperiri; ſicut etiam actus carnales, diuerſis verbis exprimi, vt V. G. *ingredi, intrare ad mulierem, humiliare, aſcendere, cognoſcere, reuelare turpitudinem*, &c. Omnia tamen ad naturæ legem referri poſſe arbitror, omnibus præcipientem, ne quis proximo, ſiue fratri faciat, quod ſibi oderit ab alio fieri: Niſi tamen, *negotij* nomine, emptionem, venditionem, mutuam, locationem,

1. Ioan. 2.

Varia, huius loci interpretationes.

Negotij, ſecundum Pined. ſignificatio.

Reb. immundis munda in Scriptura nomina data.

Negotij alia acceptio.

nem, cuiuſuiſq; generis contractus intelligas, quæ ad hominum commercia ſpectant; in quibus ęquitatem & iuſtitiam ſeruari ſummopere deſiderat; *Iuſtus enim Dominus noſter eſt*, & iuſtitias *dilexit, æquitatem vidit vultus eius.* Quoniam enim, in ſe iuſtus eſt, iuſtitias etiam in ſuis ſeruis diligit, atq; requirit, iuſtitiam in omni re operantes & rectitudinem, benignus & placidus approbans, eoſq;, qui in æquitate viuunt, vt ſeruos, fideles, & acceptos habet ac reputat. E diuerſo, *odit Dominus omnes, qui operantur iniquitatem*, ſicut & *perditurus eſt omnes, qui loquuntur mendacium.*

VII. *Quoniam vindex eſt Dominus, de his omnibus, ſicut prædiximus vobis, & teſtificati ſumus.*

Dicant quidquid volent Lutherani; nullum, pręter infidelitatem, reperiri peccatum, Deus certè nullũ peccatum relinquit impunitum; Ideò, quantumlibet læſi fuerimus, ſæpenumero monet Scriptura, ne tentemus appetere ipſi vindictam, ſed eam Domino permittamus. Vindictæ etenim cupiditas in homine, ex immoderato ſui amore, innatáq; ſuperbia, originem ducit, quæ facit, vt vitijs noſtris benignè indulgentes, alienis ſimus inexorabiles. Sed actio iudicandi, Domino, eripienda non eſt, nec eius iudicium præueniendum, (qui ſuo tempore, *iuſtitias iudicabit in æquitate, & populos in iuſtitia*) per priuatam vltionis appetitionem: Qui enim ſuas vlciſcitur iniurias, nõ expectans, dum Deus ipſe vindictam ſumat, is videtur non cedere iræ diuinæ, contra præceptum Apoſtoli, dicentis: *Date locum iræ*; ſed pœnas anteuertit; cùm tamen Deus nolit homines, ſeipſos vlciſci; ſed vindictam ſibi reſeruari, atq;

Vindicta omnis, Deo relinquenda. Pſal. 97.

ri,atq; permitti,quod ei maximè proprium ſit de flagitijs & ſcelerib. pœnas exigere: Vnde in ea, quæ Romanis ſcripta eſt, Deuteronomij authoritatem, & Sapientis adducit teſtimonium, quib. dicitur: *Mihi vindictam, & ego retribuam, dicit Dominus.* Non ergò priuata authoritate, decet quemquã, Dei vices & partes vlciſcendo, vſurpare: *Deus enim vindicans, vindicabit.* *Deut. 32.* *Prouerb. 25.*

At ſuperbi, & gnauiter auari, monitionibus non facile cedunt, ſicut nec precib. facile dant locum, atq; interim in vindictam maximè propendent. *Superbi, auari, &c. vltionis cupidi.*

Diuinæ vltionis flagello commonſtrato, vtitur Apoſtolus, vt ſupplicij metu, ab iniquitate reuocet omnes: Nemo enim eſt, qui neſciat, quam ſit *horrendum incidere in manus Dei viuentis*, ob ſummam eius, & inflexibilem æquitatem, qua ſic de omnibus iudicaturus eſt, vt nedum fraudes, & grauiora quæq́; peccata damnaturus ſit, ſed otioſum verbum eſt, de quo non ſit acta pœnitentia, dimiſſurus.

Notandum tamen circa hunc locum, diligenter, quod docet Auguſtin. lib. 1. de ſerm. Dñi, in monte, c. 34. & ſeq. & in epiſt. 5. quæ eſt ſcripta ad Marcellinũ, huiuſmodi præcepta non ſemper eſſe obſeruanda, quantum ad executionem, ſemper tamen ſeruari debere, quantum ad præparationẽ animi, vt animo ſemper, non ad reſiſtendum oppugnantibus nos, ſi opus fuerit, parati ſimus. Non enim ſemper eſſe neceſſariã executionem eorum, declarauit Dominus, qui percuſſus alapa, in Concilio Iudæorum, non præbuit alteram maxillam, ſed manſuetiſſimè arguit iniquitatẽ percutientis: nam ſæpe non expedit, nec bono publico, nec eius, qui læſit, impunitum dimittere ipſum. Vnde Auguſtinus in epiſt. ad Marſell. *Agenda,* inquit, *Præcepta, de ſe non vlciſcendo, quomodo intelligenda.* *Ioann. 18.*

S *ſunt*

ſunt multa, etiam cum inultis, benigna quadam aſperitate plectendis: nam cui licentia iniquitatis eripitur, vtiliter vincitur. Nihil enim infælicius eſt, impunitate peccantium, qua pœnalis nutritur iniquitas, & mala voluntas, velut hoſtis interior roboratur. Hæc Auguſtinus.

VIII. *Non enim vocauit nos Deus, in immunditiã, ſed in ſanctificationem.*

Quidquid peccati labe contaminatum, pollutũq; eſt, & legi diuinæ aduerſatur, vt immunditia quædam & turpitudo, ſanctificationi repugnat: Deus autem vocatione ſua ſancta, nos ſeparauit à cæterorum populorum ſpurcijs, ex legib., & profanis ſtudijs, carniſq; turpibus deſiderijs, vt *ſuccincti lumbos mentis noſtræ,* ait D. Petrus, *ſobrij perfectè ſperaremus in eam, quæ offertur nobis, gratiam, in reuelationem Ieſu Chriſti, quaſi filij obedientiæ, nõ configurati prioribus ignorantiæ noſtræ deſiderijs, ſed ſecundum eum, qui nos ſanctos elegit, vt & ipſi ſancti ſimus, quoniã ſcriptum eſt: Sancti eſtote, quia ego ſanctus ſum.* Id vero ſanctum eſt, quod ab iniquinamento carnis, & inordinata Spiritus cupiditate, à mundi illecebris, & ab immũdi Cacodæmonis contagione eſt ſeiunctum; Quam ſeiunctionem, fidei cognitio inprimis docet ac promouet; hominem enim fidelem quodammodo cõpellit, vt ipſi Deo prorſus inhæreat, nec ab illo deflectat per peccatum. Ideò hic *nos vocatos,* (per fidem ſcilicet) ait Apoſtolus, *qua purificantur corda hominum, ſermo enim Chriſti, veritas eſt.* Quoniam vero, gratiæ Chriſti primus eſt effectus, fides, & per hanc, deductio ad alia, quæ ſunt neceſſaria ad iuſtificationem, ideò fides dicitur ſanctificare, purificare, mundare. Quod perinde eſt, ac ſi hoc tantum dicatur de gratia, quæ alia includit,

1. Petr. 1.

Quid ſit ſanctum.

Quomodo fides ſanctificare dicatur.

cludit, vt bona opera, & ipſum habitũ gratiæ ſanctifi-
cantis. Quamobrẽ, per fidem, inquit S. Auguſt. iuſtifi-
cari dicit Apoſtolus, nõ ex operib., *quia ipſa prima datur, ex qua impetrantur cætera.* Et hæc etiam cauſa eſt, quod *nos vocatos* (per fidẽ ſcil.) *in ſanctificationẽ*, dicat Apoſto-
lus, quia fides in iuſtificatione, errorũ, falſarumq; de
Deo, rebuſq; diuinis, opinionũ tenbras diſpergit & ab-
ſtergit: nec, qui practicè credit, grauiorẽ vllam peccati
maculã admittit, vel retinet: Ideo. *Vos mundi eſtis propter ſermonẽ, quem locutus ſum vobis*, dicebat Dñs. Fides n. eſt,
ex auditu & verbo prædicationis: quo vocamur ad sã-
ctitatẽ, & vitæ puritatẽ: E diuerſo, peccatis ita corda ob-
ſcurantur & ſępe maculantur, vt interdũ ꝑueniatur ad
extinctionẽ fidei, quẽadmodum experientia notũ eſt
in Hęretic. & Apoſtatis; & de Hymenæo & Alex. 1. Ti-
mo. c. 1. Apoſtolus, *qui repellentes bonã conſcientiam, circa fidẽ naufragauerũt*, Et de alijs; 1. Tim. 6. appetentib. cupi-
ditatẽ, errauerunt à fide. Vnde Greg. l. 1. Mora. c. 32. lo-
quens de dono intellect⁹: *Intellectus*, inquit, *in die ſuo cõ-
uiuiũ parat, quia in eo, ꝙ audita penetrat, reficiendo cor, tene-
bras eius diſſipat: quid cordis tenebræ ſunt, niſi errores, ex qui-
bus immũditia naſcitur?* Ad cuius contrariũ, nempe cor-
dis munditiã (quæ eſt vnus ex Spiritus S. fructib ac fi-
dei quędã, probabilis videl. certitudo) Deus ſua doctri-
na ꝓpoſita, nos inuitauit; Ea ſiquidẽ doctrina, mentẽ
illuſtrat, & firmat in Deo; atq; adeo mundat, ab ijs, quę
à Deo ſeparãt, & ad clariorẽ Dei cognitionẽ diſponẽs
reddit, intellectũ de fidei reb. certiorẽ, quemadmodũ
D. Aug inſinuat: *Intellectus*, inqt, *mundis corde congruit, tãquã purgato oculo, quo cerni poſſit, quod corporeus oculus nõ vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit.* Eam e-
nim ob cauſam, *dedit ſemetipſum pro nobis Chriſtus, vt nos*

Fidei effectus.

redimeret ab omni iniquitate & mundaret ſibi populum acceptabilem, ſectatorem bonorum operum.

IX. *Itaq; q hæc ſpernit, nõ hominẽ ſpernit, ſed Deũ qui etiã dedit Spiritũ ſuũ ſanctũ in nobis.*

Sectariorum, omnia præter Bibliorũ ſcripta, contemnentiũ impietas.

Semen Chanaan, immò Dathan, Core & Abirõ, hodiernos videl. Sectarios, videtur Apoſtolus fuiſſe affatus, quibus nihil prorſus arridet, aut placet, niſi ꝙ atramento legerint in SS. Biblijs, vel Bibliorum chartis, & attrita ſæpe papyro, expreſſum, nihili Seniorum, Pontificum, & Antiſtitum decreta facientes, quaſi hodierni temporis *Paſtoribus & Doctoribus, quos Deus in Eccleſia poſuit, ad Chriſti corporis ædificationem, &c.* nulla ſit vel authoritas, vel iudiciaria poteſtas, tum circa doctrinæ dogmata, tum circa morum & Chriſtianæ vitæ inſtituta, quæ, vel ex ipſius Chriſti ore, ab Apoſtolis accepta tamẽ tradunt, vel ex Spiritus ſancti ſuggeſtione imbibita, viua voce commendant Eccleſiæ: Cum tamen Paulus in hunc ſenſum, aperte pronuntiet: Quæ Dei iuſſu, contra immunditiam, & peccata, pro *ſanctificatione*, & vitæ Chriſtianæ ſanctimonia, & puritate in medium attulimus, minimè noſtra ſunt, tanquã hominũ, ſed à Dei pendent auctoritate, cuius nos legati, & vicarij, ad hoc iubendum, mandandum, & præcipiendũ, deſtinati ſumus: Nam per noſtrum miniſterium, ait, Deus in nobis operatur, cuius in Euãgelio vox eſt: *Qui vos audit, me audit.* Item: *Quorum remiſeritis peccata, remittuntur, & quorum retinueritis, retenta ſunt eis.* Item: *Sicut miſit me pater, ita mitto vos*; vt eius voluntaté ſcil. mundo annuntietis, Quaſi diceret: Qui dictis veſtris moré gerere recuſauerint, vobis nõ, ſed Deo ipſi, recuſãt obedire. Tales ſunt Lutherani, qui, vel vt liberius cęcutiant, errentque; vel vt impunius peccent, ac de-

Lutheranorum error in Scriptura ſola, con-

ac delinquant; ſolam ſcripturam & controuerſiarum fidei, iudicem, & ſolam, mutam tamen, legum arbitram, & omnium ſanctorum decidentem, magiſtram eſſe profitentur. Nullius ideò ſunt illis, antiqui ſanctiſſimi patres, venerandi Pontifices, & Doctores, auctoritatis, nullius reuerentiæ, nullius ponderis, ſi tam veritatis ab ipſis explanatam doctrinam, quàm legum grauiſſimarum, & vitę inſtituta ipſorum ſpectes. Tanti ſunt ipſis Auguſtinus, Hieronymus, Baſilius, ac ex vili popello, aliqui viliſſimi cerdones. *troverſiarum iudicem conſtituenda.*

Et ſanè, mirum eſt, tam exigui, doctiſſimos patres, & paſtores ſanctiſſimos, eſſe apud eos, ponderis, cùm & Chriſtus ipſe, quæcumq; dixiſſent, ex ſententia ipſius Cathedræ Moſaicæ, Scribæ & Phariſæi, (homines alioqui peſſimi) fieri ab hominibus & effectui mandari imperaret: Nam, de malis etiam præpoſitis, inquit S. Auguſtinus, plebem ſecuram faciebat, ne propter illos, doctrina ſalutaris deſereretur, in qua (cum ſcilicet, de re dubia, nec aliter manifeſtè ab ipſa Eccleſia, præiudicata) coguntur etiam mali bona dicere, cum ſua non ſint, quæ dicunt; ſed Dei, qui in cathedra vnitatis, doctrinam poſuit veritatis. Sed cum Moyſe, Orthodoxi Patres Eccleſiæ, ſicut & iudices eiuſdem, poſſent impiis Lutheranis dicere: *Non contra nos eſt murmur veſtrum, ſed contra Dominum*, qui ſummam condendarum in Eccleſia legum, poteſtatem nobis dedit, quæ cunctos, etiam in conſcientia obſtrictos teneant, etiam in ijs rebus, quarum ipſa lex diuina, in ſacris literis nullam mentionem facit. Quod ipſe probat Chryſoſtomus, Chriſti verba, Matth. 28. exponens: *Data eſt mihi poteſtas in cælo & in terra: ſicut miſit me pater, ita & ego mitto vos.* Nam ſi ſuperiores,

Lutherani, SS. Patrum contemptores.

Auguſt. epiſt. 166.

Exod. 16.

paſtores, Epiſcopi & præpoſiti ſunt, eos auctoritate præditos eſſe oportet, dirigendi & coërcendi legibus ſubditos. Eccleſiæ porrò prælatos, vocat ſuperiores, Matth. 23, præpoſitos, & ſublimiores poteſtates; Paulus Rom. 13. Paſtores, Ioan. 21. Luc. Act. 20. Quid, quod plurimis Scripturæ locis, iubeantur ſuperiorum mandatis obedire ſubditi, Hebr. 13. 1. Petr. 2. Matth. 18. & alibi.

Lutherani iure pro Ethnicis habendi. Iure itaq;, ſicut Ethnici & Publicani habentur Lutherani, qui Eccleſiam audire recuſant, atque ſic ſecundum Apoſtolum, hoc loco, Deum ipſum ſpernunt: Cum tamen perpetua Ecclſiæ conſuetudine non ignorent, eam ſemper Eccleſiæ primoribus authoritatem fuiſſe, vt non ſolum de fidei doctrina, ſed & de legibus, & de alijs morum decretis ac inſtitutis, ſententiam dicerent. Sanè Paulus, Act. 16 docet fideles, vt ſeruent præcepta Apoſtolorum, & ſeniorum. Ibidem cap. 15. vim & neceſſitatem Apoſtolicorum præceptorum, videtur illà verba exprimere: *Viſum eſt Spiritu ſancto, & nobis, nihil vltra* imponere vobis oneris, quàm hæc neceſſaria: Sic etiam Apoſtolus 1. Timoth. 3. & ad Titum 1. aliquid circa miniſtrorum ordinationem conſtituit. Et 1. Cor. 7. aliquid circa matrimonium inquiens: *De cæteris ego dico, non Dominus;* cùm anteà de alijs dixiſſet: *Hoc non ego præcipio; ſed Dominus.* Ac de oratione quoque, cùm aliqua conſtituiſſet, 1. Corinth. 11. ea, *præcepta ſua appellauit.*

Dona Spiritus ſancti, Apoſtolis data. Sed ad Paulum redeamus, cur Spiritum ſanctum, ad eam rem, ſibi datum dicit, niſi vt ſe eius dona & virtutem, ad hoc accepiſſe inſinuet, vt rectè ſubditos in rebus ſpiritualibus, poſſit gubernare? Hæc cùm dixiſſet,

xiſſet, ait D. Ioannes, (nempe, *ſicut me miſit pater, ita ego mitto vos*) inſufflauit, & dixit eis: *Accipite Spiritum ſanctum,* quo ſcilicet, ipſos inſtruebat, & perficiebat. Quo munere, an aliquid maius Apoſtolis committi potuerit, vehementer dubito. Quid enim præſtantius, accipere illi potuerunt diſcipuli, quàm quod à patre filius naturalis, & æternus Deus, homo factus, ſuſceperat; nempe, vt ea authoritate in terris fungerentur, qua à patre ſuo accepta, Dominus fuerat vſus in terris, nempe prædicando, gubernando, dirigendoq; mundum vniuerſum in viam ſalutis & veritatis. Quaſi diceret Dominus: Veni in mundum, vt mundo perhibeam veritatis teſtimonium, ad credentium ſalutem, tanquam Apoſtolus à patre inſtitutus, hoc ego munus vobis trado, & vos meos vicarios inſtituo. Ad eam rem, poteſtatem eiſdem dedit, qua maximè tum mundus indigebat. Cum enim homines eſſent pleni peccatis, neceſſarium erat, vt primùm poteſtate pollerent remittendi peccata; Sicut ſi quis mitteret aliquem, ad viſitandum infirmos, & ſanitatem annuntiandum, ſi poſſet ſanandi poteſtatem dare, vtiq; eam communicaret miſſo. Quam poteſtatem dedit Chriſtus, dando eis Spiritum ſanctum, cuius certitudinem, externa inſufflationis ceremonia expreſſit: Spiritus namq; ſanctus, dari hominibus perhibetur, quando ipſius dona & virtutes infunduntur, quæ plurima dicit eſſe Apoſtolus 1. Cor. 12.

Horum donorum præſtãtia.

Poteſtas Apoſtolis cõmiſſa.

X. *De charitate autem fraternitatis, non neceſſe habuimus ſcribere vobis: Ipſi enim vos*

vos à Deo didiciſtis, vt diligatis inuicem.

Ad pietatis & miſericordiæ opera, ſciens admodum procliues eſſe Theſſalonicenſes, vt currentibus calcar addat, charitatis illorum inter ſe ſingulare ſtudium dilaudat; Quaſi diceret: Vos Chriſti gratia, ad vitæ puritatem & innocentiam vocati, eam conſtanter profitemini; ſed ſatis id non eſt, niſi & adnitentes ſatagatis, quam profitemini fidem, benefactis, ac multiplici bonorum operum fructu ornare: Chriſti quidem doctrinam eſtis amplexi, ſed quæ præcipit opera, & ſtudioſas actiones; Quas quæſo, pergite viriliter adiungere, ne ſit otioſa fides veſtra, & iners: Comitetur charitas, ſiue dilectio fidem, quæ in Deum ſuper omnia feratur, & propter Deum, ad omnes tam fideles, quàm infideles, tam notos, quàm ignotos, tam amicos, quàm inimicos ſeſe extendat. Hæc enim eſt illa dilectio, quæ bonarum operationum eſt conſummatio. Hæc, omnis eſt illius ſpiritus, quem vos vna nobiſcum accepiſtis, quam ſi abeſſe contingat, nullo amore fraterno manente, euaneſcit pietas; nullus eſt patientiæ relictus locus, ſordeſcit temperantia, obſcuratur ſcientia, & omnis flacceſcit virtus. Nam omniũ chariſmatum & donorum vita, eſt charitas: Augeat ergò fraternum amorem, inquit Paulus, ipſa charitas, quæ bene mereri ſtudeat de omnibus, maximè verò, de ciuibus ſanctorum, & domeſticis Dei: Nam *qui non diligit fratrem, quem videt, quomodo poterit diligere,* ait D. Ioannes, *Deum, quem non videt?* Sic enim hominibus natura comparatum eſt, vt præſentibus magis,

Theſſalonicenſium charitas.

gis, quam his, quæ nunquam viderunt, moueantur. Cum hic fratrem coràm in oculis, & conſpectu habeas, Deum autem fide duntaxat ænigmatica cognoſcas; qui fratrem ad imaginem Dei creatum, quem *Charitatis fraternæ commendatio.* intueris, nón diligis, quod minimè cernis, ſed tamen in fratre repræſentatur, parum diligere cenſeberis. Nam ſi diuitijs affluens, fratrem inedia laborantem videris, & non iuuas, vel eius neceſſitatem non leuas, durus, inhumanus, & à Deo, qui totus pius, benignus, & miſericors eſt, omninò es alienus: Operis ſiquidem tui exercitium palàm teſtatur, te neque ſpiritu Dei afflatum, nec Deum, vel proximum diligere & amare; quia qui diligit Deum, hanc dilectionem & amorem debet ſeria & apparente proximi dilectione comprobare. Sed hæc occaſione loci D. Ioannis, fortaſſe longius.

Nam tanta admonitione, Theſſalonicenſium charitas non indigebat, quæ à Spiritu ſancto in ipſos diffuſa, (*de omnibus enim eos videbatur vnctio docuiſſe*) *1. Ioan. 2.* longè lateq; ſparſa enituerat; adeò vt editis miſericordiæ operibus, & incomparabilibus beneficentiæ ſtudiis, non modo ſibi maximam apud vicinas vrbes, & municipes circumfuſos, laudem peperiſſent, ſed ad fidem, hoc nouo charitatis exemplo, plurimos incitaſſent, hortari tamen non ſolebat deſiſtere, quos Domino genuerat Apoſtolus, vt ad perſeuerantiam, & ad maiorem, ſenſim perfectionem illos inuitet, quod in via Dei non progredi, eſſe deficere, ſanctiſſimi Dei homines arbitrentur. Fraternitatis, ſiue fra- *Quæ ſit charitas fraterna.* ternam, charitatem vocat, ſecundum naturalem analogiam, iuxta quam, amoris feruor, & vehementia di-

lectionis ſignificatur, quę inter fratres ſolet, aut ſaltem deberet eſſe maxima. Omnes autem Chriſtiani, cùm Deum communem patrem habeant, & per Chriſtum, Dei adoptionis filij ſint effecti, *fratres* dicuntur, quia Deus noſter, qui per creationem erat Deus noſter, per Chriſtum, factus eſt pater noſter, nempe per gratiæ adoptionem, quæ gratia, quos inhabitat, eo impellit, vt qui Deum diligit, diligat & fratrem ſuum.

XI. *Rogamus autem vos fratres, vt abundetis magis, & operam detis, vt quieti ſitis, & vt veſtrum negotium agatis, & operemini manibus veſtris, ſicut præcepimus vobis.*

Charitatis natura. Charitatis natura hæc eſt, vt otiari non poſſit. Adeo vt ſapienter dixerit Beatus Gregorius, ibi charitatem non eſſe, vbi otium regnat & deſidia. Ideò frequenter admonet Chriſti cultores Apoſtolus, bonis operibus, vt charitatis præſentiam teſtificantes, in ijs quotidie euadant locupletiores. Vbi Lutherani, qui fide ſola contenti, inutilia eſſe opera mentiuntur, quibus abundare in dies magis ac magis fideles cupit Apoſtolus, cùm *in abundantia & iuſtitia*, ſecundum Sapientem, *virtus ſit maxima.* *Contra Lutheranos, ſola fide contentos.*

Ad fraternam charitatem, documenta. Vt autem fraternæ charitatis vinculum firmius conſtringatur, ſalutaria ad eam rem, documenta, & vtilia præcepta adhibet Paulus. Ac inprimis, *quietos eſſe fideles* iubet, non quod eos inerti velit otio torpeſcere, ſed curioſitatem ab ijs eſſe remotam deſiderando; ne

do; ne ſcilicet aliorum res, neglectis proprijs, accuratius per inquietudinem ſcrutantes, examinent; quod rixarum, & litigiorum ſeminarium ſit, eiuſmodi curioſa indagatio, quæ deſidum & vagorum hominum eſt propria, qui, cùm rei vtili, aut neceſſariæ ad vitam tam corporalem, quàm ſpiritualem non dent operam, rebus vanis, inanibus, & ſuperfluis vacent, neceſſe eſt. Hinc lites & iurgia, hinc inimicitiæ & contentiones, hinc famæ & honoris proximi denigratio, hinc ſchiſmata & diſſenſiones, hinc murmurationes & ſuſurrationes, quibus animorum diſſentio, voluntatum diſcordia, & communium publicæ vtilitatis ſtudiorum diſſolutio, plerumq; proueniunt.

Huius loci quæſtio, explicatur.

Duo autem certa ad hanc rem, remedia adhibet Apoſtolus. Primum, cum ſubiungit: *Et veſtrum negotium agatis.* Quaſi dicat: Sic rebus veſtris eſtote intenti, ne aliorum negotijs, quæ ad vos, vel ad curam, ex officio, veſtram non ſpectant, occupemini. Si proximi res, vobis adeò ſunt cordi, inquit, eos ijs iuuate, in ijs conſulite, quæ ſalutem eorum æternam ſpectant, & charitas Chriſtiana abundè docet ac ſuggerit: Qualia ſunt, fratrum paupertatem, & inediam veſtris facultatibus leuare, ſalutaria errantibus adhibere conſilia, proximorum ſaluti, profectui, incremento ſtudere, &c. Talia charitatis officia, pacem & concordiam inter fratres conciliant: Sicut namq; vnguentum, gratiſſimum fundit odorem, ſic huiuſmodi fraternæ charitatis officia, ſuauitatis odorem, fragrantiſſimum effundunt in conſpectu Domini, ſuntque gratiſſima, non ipſi tantum fratri, ſed Deo, & ſanctis angelis eius, ac iuſtis omnibus plu-

Ad vitandas lites, &c. certa duo remedia.

I. remedium.

Fraterna charitatis pulchritudo.

rimum amabilia: Qui è contra, ſunt adeò curioſi, moroſi, iniquieti, vt nihil à quoquam, vel dici, vel fieri poſſit, quod anxiè reſcire, & iudicare non ſtudeant, ſeipſos autem neſciant & proprios defectus ipſi ignorent, diſſentionis animorum plerumq; ſunt incentiuum, & inſtar ſunt olei graue olentis, quod ſuo fœtore eſt tam Deo, quàm angelis, & bonis omnibus abominabile: Alterum remedium contra moroſam curioſitatem, exprimit ſequentibus verbis Apoſtolus.

Ad vitandam curioſitatem alterum remedium.

XII. *Et operamini manibus veſtris, ſicut præcepimus vobis: & vt honeſtè ambuletis ad eos, qui foris ſunt: & nullius aliquid deſideretis.*

De quonam labore, hic loquatur Apoſtolus.

Non de labore ſpirituali, hoc eſt, oratione, & exhortatione, quemadmodum volunt hæretici, verba facit hoc loco Apoſtolus; ſed de corporali loquitur exercitio; ad quem laborem, Theſſalonicenſes inuitat, ne cui ſint moleſti, grauesq; in victu & amictu corporis importunius exigendo. Hinc, vt annotauit Auguſtinus, 1. Corinth. 9. dicit ſe manibus operatum, cùm tamen, liceret ſibi, ſecundum Dei ordinationem, non operari: At certè non licebat ei ſecundum Dei ordinationem, non concionari, & non orare, qui dicebat: *Væ mihi, ſi non euangelizauero.*

Hoc loco refutatus ſectariorum, de labore

Huius authoritate loci, refutabant SS. Patres, eorum Sectariorum errores, qui Monachis non licere

opera-

operari, & laborare, victus acquirendi gratia, dicebãt, ſed eos debere, in Dei prouidentia confidere; immò ſtatuebant, eoſdem laborib. oportere viuere non ex proprijs. Vbi tamen ſciendum, nunquam ſimpliciter manuum operationem pręcipere Apoſtolum, niſi vel ad euitandum ſcandalum, vel ad furtum & auaritiam fugienda, vel ad declinandum otium; Inde monet Epheſios, vt *qui furabatur, iam non furetur, magis autem laboret, operando manib. ſuis*. Sic in poſteriori ad Theſſalonicenſes, poſtquam dixit: *Qui non laborat, non manducet*, ſubdit: *audiuimus enim quoſdam inter vos inquietos eſſe, nihil operantes, ſed curioſè agentes*. Hoc verò loco, offendiculi, vitandi cauſa, laborandum eſſe inculcat, quod infideles offenderentur, cùm viderent Chriſtianos, & maximè ipſorum coriphæos, ſiue ſacrorum principes, ex alienis bonis velle, nihil interim laborando, vincere: Ideo, ne vel leuem, ſaltem occaſionem (eam captãtib.) daret oblatrandi, & dicendi; Euangelij prædicationem, prætextum quendam fuiſſe honeſtum, orbẽ circumeundi, obſonandi, lucri captandi, ac quęſtus faciendi; ſic ſibi temperandum à neceſſario quoq; cibo Apoſtolus exiſtimans, cæteris diſcipulis ſuis imitandũ propoſuit. Quod non à ſe tantum, ſed à Barnaba inuiolabiliter fuiſſe obſeruatum, ad Corinth. ſcribit.

Monachis fugiendo, error.

Labor offendiculi vitandi cauſa, hic præceptus.

Sed vnde acciderit, ait Baronius, vt Paulus nobilitate inſignis, & eruditione præclarus, opificium, quod exerceret, didicerit, ex his, quæ cõplures antiqui Rabbini ſcripſerunt, facilè poteſt, inquit, intelligi. Ex quorum inſtitutione, perueniſſe (vt Paulo inferius) exiſtimamus, vt Paulus ſacris literis excultiſſimus, aliquod manuum opificium didicerit, quod ad victum ſibi cõparandum (cùm Euangelium prędicarunt) vbiq; locorum

Bar. an. Chriſti 52.

Paulus, alias nobilis quomodo opificium didicerit.

rum conſiſteret, exercuerit. Adhæc, ſciendum (ait) eſt, nec cæteros Apoſtolos, opus manuum intermiſiſſe, cũ locus & tempus, id conceſſiſſent, qui & alios, ad hoc ipſum faciendum, hortati ſint.

Aliorum huius loci interpretatio.

Non deſunt, qui fideles, hoc loco, moneri putent ab Apoſtolo, vt operentur, quatenus ſibi, & alijs præſidio ſint: alijs quidem, quia multi ea tempeſtate erant, qui ob fidei profeſſioné, fortunæ bonis exuti, in ſumma inopia vitam degebant: quemadmodum his noſtris temporib., ab impijs Sectarijs, ſuis facultatibus & fortunis ſacerdotes exhauſti, propterq́; fidé exulantes Catholici, aliorum opem implorare coguntur. Quod n. hic ait: Et nullius aliquid deſideretis, id eſt, nullius indigentiam habeatis. Quod verò impij Lutherani, Monachis & Clericis, manuum operationem præcipi mentiũtur, eorum id inuidæ cupiditati debet acceptum ferri; præ qua, in Eccleſiaſticos tabeſcunt, & liuent: propterea eorum bona atq; prouentus, alijs diripiendos, per ſummam iniquitatem, propoſuerũt.

Lutheranorũ, Monachos ad manualẽ laborẽ teneri mentiẽtium, inuidia patefit.

Nam D. Auguſt. lib. de opere Monach c. 22. ab eo opere excipit religioſos, qui Eccleſiaſt. miniſteria exercẽt, quales ſunt, hoc tempore, plurimi ſacerdotes, clerici, & religioſi, qui cum Maria, ſecus pedes Domini ſedentes, verbum illius audiunt, hoc eſt, qui meditationi rerum cœleſtium vacant, &c. Sic enim ait: *Si Euangeliſtæ ſunt, ſi miniſtri altaris, ſi diſpenſatores Sacramentorum, bene ſibi iſtam non arrogant, ſed planè vendicant poteſtatem, nimirum viuendi ex facultatib. populi.* Siquidem religioſorũ hominum labores ſunt fructuoſiores, cùm animi ipſius opera, & magnitudine, & dignitate, & vtilitate, & difficultate, corporeis, longis interuallis prę ſtent. Sicut exem-

Luc. 10.

Quinam religioſi laborare manib. non tenentur?

exemplo ſunt ij religioſi & clerici, qui contemplationi iugiter vacant, verbi diuini prædicationi incumbunt, diuinas laudes aſſiduè concinunt, Sacramenta decenti ritu adminiſtrant, iuuentutem ad bonas literas, & artes liberales, & omne virtutis genus erudiunt, & ex cathedris profitentur, vel concionantur, &c.

Vult vltimò Paulus, Chriſtianos erga eos, qui *foris ſunt*, hoc eſt, erga infideles, ita ſe gerere, vt ex eorum vita, honeſtate, morum ſuauitate, placido vultus, frõtis, oculorum, ſuperciliorum, ac totius corporis geſtu & compoſitione, in ſui amorem, eos prouocent. Quã ob cauſam, præcipit etiam D. Petr. omnib. fidelibus, *vt bonam inter Gentes conuerſationẽ habeant*. Imò ad munia Eccleſiaſtica prouehendos, vult noſter Apoſt. bonum ab ijs, qui foris ſunt, id eſt, Ethnicis, idololatris, & impuris hominibus, habere teſtimonium: Pulchrum enim eſt, exemplo vitæ integrę, & ſtudioſæ, ad pietatis & religionis vitã, errantes, (quib. cum verſamur) allicere, prouocare, & habere conuerſationem, ſuauem ſcilic. & moderatã, quæ religioni, & Chriſtianæ doctrinæ reſpondeat. Elegans ſiquidẽ morum compoſitio, & honeſtas amabilis (ait quidam) quæ lucem præfert hominibus, loco eſt viui & efficacis ſermonis, ad alliciendum ſpectantes, ad piam æmulationem. Hac vna, plus, inquit, ab initio profecerunt, patres noſtri, & oẽs nouæ vitæ inſtitutores, quàm ſtudioſo curioſi ſermonis apparatu: Facilius ſiquidẽ legitur in ipſo vultu, atq; conſpectu hominum, & in integritate, quã in ſolis lib. mortuarum chartarum & prædicationum. Cæterum ſuperciliosa durities, inepta ruſticitas, & quædam in communi conuerſatione inhumanitas, quibus adeò ſe aliquis, etiam pius, & iuſtus homo, erga proximum

Quomodo ſe, ſecundum Paulũ erga externos gerendum.

Bona vitæ. & exempli commendatio.

gerit,

gerit, vt nec iucundum, nec affabilem, nec comẽ, nec blandum ſe præbeat, ipſis ſanctiſſimis etiam patribus, vehementiſſimè ſemper diſplicuit. Hæc n. beati viri vna commendatio eſt, quod *iucundus* ſit, id eſt, benignus, ſuauis, dulcis, amabilis, qui non abs re poſſit dicere: *Chriſti bonus odor ſumus*, cùm & verbis, & factis ſtudemus proximi ſalutem lucrifacere. Hic locus ſuggerit occaſionem de barborum quorundam aulicorum, & maximè Sectariorum, incultis moribus, toruo vultu, oblongis capillis, faciei toruitate, &c. ſed alterius hæc ſunt loci.

XIII. *Nolumus autem vos ignorare fratres, de dormientibus, vt non contriſtemini, ſicut & cæteri, qui ſpem non habent.*

Mortuos immoderate lugere illicitum.

Etſi, luctus, affectuſq; pietatis humanæ, circa morientes amicos, laudabilis eſt, quando intra limites cõtinetur: immoderatus tamen, motus, qui ex natura profectus, propinquorum orbitatem, carniſq; coniũctionem tantum reſpiciat, minimè ſemper inter Chriſtianos, probatur, quibus nempe certa reſurrectionis ſpes, firmaq; fiducia, potius affulgere debet: Tales n. qui ſcilic. *in Domino moriuntur*, non mortui, ſed potius *dormientes* debent exiſtimari: Hac n. loquendi formula, ad maximam noſtram, omniumq; conſolationem, ſæpe vtitur Scriptura, quaſi nihil ſit diſcriminis inter noſtram qui viuimus, & iuſtorum dormitionem, niſi quod noſtra breuior, & aſſiduè repetita, familiarior; illa autem beatorum, nulla interruptione diuturnior, qui tandem à Chriſto facilius de ſepulcro ſuſcitabuntur, quã nos, expergiſcamur à quotidiano noſtro ſomno: Nam ſicut, qui dormiunt, integri excitantur, ita

Conſolatio de non lugendis mortuis in Scriptura.

qui

qui reſurgent, maiorem, quam habuerant corporis perfectionem ſunt recepturi. Quemadmodum ex Iobi ſentententia colligitur, dum ait; *Quem viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius.*

De mortuis loquendi, videtur inde ſumpſiſſe occaſionem Apoſtolus, quod aliqui inter Theſſalonicẽſes, nullam admitterent conſolationem, de Sanctorum quorundam morte, quàm fidei cauſa, ad perhibendũ veritati teſtimoninm, fortiter oppetierant. Nõ quod accerbo luctu, pijſq; lacrymis ſemper delinquerent, qui homines iuſtos, & quàm maximè de Eccleſia meritos lugebant (qui non tam illorum mortem, quàm damnum, quod eorum mors Reipublicæ Chriſtianæ pepererat, deplorarent) ſed petit Apoſtolus, ne talis Chriſtianos, afficiat mœror, qualis gentes Ethnicas triſtitia affecit, quæ Græcæ ſapientiæ præceptis deceptæ, carnis reſurrectionem, neutiquam futuram ſibi habebant perſuaſum: Huic enim ſapientiæ baſis hæc erat, à priuatione ad habitum, non dari in natura recurſum Forte etenim eum lugendi ritum aliqui ex Chriſtianis Theſſalonicenſibus ſeruabant, quem gentes, ductis à naturæ principijs, circa hominum reſurrectionem, errantes introduxiſſent; atq; ita circa iuſtorum ſepulchra, pioſq; manes, ſe non aliter gerebant, quaſi eos nunquam eſſe ſuſcitandos, vna cum infidelibus, ſentirent. Quod luctus genus, videtur prohibuiſſe Hierem. *Nolite*, inquit, *lugere mortuum, neq; lugeatis ſuper eum fletu.* Sanctos alioquin, tam veteris, quàm noui teſtamenti Patres, moderato, laudabiliq; ritu, mortuos ſuos amicos luxiſſe, teſtatur Scriptura. Nota eſt enim Iacobi, Ioſephi &c. Patriarcharum, Tobiæ, Dauidis, & aliorum, circa mortuos, cura. Quibus lacrymis,

Occaſio de mortuis loquendi Paulo data.

Græcorum error, circa corporum reſurrectionem.

Hier. 22.

Non omnis luctus mortuorũ, prohibitus.

communem amicum Lazarum fuerit proſecutus Dominus, deſcribit D. Ioannes; Qua ratione, ſepelierint *viri timorati D. Stephanum*, & qualem ſuper eũ planctum fecerint, narrat D. Lucas. Vnde Gloſſa, ſuper eum locum: Contriſtamur in noſtrorum mortibus, neceſſitate amittendi, ſed cum ſpe recipiendi, inde angimur, hinc conſolamur; inde infirmitas afficit, hinc fides reficit, inde dolet humana conditio, hinc ſanat diuina promiſſio. Atq; hoc eſt, quod ait Eccleſiaſticus: *Fili, in mortuum produc lacrymas, & conſidera paſſus; incipe plorare.* Item: *Propter delaturam autem amarè fer luctum illius vno die, & conſolare propter triſtitiam, & fac luctum, ſecundum meritum eius, vno die, vel duobus, propter detractionem.* Sanè viros iuſtos, acerbiſſimè lugebat Propheta, qui dicebat: *Ecce, quomodo moritur iuſtus, & nemo percipit corde*; Licet enim, *in memoria æterna, & benedictione ſit iuſtus*; ſi quis tamen corde percipiat, viri iuſti vim, dignitatem, gratiamq; apud Deum, meritò mors illorum lugubri lamentatione proſequenda eſt, quando tantum damnum fidelis populi multitudini parit, quantum omnes non poſſunt concipere. Si vnius Abrahami oratio, ſaluare potuit pentapolin, ſi Loth, &c. fuit exauditus, ſi propter Moyſem, Iob, Dauid, & alios, ſaluare, & præſeruare Deus plurimos à malis decreuit, quis boni, ſancti, & iuſti hominis mortem non lugeat? Sic lugebat D. Ambroſius mortuos, ſed quibus æq; bonos eſſe ſucceſſuros dubitabat. Quo fletu planxerit fratrem ſuum D. Bernardus, vel vnicus ſermo ipſius ſupra 36. cap. Cantic. teſtatur; quorum hic Apoſtolus non facit mentionem, ſed malorum, qui, iuxta Sapientem, *non habent ſpem futurorum*: quorum meminit

Actor. 7.

Eccleſ. 38.

Viri iuſti mors, meritò lugẽda.

Prouerb. 24.

minit Apoſtolus, 1. Corinthiorum. 15. *Si in hac vita, tantum in Chriſto ſperantes ſumus, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus.*

Ideò tantum in Eccleſiæ primordio laborarunt Apoſtoli, in ſtabillienda carnis reſurrecturæ neceſſitate, quod huic, ceu firmiſſimo fundamento, ſalutis noſtræ ſpes nitatur. Nã *ſi* (vt ratiocinatur Apoſtolus) *mortuorum reſurrectio non eſt, neq; Chriſtus reſurrexit: Quod ſi Chriſtus non reſurrexit, inanis eſt prædicatio noſtra, inanis eſt & fides.* Ideò huius articuli veritatem, exemplis, & ratione niſus eſt comprobare non ſemel Apoſtolus, vt naturæ Dominum, plura in hoc genere, poſſe nudæ naturæ, & rationis humanæ principijs deceptis (qui ſpem nullam de reſurrectione habent) comprobarent. Eſt ergo ſpes, ſiue fiducia, præſens contra triſtitiam ac dolorem, qui de morte proximorum concipitur, remedium; quo, ad interiora velaminis, in defunctis lugendis perducimur: Ideò fidelium corpora, tanto cultu, & tam religioſa ceremonia ſepeliuntur, tanquam Spiritus ſancti organa, & futuræ reſurrectionis, æternæque beatitatis vaſa capacia. *Hoc enim à Patribus traditum*, ait Auguſtinus, *vniuerſa obſeruat Eccleſia, vt pro eis, qui in communione corporum & ſanguinis defuncti fiunt, cum ad ipſum ſacrificium, loco ſuo commemoratur. Cùm verò eorum commemorandorum cauſa, opera miſericordiæ, celebrentur, quis ei dubitet ſuffragari, pro quibus orationes non inaniter DEO erogantur. Non enim ambigendum, iſta prodeſſe defunctis, ſed talibus, qui ita vixerunt ante mortem, vt poſſit hæc illis eſſe vtilis poſt mortem. Nam qui ſine fide operante, per dilectionem, eiuſque Sacramentis*

Apoſtolorum labor, in ſtabilliẽda mortuorum reſurrectione.

Contra mortis triſtitiam, præſens remedium.

Pia opera pro defunctis præſtanda.

mentis de corporibus exierunt, fruſtra illis, à ſuis, huius pietatis impenduntur officia, cuius dum hic eſſent, pignore caruerunt. Hæc Auguſtinus.

Lutheranorũ in ſuos vita functos, crudelitas.

Cui impudenter, & crudeliter admodum Prædicantes Lutheranorum repugnant, dum piè, & in Domino defunctis, ſalutaria ſubſidia, per ſummam impietatem, inuident, quæ Chriſtiana Charitas, liberaliſſimè iam inde ab Apoſtolorum temporibus ſemper impendit, vt in extrema neceſſitate conſtitutis, opem & auxilium oportunum ferat. Sed diuite epulone, (qui vel infernalibus diris iam deuotus, parcere fratribus domi relictis cupiebat) crudeliores Lutherani, vita functis Chriſtianis tyranni ſunt, tygrides ſunt im̃anes, quos potius cruciari pœnis acerbiſſimis gaudent, quam piorum precibus, opera, atq; ope patiantur iuuari; cum tamen Regij Vatis oraculo, *ille beatus,* prædicetur, *qui intelligit ſuper egenum & pauperem, in die* enim *mala,* inquit, *liberabit eum Dominus.* Quis vero purgatorij ergaſtulo mancipatis, pauperior, & magis indigens?

XIV. *Si enim credimus, quod* I E S V S *mortuus eſt, & reſurrexit; ita & Deus, eos qui dormierunt, per* I E S V M, *adducet cum eo.*

Paulina, de mortuis proximis, cõſolatio.

Probat tanti mœroris moleſtia, Theſſalonicenſes, de morte (quæ ſomni breuioris quædam imago eſt) proximorum affici non debere, quia in fide C H R I S T I, inquit, cuius, vt capitis erant membra, ex hac vita diſceſſerunt. Cùm igitur C H R I S T V S, vt caput, à morte reſurrexerit, certiſſimum eſt, &

eius

eius membra à morte ſuſcitanda: *Nam ſi reſurrectio mortuorum non eſt,* ait in ea, quæ eſt ad Corinthios, *neq; Chriſtus reſurrexit:* Nam, ſicut iuſtitiam teſtatus eſt in eo, vt filius glorificaretur in corpore, in quo fuerat paſſus; ita eiuſdem iuſtitia requirebat, vt nos, & in corpore reſurgeremus, vt in eo, ſimul & in anima reſurgentes, remuneraremur. Fuit enim *Chriſtus primogenitus mortuorum,* ad cuius vnius ſimilitudinem, nos qui fratres eius ſumus, debemus reſurgere, vt cum ipſo glorificemur. Cum enim *propter delicta noſtra, Chriſtum credimus traditum, quem propter iuſtificationem noſtram intelligimus reſurrexiſſe,* monemur ad eam iuſtitiam, & per conſequens, ad reſurrectionem proſequendam, & imitandam. *Rom. 4.*

Ex cuius myſterij meditatione, non ſolum ſemetipſos, & alios conſolandi ſumere occaſionem fideles debent: ſed in omnibus etiam aliis ærumnis, & in calamitatibus, futuræ cogitatio reſurrectionis, ſummam doloris leuationem non immerito nobis adfert; quemadmodum S. Iobi exemplo diſcimus, qui hac vna ſpe, afflictum & merentem animum ſuſtentabat, aliquando ſcilicet fore, vt in reſurrectione Dominum Deum ſuum conſpiceret. Ideò viri iuſti, rectam, integram, ab omniq; prorſus peccatorem labe puram, vitam agebant, in mentem reuocantes illas opes, & diuitias, quæ reſurrectionem ipſam conſequuntur, ipſis eſſe propoſitas, qui pietatis & omnis virtutis ſtudia in hoc mortali corpore coluiſſent. Nulla ſiquidem res, maiorem habet vim, ad comprimendas animi cupiditates, hominesq; à ſceleribus auocandos, quàm ſi ſæpius admoneantur, quibuſnam malis, &

Futura reſurrectionis meditatio, omnibus doloribus ſolamen eſſe debet.

 crucia-

cruciatibus, improbi afficiendi ſunt, qui poſtremo illo die, procedent in reſurrectionem iudicij.

Quid ſit, mori per Ieſum.

Mori per Ieſum, idem eſt, ac in ipſius fidei profeſſione, ex hac vita diſcedere, vel per eum, qui vera ad ſalutem via eſt, hinc in viam vniuerſæ carnis emigrare: Vt enim via eſt, per quam ab vno termino, ad alterum, fit tranſitus; ita per Chriſtum, à peccato, in iuſtitiam, & ab ipſo infælici & perituro ſæculo, in æternam beatitudinem eſt veniendum: nempe fide in ipſum, & obedientia mandatorum ipſius: *Per ipſum enim, habemus acceſſum ambo, in vno ſpiritu, ad patrem:* Vnde S. Auguſtinus; *Homini*, inquit, *eſt iter ad Deum, per Deum & hominem, qui Chriſtus eſt.*

Epheſ. 2.
Auguſt. lib. 11. Ciu. Dei, cap. 2.

Alia, mori per Ieſum acceptio.

Dicuntur etiam per Ieſum mori, qui Chriſti, & iuſtitiæ cauſa, mortem oppetierunt, quos ad vitam reuocatos, dicit Apoſtolus, ad iudicium cum Chriſto adducendos, vt cùm eo immortales, & beatitudinis ipſius, reipſa ſint participes; ſicut apud D. Ioannem, legitur dixiſſe Dominus: *Si quis mihi miniſtrat, me ſequatur, & vbi ſum ego, illic & miniſter meus erit.* Quaſi pios, & Deum timentes homines moneret, ne in ſua morte & paſſione, ſcandalum paterentur, quia, inquit, fructus maximus eſt in ea; nempe vita mundi æterna. Non enim erit via, aliquis error, nec terminus, *mors*, vbi dux ego, qui vita ſum, præeo: nam perueniet, qui me ſequitur, illuc, vbi ego ſum, id eſt, ad cœleſtem gloriam, ad fruendum diuinitate mea, qua ego fruor. *Vbi* enim *erit corpus ibi congregabuntur & aquilæ.*

Cur Chriſtus mortuus, homines dormiétes dicantur.
Matth. 24.

Notant interpretes, Chriſtum à Paulo, *mortuum* eſſe dictum, vt humanæ naturæ veritatem, in ipſo probaret: homines porrò *dormientes* eſſe vocatos, vt reſurrectio-

rectionis ſpem excitaret, in omnium animis, qui defunctos ita acerbè lugent, quaſi ab eo ſomno, non amplius eſſent excitandi.

Hoc enim vobis dicimus, in verbo Domini; quia nos, qui viuimus, qui reſidui ſumus, in aduentu Domini, non præuenie- niemus eos, qui dormierunt. XV.

D. Auguſtinus, & Haymo, huius ſententiæ occaſione, malè à Theſſalonicenſibus intellectæ, putant ſecundam eſſe ad eoſdem ſcriptam epiſtolam: Ex eo enim, quod ſub ſua perſona, fuiſſet eos complexus, qui in humanis, aduentus Chriſti tempore, eſſent futuri ſuperſtites, colligebant Pauli adhuc viuentis tempore, Chriſtum ad iudicium eſſe venturum, mundiq; futurum finem, ipſo Paulo adhuc viuente; non attendentes, in eorum perſona loqui Apoſtolũ, qui viui in corpore, adueniente Chriſto, eſſent reperiendi; quibus ſe connumerabat, quod eſſet ipſe vnius corporis cum illis membrum; Quaſi diceret: Quod alij, alios, id eſt, mortui viuos, & è contra viui mortuos, in glorioſa translatione, non ſint anteceſſuri, ita vt vnum præeuntem, alius ſequatur: ſed omnes ſimul in momento, & ictu oculi, reſurrecturi; Qui enim tunc viui reperientur, tum ſubita morte dicit corripiendos, vt quaſi mortui non repperiantur, cùm vna obuiam Chriſto prodituri, ſunt glorificandi: Hæc etenim iterata & ſubita animæ & corporis vnio, non cauſæ alicuius naturalis, quæ idem numero reproducere non poteſt, virtute, ſed Dei ſolius potentia nitetur, quæ ſola, à morte ad vitam, regreſſum in ipſa reſurrectione opera-

Occaſio 1. ad Theſſal. ſcriptæ epiſtolæ.

Corporum reſurrectio diuina virtute futura.

operabitur. Hinc eſt, quod cæcorum illuminatio, ſuſcitatio mortuorum, tanquam maxima Chriſti miracula, in Euangelio commemorantur, quia nemo, præter Deum, vi propria, hæc præſtare poteſt; ſicut illa Chriſtus fecit, vt puta, verus Deus, ſecundum quod Ioan. 15. cap. dicit: *Si opera non feciſſem in eis*, (id eſt, Iudæis, quia in eorum beneficium, facta ſunt miracula, & ipſimet ſunt, qui ſunt ſanati, & ſuſcitati) *quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent*; quia alius ſcilicet, tale quippiam propria virtute non patrauit, vt interpretatur Auguſtinus tract. 90. in Ioan. ſub finem.

Reſurrectionis instrumentalis, cauſa. Dionyſ. de diuin. nominum cap. 6. Iren. lib. 5. ca. 2. Greg. Nyſſ. in orat. catech. cap. 37. Cyril. Alexan. lib. 10. in Ioan. cap. 13.

Reſurrectionis porrò inſtrumentalis cauſa futura eſt Chriſti, ſecundum humanitatem reſurrectio præterita, & SS. Euchariſtiæ (iuxta Chriſti & SS. Patrum ſententiam) dignè in hac vita, vſurpatum ſacramentum: Sic enim Ioan. 6. ait Dominus: *Qui manducat meam carnem, & bibit meum ſanguinem, habet vitam æternam, & ego reſuſcitabo eum in nouiſſimo die.* Et infra: *Qui manducat hunc panem, viuet in æternum*, quia quamuis moriantur ad tempus, ipſe tamen eos in nouiſſimo die, ad vitam æternam ſuſcitabit. Hæc, quoniam naturalem intelligentiam excedunt, *in verbo Domini*, ſe dicere affirmat, quod ex ſingulari reuelatione huius myſterij veritatem habuiſſet Apoſtolus, ſicut 1. Cor. 7. dicebat, non à ſe, ſed à Domino, matrimonij quædam decreta habuiſſe, quædam ſe, non tamen ſine documento Spiritus ſancti, tradere.

XVI. *Quoniam ipſe Dominus, in iuſſu, & in voce archangeli, & in tuba Dei, deſcendet de cælo; & mortui, qui in Domino ſunt, reſurgent primi.*

Hanc

Poteſtas iudicandi, à Patre, Chriſto data.

Hanc, Pater filio iudicandi poteſtatem dedit, vt per humanitatem ſuam, iudicium ſenſibile exerceat; & in humanitate ſua, fiat omnium hominum iudex, probos probando, & reprobando improbos. Sicut enim per hominem, voluit Deus ſaluare homines; ita eadem voluit per hominem, iudicare. *Nolite mirari hoc*, ait apud Ioannem Dominus, *quia venit hora, in qua omnes, qui in monumentis ſunt, audient vocem filij Dei: & procedent qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ; qui verò mala egerunt, in reſurrectionem iudicij:* Vbi attende dici vocem *filij Dei*; quia vox, non vt meri hominis, ſed vt Dei filij, maximam habebit efficaciam, ad operandam carnis humanæ reſurrectionem: Sicut enim Chriſtus, voce, vt diuinitatis inſtrumento, vſus eſt, quando Lazarum, & alios mortuos ſuſcitauit: ſic mortui, quando Chriſti vocantis, & præcipientis vocem ſunt audituri, protinus ſunt reſurrecturi: Inde eſt, quod Dominus, ſe *reſurrectionem*, & *vitam* appellet, quod nempe reſurrectionis, & vitæ, cauſa ſit atque effector, potens eos, quos vult, reuocare, & ſuſcitare ad vitam beatam & fælicem, ad quam reſurgent credentes in CHRISTVM: De qua dicitur, Ioann. cap. 5. *Qui bona fecerint, procedent in reſurrectionem vitæ:* De qua, alibi faciens mentionem; *omnis qui credit in me, etiamſi fuerit mortuus, viuet.* Licet namque reſurrectio, communis ſit bonis & malis, credentibus, & non credentibus, vita tamen eſt propria credentibus fide viua & perfecta. Prodibunt enim omnes ex ſepulchris, & reſurgent; ſed non omnes eodem modo: Qui enim bene recteq; hic vixerunt, reſurgent ad æternam fælicitatem; qui verò di-

Diuina vox de extremo iudicio, mortuos reſuſcitant.

Bonorū & malorum reſurrectionum diſcrimen.

rò diuinam legem tranſgreſſi, præuaricatique ex hac vita migrarunt, in damnationem ſuſcitabuntur. Vnde Hieronymus, in epiſt. ad Pammach.: *Audient*, inquit, auribus, & procedent pedibus; at reſurrectio vitæ bonis; reſurrectio damnationis, & æternæ mortis, propria eſt malis.

Cyrillus libri 2. cap. 145. Vocem filij Dei, apud Ioannem, eandem eſſe exiſtimat cum ea, quam cum ait deſcenſurum hic Dominum Apoſtolus. Quamuis enim, futura ſit Archangeli; ex iuſſu tamen & præcepto Dei, vt diuinæ eius potentiæ inſtrumentum, procedet: Licet porrò Archangeli nomine, CHRISTVM Dominum aliqui intelligant, qui eſt princeps Archangelorum; Paulus tamen de alio quodam diuerſo, ab ipſo Domino loquitur Archangelo, & plerique, totius huius angelici miniſterij, præcipuas partes Michaëli Archangelo tribuunt, quia eſt princeps Eccleſiæ, ſicut fuit olim ſynagogæ, quemadmodum Paulus hic inſinuat. Huius Archangeli, Dei iuſſu, emiſſa vox, ita mortuos excitatura eſt, ſicut ſolet vox magna à ſomno ſuo excitare dormientem, & ſimul ab eo excitato, audiri: haud enim obſcurè, Paulus hoc loco, & Scriptura alibi ſæpe inſinuant, hanc articulatam, & propriè dictam vocem futuram, in eam, aut ſimilem ſententiam figuratam, quam D. Hieronymus, in regula Monachorum, cap. 30. & alibi exprimit: *Surgite mortui, venite ad iudicium.* Vt porrò, minimè naturaliter, vox hæc ſuſcitatura eſt mortuos, niſi tanquam diuinæ virtutis inſtrumentum: ita etiam, non

Cuius ſit futura vox.

Qualis & qua vox ſit futura.

niſi

niſi ſupernauraliter audietur vbiq; ab omnibus, per orbem, mortuis.

De qua voce, Caſſidiorus interpretatur illud pſalmi: *Ecce dabit voci ſuæ, vocem virtutis*, ad ſuſcitandum nempe mortuos: Nec audietur hæc ſola vox, ſed etiam ingens ſonitus vbique ab Angelis, & maximè ab Archangelo Michaële, ad maiorem terrorem, & expectationem iudicij excitandam, edetur; iuxta illud, quod Dominus ait: *Et mittet Angelos ſuos cum tuba, & voce magna, & congregabunt electos eius, à quatuor ventis.* Sic Apoſtolus, 1. Cor. 15. *In nouiſſima tuba; canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti, & nos immutabimur.*

Tuba autem vocatur vox angelica, propter magnitudinem, & propterea quod in veteri teſtamento, tubæ ſonitu, ſolebat ſignum dari, ad res præſertim maiores & ſacras. Dicit autem, CHRISTVM Dominum de cœlo deſcenſurum, eo ſenſu, quo Romanis ſcribit Apoſtolus, in *Euangelio reuelari iram Dei de cœlo, ſuper omnem impietatem, & iniuſtitiam, hominum eorum, qui veritatem Dei, in iniuſtitia detinent:* Tum enim ingentem furorem, & grauiſſimam vindictam, deſcendens de cœlo CHRISTVS, in flamma, & cum Angelis virtutis ſuæ, peccatores æternis mactabit ſupplicijs. Id enim prædixiſſe videtur Ioël propheta, cap. 3. *Congregabo*, inquit, *omnes gentes, & deducam eos in vallem Ioſaphat, & diſceptabo cum eis, ibi ſuper populo meo.* Eo loci, plerique interpretes, Iudicij locum futurum exiſtimant, qui eſt in Iudæa, proximus Hieruſalem, ad Orien-

Cur hæc vox, tuba dicatur.

Rom. 1.

Locus extremi iudicij, quis.

tem, ad montis oliueti radices, ex quo Dominus in cœlum aſcendit.

Etenim, vbi Dominus extrema ignominia affectus, & iniuſtè iudicatus eſt, ibi æquum eſt, vt appareat glorioſus, & omnium iudex, vt *iudicet orbem terrarum in iuſtitia, & populos in æquitate. Hic IESVS*, inquiunt Angeli, *qui aſſumptus eſt à vobis, ſic veniet, quemadmodum vidiſtis eum euntem in cælum.*

Pſal. 95. Act. 1.

Contra hunc locum obiectioni reſpondetur.

Quod autem obiiciunt quidam, non poſſe tantam multitudinem hominum, vallem illam capere. Reſpondet hic Apoſtolus, *rapiendos & tollendos* ſanctos, agilitatis dote præſtantes, *in aëra.* In ſpatio ſiquidem huius aëris, ſedebit contra locum montis oliueti Dominus, ex quo aſcendit.

Cæterùm, damnandi in valle, & locis circumiacentibus futuri ſunt, quibus hic maximè locus congruet, nempe depreſſus, humilis, &c. Dicit autem Dominus apud Prophetam, ſecum eis *diſceptaturum*, quaſi diceret: Referam ego, quid illi contra me geſſerint, & ipſi conabuntur pro me reſpondere, ſicut apertius inde ipſe expreſſit, Mathæi 25. *Eſuriui enim, & non dediſtis mihi manducare*, &c. Et mali reſpondebunt: *Domine quando te vidimus eſurientem, aut ſitientem?* &c. Ita dictum, Eſaiæ 43. *Reduc me in memoriam, & iudicemur ſimul, narra, ſi quid habes, vt iuſtificeris.*

Vox Chriſti, ad reprobos.

Sanctis tamen hominibus, qui Dei nomen in carne viuentes timuerunt, *orietur*, ait Malachias *ſol iuſtitiæ, & ſanitas in pennis eius, & egrediemini, & ſalietis ſicut vituli de armento, & calcabitis impios*, &c. Quaſi diceret: Egrediemini ô iuſti homines, è ſepulchris, & in

Malach. 4.

occur-

occurſum Domini, & *ſalietis*, hoc eſt, tollemini in altũ, obuiam Chriſto. In huiuſmodi enim *verbis*, firmitas corporis, & celeritas, & lætitia, qua Sancti in occurſum Chriſti properabunt, indicatur, *& calcabitis*, ait, *impios*, hoc eſt, eritis cum Chriſto, & cum illo damnabitis impios, & pedib. veſtris ſubijcietis eos, qui oppreſſerant vos; Qua loquendi formula, pſal. 149. loquitur Dauid, *Et gladij ancipites in manibus eorum, ad faciendam vindictã in nationib., increpationes in populis, ad alligandos reges eorũ in cõpedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis.* Ad hoc n. dicit Apoſtolus noſter, mortuos in Chriſto, primũ reſurrecturos, hoc eſt, merito & dignitate, vt ponantur Chriſti hoſtes & inimici *ſub ſcabello pedum ſuorum*, inſtar iudicum, & ſententiæ pronuntiandæ ipſius approbatorum.

Vox Chriſti ad Sanctos.

Deinde, nos qui viuimus, qui relinquimur, ſimul rapiemur cum illis in nubibus, obuiam Chriſto in aëra. XVII.

Omni malorum, bonorumq́; hominum diſcrimine poſtpoſito, õés à mortuis, (quanquam nõ omnium par conditio futura eſt) reſurgent; *Qui bona* namq; *fecerunt, in reſurrectionẽ vitæ, qui verò mala egerunt, in reſurrectionem iudicij.* Neq; enim quenquam ea de re ſinit Scriptura dubitare. *Quis eſt homo*, ait Pſalmographus, pſal. 88. *qui viuet, & non videbit mortem, eruet animam ſuã de manu inferi.* Et noſter Apoſt. ad Rom. 5. *In omnes homines mors pertranſijt.* 1. Cor. 15. *Per hominem mors, et per hominem reſurrectio mortuorum. Et ſicut in Adam omnes*

Omnibus, diſpar licet, futura reſurrectio.

moriuntur: ita & in Chriſto omnes viuificabuntur. Et ibidē: *Tu autem quod ſeminas, non viuificatur, niſi prius moriatur*. Et rurſus. *Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur*. Deniq; ad Hæbr. 9. *Statutum eſt omnib. hominibus ſemel mori, & poſt hoc iudicium*. Cùm autem *omnes* dicimus, tam eos intelligimus, qui aduentante iudicio, mortui iam erunt, quam eos, qui tum primùm morientur. Huic enim ſententiæ, quæ aſſerit, oēs morituros, nemine excepto, Eccleſiam acquieſcere, ipſamq́; ſententiam, veritati magis conuenire, ſcriptum reliquit D. Hierony. Idem ſentit & S. Aug. Nam S. Ambr. hunc locum exponens, ita inquit: *In ipſo raptu, mors præueniet, & quaſi per ſoporē, vt egreſſa anima, in momento reddatur, cùm enim tollentur, rapientur, vt peruenientes ad Dominum, præſentia Domini recipiant animas, quia cum Domino mortui eſſe non poſſunt*. In quā ſententiam deſcendit, c. 20. lib. 10. D. Auguſt. de Ciuit. Dei, vbi dicit: Ad hūc autem ſenſum videtur ipſe Apoſtolus nos vrgere, vbi dicit: *In Chriſto omnes viuificabuntur*, cùm de ipſa loquēs reſurrectione corporum, dicat: *Tu quod ſeminas, non viuificatur, niſi prius moriatur*, quomodo igitur, *quos viuentes hic Chriſtus inueniet*, per immortalitatem in illo *viuificabuntur, niſi prius moriantur?* Atq; ibidē pulcherrimè declarat idem Auguſt. ex eo, quod hic dicitur. *Et ſic ſemper cum Domino erimus*, ſequi, eos iuſtos non morituros, in illo raptu: Non ſic, ait Auguſt. accipiendū eſt id, tanquam in aëre nos dixerit ſemper cum Dn̄o eſſe manſuros, quia nec ipſe vtiq; manebit, quum veniens tranſiturus eſt: Venienti quidem ibitur obuiam, non manenti: Sed ita *cum Domino erimus* ait, id eſt, ſic erimus ſemper habentes corpora ſempiterna; vbicūq́; cum illo fuerimus. Nec tamen diffitendum eſt, illos iuſtos,

Omnibus, eſt moriendum.

S. Ambr. huius loci expoſitio.

S. Aug. expoſit.

iuſtos, qui tunc viui reperientur, aliquanto poſt reſurrectionem, quam alios mortuos. Siquidem morientur, atq; adeò reſurgent, quando cum alijs iam antea mortuis in Chriſto, & tunc per reſurrectionem, viuis, rapientur obuiam Chriſto, in aëra. Sed tamen, omnes nihilominus dici ac cenſeri poſſunt reſurrecturi ſimul, prout *ſimul*, dici poteſt fieri, quod fit ſub idem tempus breuiſſimum: *In momento enim, & in ictu oculi fiet reſurrectio*, ait Apoſtolus, *in nouiſſima tuba; canet enim tuba, & mortui reſurgent incorrupti.* Etenim, ipſa animæ & corporis vnio, atq; vltima materiæ diſpoſitio, in inſtanti, à Deo fiet: ſicut & cinerum congregatio, Angelorum miniſterio, celerrimè perficietur, vt quib., natura corporea, quoad motum localem, perquem, illi pulueres colligentur, obedit ad nutum, quemadmodum inſinuat D. Auguſt. 20. lib. c. 20. de Ciuit. Dei, in membra ſine fine victura, inæſtimabili facilitate, & velocitate rediturum antiquiſſimorum cadauerum puluerem. Non quod omnium & ſingulorum corpora, in cineres ſoluenda ſint; Veriſimile enim eſt, iuſtos, qui in aduẽtu Dñi ſuperſtites reperientur, ſine mora, & ante incineratione, reſurrecturos, ſtatim ac mortui u fuerint. Nam B. Virginis corpori, priuilegio ſingulari poſt Chriſtum, piè creditur contigiſſe, vt reſurgeret, antequam incineraretur. Neq; enim ad corporum reformationem, neceſſe eſt deformationem per incinerationem præcedere, cùm ſatis ſit, ſi per mortem præcedat deformatio; cui, cùm charitatis, & aliorum donorum acceſſio facta fuerit, hoc ipſo, ſatis ſuperque corpus fuiſſe reformatum, cenſeri poteſt.

Omnium ſimul futura reſurrectio.

Non om̃s mortui in cineres vertendi.

Et ſic

XVIII. *Et ſic, ſemper cum Domino erimus.*

Iudicio, inquit Paulus, terminato, animo & corpore Deo, ſemper adhærebimus, ab eo nunquam amplius ſeparandi. Ad cœlum ſiquidem, vna cum Chriſto aſcendemus, æternum ibidem māſuri, Deum iugiter laudaturi, eiq; gratias acturi aſſiduas, ac æterna gloria, cum puriſſimis illis ſpiritibus, fruituri, & *in cōſpectu eius*, vt ait Oſeas, *victuri*. Sententiæ ſiquidē iudicis facta executione, cum publica quadam & ſolenni denuntiatione & intimatione, atq; adeo etiam in loco certo, & deputato, incipient, iuſti beatitudine frui in cœlo, quo cum Chriſto euolantes proficiſcentur, & damnati, puniri in inferno, quo amandabuntur, iuxta illud: *Venite benedicti patris mei:* Et: *Ite maledicti in ignem æternum*, *Beatus*, inquit S. Ephrem, *homo, qui inuenerit fiduciam in illa hora, & qui audierit beatam illam vocem: Venite benedicti patris mei.* Quomodo S. Greg. lib. Moral. c. 24. deprædicat, quos vna cum Chriſto, ſemper manſuros, hic ait Apoſtolus, ſed hæc potius experientia diſcenda arbitror. Quomodo, ait Aug. ſit futurum, quod nunc pro noſtræ ratiunculæ viribus, vtcunq; conijcimus, tunc potius erit, vt noſſe poſſimus: *Reſurrectionem quippe mortuorum futuram eſſe in carne (ſimiliter & iudicium) quando Chriſtus venturus eſt, viuos iudicaturus & mortuos, oportet, ſi Chriſtiani eſſe volumus, vt credamus; ſed non ideò, de hac re eſt fides noſtra, ſi, quemadmodum futura ſit, (idem de iudicio) perfectè comprehendere non valemus.* Hæc Auguſt.

Quid futurum ſit poſt iudiciū.

Reſurrectionē futuram credere, tenetur quiſq; Chriſtianus.

XIX. *Itaq; conſolamini inuicem, in verbis iſtis.*

Iſta verba, quæ hic commemorat Apoſtolus, reſurrecturæ carnis veritas eſt, quam ex Dñi reuelatione hactenus traditam, lugentibus de huius, cum meliore

Futuræ reſurrectionis veritas.

vi-

vita cōmutatione, ſolatium dicit allaturam Qui ſiquidem hanc fidem conſtanter tenent; egregiam habent occaſionem, maximas agendi Deo gratias, qui hanc *ſapientibus abſconderit, & reuelauerit paruulis.* Quot enim viri, vel prudentiæ laude præſtantes, vel ſingulari doctrina præditi; in hac tam certa veritate cęci planè fuerunt? Quod igitur nobis illa patefecerit, quibus ad eā intelligentiam aſpirare non licebat, eſt quod ſummā eius benignitatem, & clementiam, perpetuis laudibus celebremus. Nam ex huius dogmatis conſideratione, in eorum morte, qui nobis coniuncti; chariq; ſunt, & nobis, & alijs afferre conſolationem poſſumus, ſicut in omnibus vitæ huius aduerſitatibus, futuræ reſurrectionis cogitatio, ſummam doloris leuationem poteſt afferre: *Nam ſi in hac vita, tantum in Chriſto ſperantes ſumus, miſerabiliores ſumus omnibus hominibus. Nunc autem Chriſtus reſurrexit à mortuis,* ait Apoſtolus, *primitiæ dormientium, quoniam quidem per hominem mors, & per hominem reſurrectio mortuorum.* Et: *ſicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes viuificabuntur.* Cùm ergo primus ad immortalitatem Chriſtus reſurrexerit, neceſſe eſt, vt & ſequentes ſe habeant, vtpote ea membra, quæ ſibi viua fide adhærent: Eſt enim eadem capitis & membrorum natura, ſicut radicis & palmitum eius: ideoq; ſi Chriſtus, qui vitis eſt, & radix noſtra, reſurrexit; nos quoq; qui palmites ſumus, ſine dubio reſurgemus: Nam ſi futuræ vitæ ſpes non eſſet, videremur vel ipſis infidelibus deteriores, qui hac vita etiam lætiore, quam nos, fruuntur. Vt quid enim ieiunia, vigiliæ, vitæ puritas, iuſtitia, pietas, miſericordia, & propter Chriſtum iniuriæ, conuitia, cruciatus, & mors deniq; oppetita, ſi pro his, nulla hominem merces, in futuro

Catech. Rom. circa ar. 11. & 12.

Futura reſurrectionis recordatio, magnum hominibus ſolatium.

1. Cor. 15.

Reſurrectionis Chriſti fructus.

Futura vitæ ſpes, quanta ſit vtilitatis.

ſæculo manet? Hæc autem, vt loquitur Auguſtinus, reſurrectio congrua futuræ corporum reſurrectioni eſt, vt interim reſurgentes, ab omni peccato, in nouitate vitæ ambulemus: & *abnegantes, impietatem, & ſæcularia deſideria, ſobriè, piè & iuſtè viuamus in hoc ſæculo expectantes beatam ſpem & aduentum gloriæ magni Dei, & Saluatoris noſtri* I E S V *Chriſti.* Neq; enim, ideò ſolum Chriſtus reſurrexit à mortuis, primogenitus mortuorum, vt noſtræ carnis reſurrectionem firmiſſimè crederemus, verum etiam ideo reſurrexit, vt ſpiritualem noſtram reſurrectionem à peccatis, totamq; vitæ nouitatem doceret. Hinc D. Paulus ad Rom. cap. 4. *Chriſtus traditus eſt, propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram,* hoc eſt, nouam iuſtitiam. Ideò ait D. Petrus: *Qui paſſus eſt in carne, deſijt à peccatis, vt iã non deſiderijs hominum, ſed voluntati Dei, quod reliquum eſt viuat, temporis.*

Aug. de ſpiritu & Lit. c. 14.

Tit. 2.

Christi reſurrectionis cauſa.

Stapel. par. 1. p. Hyemalis, die Paſcha, text. 5.

Hæc eſt ergo moralis reſurrectionis Chriſti conſolatio, fructus, & vtilitas, vt totius vitæ nouitatem eamq; ſtabilem & perpetuam homines ducant. *Si enim complantati fuerimus ſimilitudini mortis eius, ſimul & reſurrectionis erimus.* Quibus verbis, alter alterum non modò conſolari, ſed & hortari ad pietatis, religionis, iuſtitiæ, & totius virtutis officia debent. *Omnes quidem reſurgemus, ſed non omnes immutabimur. Vnuſquiſq; autem in ſuo ordine,* ait Apoſtolus, Pij, ad gloriam & lucem: impij ad pœnam & tenebras. Qui ergo, cum *Chriſto conſurgere deſiderat, quæ ſurſum ſunt quærat, vbi Chriſtus eſt ad dexteram Dei ſedens; quæ ſurſum ſunt ſapiat, non quæ ſuper terram.* Mortui enim eſſe debemus mundo, vt vita noſtra ſit abſcondita cum Chriſto, in Deo.

Moralis Chriſti reſurrectionis fructus, vtilitas & conſolatio.

Quod huius loci auctoritate, Petrus Martyr, non Chriſti, ſed Diaboli, conuinci putat non eſſe purgatorium, vbi maxima, ait, eſt occaſio de eo loquendi, nihil conſequitur, immò fruſtra laborat, cum tantus ſtipes ſit, vt non intelligat, Apoſtolum hoc loco, duntaxat conari probare, mortuos non eſſe immoderatè, quemadmodum faciebant cæci & deſperati Ethnici, deflendos. Ad quod propoſitum, non ſolum non proderat, ſed etiam oberat futura purgatorij mentio. Nam dicere, animas propinquorum grauiſſimè torqueri in purgatorio, non eſt afferre materiam conſolationis, ſed maioris luctus ait alibi Bellarminus: Ideò reſurrectionis & gloriæ duntaxat meminit. Paulus autem afferre dolentibus conſolationem volebat, quemadmodum diximus, & ideò meminit tum reſurrectionis, tum gloriæ: Hinc ea concluſione vſus eſt: *Conſolamini in verbis iſtis;* Sed locos illos 1. Corinth. 3. 15. & Hebr. 10. debuerat homo Hæreticus diligenter conſideraſſe; vbi diſertè à Paulo purgatorij ignem, & laborioſum baptiſmum pro mortuis ſuſceptum, reperiſſet.

Petrus Martyr huius loci præſidio purgatoriū negans refutatur.

CAPVT V.

DE temporibus autem, & momentis fratres, non indigetis vt ſcribamus vobis. * Ipſi enim diligenter ſcitis, quia dies Domini, ſicut fur in morte, ita venit. * cum enim dixerint, pax & ſecuritas: tunc repen- 1 2 3

tinus eis ſuperueniet interitus, ſicut dolor in
4 vtero habentis, & non effugient. * Vos autem fratres non eſtis in tenebris: vt vos dies
illa tanquam fur cōprehendat. Omnes enim vos, filij lucis eſtis, & filij diei: non ſu-
5 mus noctis neq; tenebrarum. * Igitur non
dormiamus ſicut & cæteri: ſed vigilemus &
6 ſobrij ſimus. * Qui enim dormiunt, nocte
dormiunt: & qui ebrij ſunt, nocte ebrij sūt.
7 * Nos autem qui diei ſumus, ſobrij ſimus.
induti loricam fidei & charitatis: & galeam,
ſpem ſalutis. * quoniam non poſuit nos
8 Deus in iram: ſed in acquiſitionem ſalutis
per Dominum noſtrum IESVM Chriſtū,
9 * qui mortuus eſt pro nobis: vt ſiue vigilemus, ſiue dormiamus, ſimul cum illo viua-
10 mus. * Propter quod conſolamini inuicē,
11 & ædificate alterutrum, ſicut & facitis. *
Rogamus autē vos fratres, vt noueritis eos
qui laborant inter vos, & præſunt vobis in
Domino, & monēt vos: vt habeatis illos a-
12 bundantius * in charitate propter opus il-
13 lorum: * pacem habete cum eis. * Rogamus
14 autem vos fratres, corrumpite inquietos,
* conſo-

*conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infir- 15.
mos, *patientes eſtote ad omnes. *Vide- 16.
te ne quis malum pro malo alicui reddat: 17.
ſed ſemper quod bonũ eſt ſectemini inui-
cem, & in omnes.
*Semper gaudete. Sine intermiſſione 18.
orate. *In omnibus gratias agite. Hæc eſt 19.
enim voluntas Dei in Chriſto Ieſu in omni-
bus vobis. *Spiritum nolite extinguere. 20.
*Prophetas nolite ſpernere. *Omnia au- 21.
tem probate: quod bonum eſt tenete. *Ab 22.
omni ſpecie mala abſtinete vos. *Ipſe au- 23.
tem Deus pacis ſanctificet vos per omnia:
*vt integer ſpiritus veſter, & anima, & cor- 24.
pus ſine querela, in aduentu Domini noſtri
Ieſu Chriſti ſeruetur. *Fidelis eſt qui vocauit 25.
vos: qui etiam faciet. *Fratres orate pro 26.
nobis. *Salutate fratres omnes in oſculo 27.
ſancto. *Adiuro vos per Dominum, vt le- 28.
gatur epiſtola hæc omnibus ſanctis 29.
fratribus. *Gratia Domini no- 30.
ſtri Ieſu Chriſti vobiſcum.
Amen.

CAPVT V.

I. *De temporibus autem, & momentis, fratres, non indigetis vt ſcribamus vobis.*

Inculcata reſurrectionis Theſſal. ratio.

IDeò reſurrectionis myſterium Theſſalonicenſibus inculcarat Apoſtolus, vt in eorum morte, qui neceſſitudine, vel beneuolentia fuiſſent ipſis coniuncti, tum alios, tum ſeipſos conſolarentur, & vt in omnibus alijs ærumnis atque calamitatibus, reſurrectionis futuræ cogitatio, doloris ſenſum omnibus leuaret; ſicut vſu Iobo ſanctiſſimo veniebat, qui huius reſurrectionis vna ſpe, ac firma fiducia, afflictum ac mœrentem animum ſuſtentabat, aliquando ſcilicet fore, vt in reſurrectione, Dominunm Deum ſuum, ſuis ipſius oculis conſpiceret: Sic enim loquitur: *Et oculi mei conſpecturi ſunt, & non alius.* Quia verò, non iniuria, de certo futuræ reſurrectionis tempore,, curioſius ſciſcitari Theſſalonicenſes poterant, præoccupando, reſpondet Apoſtolus, eiuſdem notitiam, ab vnius rerum moderationis prouidentia pendere; qui ſuo quæq; tempore, & occaſione, ſolet effectui mandare, vt cuius vnius *ordinatione, perſeuerat dies*, talesq; tempori *terminos conſtituerit, qui præteriri non poterunt.*

Pſal. 118.

Sic enim reſurrectionis veritatem credendam, propoſuit Paulus, vt interim circa definiti temporis eiuſdem momenta, diem & articulos, nollet eos eſſe ſolicitos: Quemadmodum alibi, corporis & ſanguinis Chriſti communionis dignitatem, ita commendabat Paulus, vt modum & conuenientiam, quibus ſub

Certum reſurrectionis tempus, cur à Paulo non declaratum.

ſub panis & vini ſpeciebus continetur Chriſtus, ſilen- 1. Cor. 11.
tio tamen inuoluat, quo modo, & omnes nos ante tribunal Chriſti oportere ſtare, alibi docet, ſed diem certum minimè determinat. Deus enim, arcano ſuo conſilio, plurima immobiliter conſtituit futura, ſed ſuo demum tempore, in effectum deducenda, quemadmodum & verbum ſuum, ab æterno carnem fieri decreuerat, ſed tùm, *cùm venit plenitudo temporis* à ſe præfiniti, quæ vnius voluntatis ipſius ordinationi nitebatur. Sic terræ Chanaam poſſeſſionis ſpem, Iſraëlitis olim fecerat, ſed iuſto annorum & temporum numero, exitu terminato.

Certi temporis notitia de reſurrectione, nō neceſſaria.

Dicit autem notitiæ huius diei indigentiam, nihil afferre illis incommodi; ſiue quia, iuxta Eccleſiaſticum, *non eſt illis neceſſarium ea, quæ abſcondita ſunt ſcire, oculis ſuis.* Quid enim homini neceſſe eſt, maiora ſe quærere, cùm ignoret, quid conducat ſibi in vita ſua, numeros dierum, quo viuit ſub ſole? *Deus enim, cum acceperit tempus ſibi* ſoli cognitum, *tum ipſe iuſtitias iudicabit.* Ideò cœlos conſcenſurus Dominus, Apoſtolis de reſurrectionis die, curioſè percunctantibus, reſpondit; *non eſſe eorum, noſſe tempora, vel momenta, quæ* Act. 1.
pater poſuit in ſua poteſtate. Vt enim proprium perſonę patris attributum eſt potentia, cum rerum conditarum prouidentia ac prædeſtatione: ſic etiam, diei iudicij ſcientia. Iudicij ſiquidem, ſicut & mortis diem, noluit Deus præſciri, vt de mortis, iudiciiq; tremenda hora, magis ſoliciti mortales, ſic quotidie viuerent, tanquam die eodem, aut alio mox inſequente, eſſent iudicandi. Ideò vult D. Lucas, omnes Chriſtianos eſſe ſimiles hominibus, exſpectantibus Dominum ſuum, donec reuertatur à nuptijs. Nam ſicut *omnes*

Cur Deus reſurrectionis mortiſq; diem noluerit præſciri

ſapien-

ſapientia & ſcientiæ Dei theſauros habeat Chriſtus abſconditos, *de die tamen illa dicit neminem ſcire, neq; angelos cælorum, niſi ſolum patrem:* Chriſtus quidem & vt homo, & vt Deus, modo quodam, iudicij diem & ipſe ignorat, non quod ignoret, ſed quod ipſius officium non ſit ſcire: quo ſenſu, Matth. 20. *Sedere autem ad dexteram & Siniſtram, non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratum eſt à patre meo:* non quod non etiam ab ipſo Chriſto paratum eſſet, ſed quod regnum parare, id eſt, prædeſtinare, non ipſius præcisè, ſed patris ſit officium: Sic etiam patris eſt conſtituere, quando ſoluendus ſit mundus, & quando iudicij dies ſit futurus, quemadmodum & Act. cap. 1. verba paulo ante citata, fuſius declarant. Cùm enim ſermo eſt de re, quæ alicui perſonæ diuinæ, ſecundum eſſentiam, & non ſecundum originem, conuenit, non excluduntur, ſed includuntur aliæ perſonæ diuinæ, quæ ſunt eiuſdem eſſentiæ diuinæ; cùm de ratione diuinitatis ipſius, ſint omnes tres ipſæ perſonæ.

Quomodo Chriſtus iudicij diē ignorare dicatur.
Maldon. in Matth.

Ex quo fit, vt hoc, ipſo, quod quippiam Deo, aut alicui perſonæ tribuitur, quatenus Deus ille ſolus ac verus eſt, perſonis etiam aliis diuinis tribuatur. Quamquam nec deſunt patres, qui iudicij diem, à Chriſto neſciri ex natura humanitatis aſſerant.

Olim, iudiciū imminere, autumatum.

Non defuerunt etiam priſci ſæculi ſcriptores, alias orthodoxi aliqui, non ignobiles, qui iudicij diem imminere autumarint, qui non planè leuibus ducti ſunt argumentis, & circumſtantiis, potiſſimùm verò, quando duriores ingruebant calamitates, ipſaq; religio periclitari, & Eccleſia labare videbatur; Quamquam nihil exactè, de certo tempore definierint: ne vllus, eo lapſo, deinceps exſpectaretur Domini aduentus,

uentus, vt ſapienter monet Auguſtinus: *Omnium autem de hac re, calculantium digitos*, inquit idem S. Pater, *reſoluit, & facit quieſcere ille, qui dicit: Non eſt veſtrum noſſe tempora, vel momenta, quæ*, &c. qui ex eo etiam, quod Lucas Act. 1. ponit temporum ſpatia, quæ voluminibus tranſeunt; & opportunitates, & non diem, vel horam, infert indefinitum, non incertum modo, ac non adeo breuem mundi durationis terminum, quemadmodum Cyprianus etiam colligit.

Ipſi enim diligenter ſcitis, quia dies Domini, ſicut fur, in nocte, ita veniet. II.

Iudicij dies, vocatur etiam *dies Domini*, Act. cap. 2. tum propter ſingularem quandam excellentiam, vt ſolent vocari cedri, exercitus, montes Dei, tùm quia omnes dies quos viuimus, noſtri ſunt quodammodo, dati vt in ijs operemur pro arbitrio, iuxta id: *Et quidem in hac die tua*; Vbi Dominus alloquitur Hieruſalem: Dies verò iudicij, totus erit Dei; quia non pendebit amplius, niſi ex voluntate Dei: Quaſi dicat Dominus: *Cum accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo*. Familiare eſt Scripturæ, per quandam excellentiam, diem iudicij, diem Domini, aut diem, quam elegit Dominus, ad inſignem aliquam vindictam vocare, vt apud Eſaiam cap. 2. Iob. 24. Item, ſcriptum *diem* alicuius nominat, quo quis nemine impediente, lætatur, & facit quod vult. Iob. 7. ſed interdum etiam, quo aliquid paſſurus eſt, Pſalm. 36. Dicitur etiam *magnus* hic iudicij dies, quod in eo, magna peragenda

Iudicij dies, dies Domini cur dictus.

Dies iudicij, cur magnus.

ſint, & quæ in æternum durabunt, & aliorum omnium dierum rationes exigentur, etiam ipſius iudicis Chriſti magnitudo cognoſcetur, & maximè lætus feſtiuuſq; erit iuſtis; & hoc modo, hic à Paulo, ſecundus ad iudicium ſcilicet, aduentus; *dies Domini* dicitur, quod, vt iudex & Dominus, in ſua maieſtate, ſuam potentiam exercens, tum de mortalibus in vniuerſum, ſit aliquid certi decreturus: Neque enim actionum humanarum libertatem, vti antea, hominibus eſt permiſſurus, vt ſecundum ſuam voluntatem, vlterius viuant; quorum tempus, iam ad promerendum, vel demerendum, effluxit, ſecundum quam voluntatem, huius vitæ tempus, *dies hominis* ſunt dicti; & *breues* à Iobo, vocantur.

Alia, huius dies iudicij, nomina.

Idem aduentus, etiam appellatur *dies*, quod *abſcondita tenebrarum, & cordium occulta ſit manifeſtaturus*, ſicut *noctis* nomen; ob incertitudinem & improuiſionem, iuxta Matthæi parabolam, obtinuerit. *Media autem nocte clamor factus eſt, ecce ſponſus venit, exite obuiam ei.* Diligenter itaque, id eſt, adeò exactè, & ad plenum, de improuiſo Domini aduentu, edoctos antea fuiſſe Theſſalonicenſes, dicit; vt eadem, memoria repetere non ſit opus. Ex quibus ſit euidens, multa ſine ſcripto, viua autem voce, Apoſtolum docuiſſe, quæ literis, aut libris minimè committenda, ſed obiter refricanda putauit. Ipſi enim, ait, didiciſtis, nempe, me docente, vſu, & experientia, quod *furi*, ſecundus Domini aduentus, comparatur; qui, ſicut fur in nocte, quando ſecuri ſolent in vtramq; aurem homines dormire, eſt venturus, nimirum repentinus, atque improuiſus, & præter omnium expectationem, immo verò, cùm vlterius non exſpectabitur, venturus;

1. Cor. 4.

Multa, ſine ſcripto viua voce docuit Apoſtolus.

rus; quemadmodum Apoſtolorum princeps docuit: *Aduenient dies Domini, ſicut fur, in quo cæli magno impetu, tranſient.* Sic D. Ioannes, in Apocalipſi; *Veniam ad te, tanquam fur nocte:* Sicut enim fur, ad ſpoliandum, & occidendum, clanculum venit: ita Dominus, cùm in cuiuslibet peccatoris mortem, aduenit: res aufert temporales; Quoad corpus verò occidit; & denique mactat impium, quoad animam: Quemadmodum in diebus Noë, quando fabricabatur arca, mundi voluptatibus immerſi homines, tum potiſſimum repentè diluuio irruente, in interitum corruere. Ideò tam ſolicitè, Chriſtianos ſæpe hortatur aptis parabolis Scriptura, ne incauti grauiorum ſcelerum ſomno, & nimijs ſæculi curis obruti, deprehendantur.

Dies Domini, furi comparatur.

Vnde D. Auguſtinus, de die Domini loquens; *Non ergo*, ait, *poſt quantum temporis hoc futurum ſit, ſed quomodo futurum ſit, opus eſt ſcire, vt curent filij lucis eſſe, & parato corde vigilare, qui nolunt ab illa hora, ſicut à nocturno fure comprehendi. Nam ſi ad cauendum hoc malum, id eſt, ne hora Domini, tanquam fur inueniat imparatum, opus eſt noſſe temporum ſpatia, non diceret Apoſtolus, non eſſe opus, vt hoc ſcriberet, ſed potius ſcribendum hoc eſſe iudicaret. Nunc autem non opus eſſe illis, monſtrauit, quibus ſufficiebat, vt ſcirent imparatis atque dormientibus, horam Domini ſicut furem eſſe, atque hoc ſciendo vigilarent.* Ideò ait Saluator: *Eſtote parati, quia qua neſcitis hora, filius hominis venturus eſt. Non tardat Dominus promiſſionem ſuam*, ait Apoſtolorum princeps, *ſicut quidam exiſtimant, ſed patienter agit propter vos nolens aliquos perire.* Ideò ſubiungit Apoſtolus.

S. Aug. de Domini die, ſententia notanda.

III. *Cùm enim dixerint, pax, & ſecuritas: tunc repentinus eis ſuperueniet interitus; ſicut dolor, in vtero habentis, & non effugient.*

Duplex, triplexue repentini ſupplicij ſimilitudo indicatur; furis in nocte clanculum irrepentis; doloris parturiendi, incurrentis ſubito, & repentè occupantis puerperam, atque interitus, neciſue per inſidias, intentæ. Apta verò ſimilitudine, mulieris prægnantis, cuiuslibet mortis; & iudicij extremi diem, accommodat: Sicut enim partus oppreſſa doloribus mulier, nullum eoſdem vitandi dolores locum poteſt reperire, quin ſecum, quocumque ſe vertat, hos comites ferat: ita quantacumque voluntate, quibuſcumqueue delitijs, vbique homines affluant, mortis euadendæ occaſiones effugere non poſſunt. Nouit quidem prægnans omnino, ſe parituram, ſed determinatum partus momentum ignorat.

Similitudo mulieris parturiẽtis, explicatur.

Fit enim ſæpe, vt ſeptimo mentes, præter communem naturæ legem, & via media, partus ediderint. Vtq́ue hæ per luſum, plerumq́; & iocum, derepente, ineffabilibus ſimul doloribus crucientur. Eodem modo, & illorum animæ, qui in præſenti ſæculo, in delitijs, luxuq́ue penitus immerguntur, cùm dies ille aduenerit, nequaquam ſunt mortem & interitum euaſuræ: *Ibi enim dolores, vt parturientis, in ſpiritu vehementi. conteres naues Tharſis, eos ſcilicet,* qui *in bonis, hac in vita, duxerant dies ſuos.*

Hac

Hac ſimilitudine, monentur Chriſtiani diligenter, ne ſegniter & incauti præſentem vitam traducant, ſed bonorum operum prouentu, fructib. & vigilijs, *cum timore & tremore ſalutem ſuam operentur*, ne ſubitus ſponſi aduentus, improuiſos ſubrepat, *clauſaq́; nuptiarum ianua*, ijs non reſeretur, qui ſuas, ſalutarium actionum oleo, lamdades minime inſtructas ſunt habituri, vocéq; ſponſi terribilem excipiant: *Neſcio vos.* *Ex parturientis ſimilitudine notandum Chriſtianis.*

Vos autem fratres, non eſtis in tenebris: vt vos dies illa tanquam fur, comprehendat: omnes enim vos filij lucis eſtis, & filij diei: non ſumus neq; tenebrarum. IV.

Tremoris & timoris plenum ſermonem, metaphora *lucis* & *tenebrarum* attemperat, Theſſalonicenſes monens, ne inſtar infidelium, ignorantiæ tenebris excæcatorum, mortem horreant; quaſi diceret: Quæ de mortis improuiſo dixi interitu, ad impios etiam negligentes, iuſtitiæ diuinæ contemptores ſpectant, de vobis porrò meliora ſperamus. Neq; enim eſtis in tenebris deſperationis, qui in die fidei, lucente nimirum ſole iuſtitiæ, & luce virtutum cautiſſimè ambulatis, hoc eſt, eſtis fideles, cum Chriſto vera luce, *omnemq́; hominem in hunc mundum venientem, illuminante*, *Ioan. 1.* verſantes. Qui Chriſti notitiam non habent, ij ſunt tenebrarum filij, eius viæ ignari, quæ ad cœleſtem patriã eſt iter, cùm Chriſtus ad eam tutiſſima ſit via. *Si quis*, enim Chriſtũ, mundi lucem *ſequitur, non ambulat in tenebris, ſed vitæ æternæ lumen habet*, & *lucis filius* dicitur.

Filij autem rei alicuius, in Scriptura frequenter dicuntur aliqui, qui plurimũ de re illa participãt. Sic *Qui filij in Scriptura dicantur.*

appellari totum tempus, huius vitæ, in quo homines credere poſſunt *noctem* verò ſæculi alterius tempus, quando non erit occaſio, ſe conuertendi ad Deum, & credendi. Huius ſiquidem præſentia temporis, per metaphoram, *dies* appellatur, abſentia autem nox : nã ſicut ſol illuminat, quando præſens eſt, quando abſens eſt, iam non per ſe ipſum, ſed per lunam, quæ lumen habet à ſole, & *data eſt in poteſtatem noctis*: ſic credentes, quandiu hic viuunt, gnauiter operari debent opera meritoria vitæ æternæ, quia noctis, id eſt, mortis tempore, non eſt operandi vlla oportunitas: *Me oportet operari opera eius, qui miſit me*, dicebat Dominus, *donec dies eſt, venit nox, quando nemo poteſt operari*.

nox Scripturæ nuncupet.

Ioan. 9.

Igitur non dormiamus, ſicut & cæteri, ſed vigilemus, & ſobrij ſimus. V.

Dormire dicuntur, qui vel Deum ignorant, vel eidem cognito per fidem, ſeruire per deſidiam & contẽptionem, negligunt: cuiuſmodi ſunt, *quorum Deus venter eſt, atq; ita gloria in confuſione*: vt qui corporis vnius animam aggrauantis, & ſenſum multa cogitantem deprimentis, curam gerunt; atq; adeò terrenis principiorum generibus, tanquam ſopore quodam grauiſſimo, ſunt ita immerſi, vt vultus ad ſidera tollere nõ poſſint, carnis nempe voluptatibus, & mundi lenocinijs adeò mancipati & oppreſſi, vt ne cœlum valeant intueri: *Qui fatuis virginibus, moram faciente ſponſo, ſimiles*, bonorum operum pinguedine adeo ſunt deſtituti, vt venientem, mortis tempore, Dominum, cognoſcere non poſſint, cùm ſalutari viuentis fidei oleo conſumpto, luce careant. Ab hoc ſopore, hic excitat omnes Apoſtolus, ſicut alibi, dicens: *Iam hora eſt nos de ſomno*

Dormire, qui dicendi.

no ſurgere: Nunc enim propior eſt noſtra ſalus, quàm cum credidimus.

Soporis cauſa. Soporis huius cauſæ, ſunt curarum, huius mundi ebrietas, voluptatum illecebræ, cupiditates, deliciæ, & carnalia deſideria, quæ militant aduerſus animam, & cœleſtis lucis ſplondorem impediunt, quo minus in mortalium cordibus illuceant, & à peccati ſomno, tandem experrecti euigilent. Ideò magiſtrum imitatus, hortatur Apoſtolus in Theſſalonicenſib., nos omnes credentes, *vt euigilemus, & ſobrij ſimus,* quod ſeruorum exemplo frequenter etiam facit Dominus, qui cùm Dominum ſuum noctu reuerſurum expectant, non ſolum vigiles, ſed etiam præcincti, expediti, attenti, faces incenſas habent, ne cùm Dominus venerit, in mora ſint, dum ſe ad miniſtrandum præcingentes faces accendunt. Eodẽ modo, Epheſios monet Apoſtolus, vt *ſtent ſuccincti lumbos ſuos.* Et Apoſtolorum princeps: *Propter quod ſucciuncti lũbos mentis veſtræ, ſperate in eam, quæ offertur nobis, gratiam.*

Quæ ſit commẽdata ſobrietas. *Sobrietas*, quæ his commendatur, non tantum vini & potus moderationem, ſed à prauis affectionibus, quæ rationem conturbant, abſtinentiam ſignificat: quaſi diceret: Cum *lucis* id eſt, gratiæ, non noctis & tenebrarum, ſiue peccati filij ſimus, inertiæ ſomnium, & affectionum humanarum ebrietatem, filijs noctis relinquere debemus, ne ſomno & ebrietate depreſſi, iurato hoſti noſtro, nunquam quieſcenti, ſed ſemper ad nos deuorandos vigilanti, queamus reſiſtere: *Aduerſarius enim veſter diabolus, tanquam leo rugiens, ſemper circuit, quærens quem deuoret. Circuit enim nos ſingulos*, ait Cyprianus, ſerm. de zelo & liuore ſancto, *& tanquam hoſtis, clauſos obſidens muros explorat, & tentat, an ſit pars membro-*

Diaboli, homines circumeundi ratio.

membrorum aliqua, minus ſtabilis & minus fida, cuius aditu ad interiora penetretur, offert oculis formas illicitas, & fallaces voluptates, vt viſu deſtruat caſtitatem, aures per canorem muſicum tentat, vt ſoni dulcioris auditu, ſoluat & minuat Chriſtiani vigorem; linguam ad conuitia prouocet, manus laceſſentibus iniurijs ad petulantiam cædis inſtiget, vt fraudatorem faciat, lucra opponit iniuſta, &c. *Sobrij igitur eſtoſte,* ait D. Petrus, *& vigilate.* Et, *attendite,* ait Dominus, *vobis, ne fortè grauentur corda veſtra crapula & ebrietate:* Quaſi diceret; ne vobis conſopitis, veterno curarum huius ſæculi, & vino voluptatum, atq; amore præſentium, illuceſcant tandem in nocte dies, ad cuius lumen expergefieri vos oporteat. Cum autem coniunxit ebrietatem, & curas huius vitæ, duo nobis indicauit. Primum non ſolum dormire, potores & diuites huius ſæculi, ſed etiam fallacibus, vaniſq; ſomnijs agitari: Nam ſcriptum eſt: *Multas curas ſequuntur ſomnia,* Alterum eſt, hęc omnia, quæ in vita habemus, eſſe valde confuſa & perturbata, qualia ſunt ſomnia ebrioſorum, propter multitudinem æſtuantium vaporum craſſiſſimorum, occupantium cerebrum, atq; irrequiete agitatorum. Bonorum ſiquidem temporalium abundantia, ſomnum conciliat, non minus quã ebrietas, & crapula, corporale cerebrum.

Cura cum ebrietate coniuncta, quid importent.

Eccleſ. 5.

VI.

Qui enim dormiunt, nocte dormiunt, & qui ebrij ſunt, nocte ebrij ſunt.

Dicit Apoſtolus, nocti eſſe maxime congruum ſomnum, & ebrietatem: Nam ſicut labori & induſtrię, dies eſt deſtinatus, quemadmodum monet Veritas, apud Ioannẽ, Iudæos monens vt operentur, dum dies

eſt, (venit enim nox, ait, in qua nemo poteſt operari) ita nocte infidelitatis, & tenebris, peccatorum ſcilicet occupati, ſunt veluti per amorem præſentium, ebrij, nulla ſpe futurorum erecti: *deſperantes enim, tradiderunt ſe impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in auaritia, &c.* Prohibet autem Apoſtolus, omnem à quibuſuis vitijs, temulentiam, quæ ipſius naturæ limites & metas excedens, ipſam mentem, quaſi nox quædã obtenebrat: Peccatum enim *nox* dicitur, ideò quod noceat. Neq; enim eſt malum, ait Auguſtinus, niſi q noceat, ideo nox mala eſt, quia nihil vtile, nihil moderabile ſuadent, ſed intelligendi vim potius excæcans, homini rectum de rebus iudicium, obtuſis ſenſibus, eripit. Inde fit, quod hoc genere ebrietatis obruti, terrenas res, maioris quam ſint, exiſtimantes, ſecundum proprium valorem eaſdem diiudicare non poſſint, adeò vt cor ipſum oculus ſequatur; è contra autem, ſapientes ſenſibus liberi, ſomno vinoq; minimè tumulenti, de rebus, ſecundum quod in ſe ſunt, iudicent, earumq; pretium, ſecundum quod valent, æquiſſimè æſtiment ac proſequantur.

Cur peccatũ nox dicatur.

Noctis incommoda.

VII. *Nos autẽ, qui diei ſumus, ſobrij ſimus, induti loricam fidei, & charitatis & galeam, ſpem ſalutis.*

Ii dicuntur ad diem pertinere, qui rectis & honeſtis actionibus delectantur, cuiuſmodi diei, voluptatem amantes vocat Apoſtolorum princeps: *Qui enim facit veritatem, venit ad lucem, vt per eam cognoſcat ſua rectè, & ſecundum Deum eſſe facta*: Sic enim experientia comparatum eſſe didicimus, vt qui bene agere ſtudent,

Quinam ad diem pertinere dicantur.

dent, libenter veritatis doctrinam amplectantur, per quam, intelligant, ſe rectè operari. CHRISTI enim doctrina, quæ mala, quæue bona ſint opera, & quæ ſecundum Dei voluntatem, quæ vero contra eandem ſint, perfectè tradit. Ideò filij lucis, & ad diē pertinere dicuntur Chriſtiani, quia faciunt veritatem hoc eſt iuſtitiæ, honeſtatis, & rectitudinis legem ſequuntur. Vberes autem lucis, ſiue diei fructus, in ea, quæ eſt ad Epheſios, enumerat noſter Apoſtolus, nempe *bonitatem, iuſtitiam, & veritatem*, ſecundum quos, ambulare fideles iubet, *probantes*, inquit, *quid beneplacitum eſt Deo: Et nolite* ſubdit, *communicare operibus infructuoſis tenebrarum, magis autem redarguite*. Eodem modo, hic ad *diem*, pertinere dicit, qui peccatis bellum indixerunt. Ideò ad vigilantiam eoſdem inprimis cohortatur, quæ torpori & mentis habitudini, inimica eſt: Qua ratione, imminente præſenti periculo, Apoſtolos ſuos, in horto hortabatur Dominus, vt *vigilarent & orarent*, hoc eſt, in ſtatione eſſent, excubias agerent; quod diſcrimen, eiſdem maximum immineret, ſicut euentus probauit. Ad *ſobrietatem* deinde allicit; quæ temulentiæ, gulæq;, & impuritati repugnat, quemadmodū à Dño didicerat, oēs admonente, *ne forte grauarentur corda eorū crapula, & curis vitæ*, ne ſuperueniret repētina dies illa, nēpe iudicij extremi. Ad fidei demū conſtantiā incitat, quæ cum idolomania, vel auaritia (quę idolorū eſt ſeruit⁹) iuge bellū gerit: Quemadmodum D. Pet. oēs hortatur credentes, vt ſobrij ſint, & vigilēt, vt in fide fortes, aduerſario diabolo, quærenti quem deuoret, reſiſtant. Ad charitatem deinceps eoſdem inflammat; quæ iram, inuidiam, & odiū ſuo calore extinguit. In ſpem deniq;, fideles erigit

Vberes lucis ſiue diei fructus.

Contra tenebrarum regnum, triplex armorũ genus.

gi, ne malis huius vitæ fracti, à virtutum officijs, moleſtiarum tædio, tandem deficiant. Breuiter, aduerſus tenebrarum regnum, triplici armorum genere, fidelis populi cœtum, Apoſtolus protectum cupit, nempe fide, ſpe, & charitate, quibus anima, non aliter ac corde, & alijs vitalibus membris, corpus ſuperſtes eſt, & viuit. Sicut vero thorax, ſiue lorica, hominis pugnaturi pectus armat, & munit, ne immodicè pulſatũ, mortem conſciſcat: Sic galea, ſalutis ſpes, & caput cœleſtis vitæ expectatione, omnium ſenſuum fontem, & radicem protegit, quo incolumi, reliquum corpus, etiam ſe munitum eſſe exiſtimat. Hinc in ea, quam Romanis, capite 8. ſcripſit, *nos ſpe ſaluos eſſe factos* dicit: *omnes enim qui ſperant in Domino, non confundentur.* Vult ergo fideles Apoſtolus, ab omni parte eſſe munitos, & inſigniter vndiq; armatos, id eſt, præditos, & perfectos omnibus virtutibus, tanquam munimẽtis, vt cum omnia arma comparauerint & induerint, tutò ſtare contra diabolum poſſint, eidemq; ſeſe muros opponere.

VIII. *Quoniam non poſuit nos Deus in iram, ſed acquiſitionem ſalutis, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.*

Vocationis noſtræ ad fidem, ſcopus.

Vocationis noſtræ, ad profundiſſima myſteria fidei, ſcopus hic eſt, ait Paulus, vt ſalutem & fœlicitatem æternam ſuo tempore, conſequamur. Qui enim Chriſti diuinitatem, incarnationem, redemptionem, fidei in eum, neceſſitatem & aduentus eiuſdem fructum atq; diſpenſationem ignorant, ſaluari non poſſunt, quia *ira Dei manet ſuper eos. Nam qui incre-*

incredulus eſt filio, non videbit vitam æternam. Cum enim peccatori vires deſint, ſe liberandi ab ira Dei, tum vnius Chriſti præſidio, eiusq; meritis niti debet peccator, vt ab hac iræ diuinæ vindicta, ſe ſe eripiat. Nam cum omnes, natura filij iræ ſimus, *Deus qui diues eſt in miſericordia, propter nimiam charitatem ſuam, qua dilexit nos, cum eſſemus mortui peccatis, conuiuificauit nos in Chriſto, quem propoſuit Deus propitiatorem, per fidem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem iuſtititiæ ſuæ, propter remiſſionem præcedentium delictorum, in ſuſtentatione Dei, ad oſtenſionem iuſtitiæ eius in hoc tempore, vt ipſe iuſtus, & iuſtificans eum, qui eſt ex fide Ieſu Chriſti,* qui credentes in eum, ab ira & peccato ereptos, ad vitam æternam reduceret. Infideles verò & obſtinati, filijq; noctis & tenebrarum, cum ſub peccato, & ira veteri maneant, tanquam æternæ damnationis legi obnoxij, quemadmodum docuit noſter Apoſtolus, cap. 2. eius, quæ eſt ad Epheſios, & cap. 1. huius epiſtolæ, vbi nos peccatis mortuos, fuiſſe diximus: At in Chriſto (qui traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram) per fidem viuam, nos eſſe viuificatos, paſſim veteris, & noui teſtamenti Scriptura teſtatur.

Peccatores quomodo ab ira Dei liberandi.

Rom. 3.

Iræ nomen, pro vindicta: ſalutis verò vox, pro gratia, quæ via eſt ad gloriam & vitam æternam, ſumitur. Vbi nota, omne datum optimum, & omne donum perfectum nulli à Deo dari, niſi per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum; Ideò ex Eccleſiæ inſtituto, nihil à Deo, in publicis officiis, ſacri miniſtri, petere conſueuerunt, niſi per eundem Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: Per quem, ait Apoſtolus, nos eſſe poſitos in acquiſitionem ſalutis; vt ſignificet homini

Iræ nomine, quid hic intelligendum.

Nullum donũ à Deo niſi per Chriſtũ datur.

opus eſſe, quod ex ſua parte eſt, facere, nec fidem, aut Chriſti merita ſolum ſufficere, ſi ſibi deſit, ad hoc, vt ſalutem acquirat. Vox enim *acquiſition, is* operam, laborem, atque induſtriam importat, quibus homo, diuinę gratiæ gnauiter cooperetur.

IX. *Qui mortuus eſt pro nobis, vt ſiue vigilemus, ſiue dormiamus, ſimul cum illo viuamus.*

Aduentus mortisq́ Chriſti, diſpenſationis vtilitas.

Quanti ponderis, Chriſti, & aduentus, & maximè mortis diſpenſatio fuerit, ex his verbis, facile colligitur. Salutis enim, non damnationis, cauſa, imò fons & origo mortalibus fuit; non quod, aut ſua pietate duntaxat, eam ſibi compararint, aut ſua induſtria, inuenerint; ſed ſponte ſua, ſed bonitate ſua ad eos ſaluandos, Chriſtus venit, vt *à terra exaltatus, omnes homines ad ſe trahens*, eorum actiones in Dei gloriam dirigeret, & quicquid tandem conſilio, cogitationeq́ue mortales conſequerentur, eorum ſaluti, mortis ſuę virtute, conduceret. Omnis enim carnis effectus eſt Dominus, & princeps Chriſtus, cum morte ſua acerbiſſima, omnes homines ſui principatus faciens municipes, ſuos ſeruos & cohæredes conſtituit, ſoluto primum pro eis lytro ſiue pretio, diabolo iudicato, mundo damnato & ſpoliato. Licet porrò mortales omnes ad ſe traxerit, nempe eos, conuertendo, illuminando, & perficiendo; eos tamen principaliter & efficaciſſimè dicitur traxiſſe, qui partes eius ſequuntur, eidem obediunt, & ipſius per charitatem ſunt amici.

Quosnā Chriſtus ſua morte ad ſe traxerit.

Tales.

Tales autē, Chriſto capiti, ceu mēbra, ſic coniunĉti ſunt, vt quicquid agant, cogitent, moliantur, in Dei gloriam & ipſorum æternam fælicitatem, cedat. Siue etenim ratione, & ſuperiori animi portione, ſiue ſenſibus externis vtantur, Chriſto per charitatem inſiti homines; ſalutem ſuam augent, & operantur. Siue ligatis ſenſibus, ex neceſſitate, ſomno & quieti placidè indulgeant, in lucrum quæſtumq́; eiſdem id vi cedit ſpiritualem; ſiue corpore viuant, Domino viuunt, ſiue moriantur, in Domino moriuntur. Magnificum & incomparabile prorſus, mortis Chriſti opus, & omni acceptione dignum eſt, quod humilitate & dolore, vim eam mortalibus attulit, vt ſiue mortalem vitam viuant, ſiue lucis huius vſura orbentur, vitæ tamen & gratiæ ſpiritualis nunquam ſint expertes. Hoc vitæ genere viuebat Lazarus, cum ex monumento ſuſcitaretur ad vitam? Eodem viuunt omnes, quotquot Chriſti membra, ex hoc mundo, corporis carcere exuti, diſcedunt: Sic, qui panem cœleſtem manducant, victuri dicuntur in æternum; Eodem modo, qui Chriſti ſermones ſeruauerint, mortem nequaquam viſuri pronunciantur, tanquā Chriſtiani Spiritus vigore erecti & vegetati.

Horum vita.

Magnificum Chriſti mortis opus.

Propter quod conſolamini inuicē, & ædificate alterutrum, ſicut & facitis. X.

Senſus eſt: Sicut Chriſtus, morte ſua, conſolatus eſt hominum genus, *ab operibus, & laboribus manuum ſuarum in terra, cui maledixit Dominus*, & patri ſuo cœleſti, illud reconciliauit: ita par eſt, vt nos, qui ex dono atque iure adoptionis fratres ſumus; nos inter

Omnes, iure adoptionis, fratres ſumus. nos, fraternè amantes, *alter alterius onera portemus, vt, ſic, Chriſti lex à nobis impleatur:* omnes enim fratres ſumus, &, vt inquit Apoſtolus, ad Epheſios, *membra ſumus corporis Chriſti, de carne eius, & oſsibus eius.* Quod, item in epiſtola ad Galatas, ſignificat: *Omnes filij Dei eſtis, per fidem, in Chriſto Ieſu.: Quicumque enim in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis.* Si ergo Dominus & magiſter noſter ſeipſum exinaniens, *formam ſerui accepit, vt* in libertatem nos aſſerens, & infirmitates portans, è faucibus dæmonis nos eriperet, æquum eſt, vt vnus, alterius neceſſitati & inopiæ ſuccurrat, indigentiam leuet, animi & corporis infirmitatibus medeatur, nec aliquod opus ſeruile dedignetur pro ſalute proximi ſubire. Verba Domini ſunt apud Ioannem: *Exemplum dedi vobis, vt quemadmodum feci vobis, ita & vos faciatis.* *Ad imitationẽ Chriſti, exhortatio.* Si enim Dominus, lauat diſcipulorum pedes, ad quos inſtar miniſtri ſe abiicit, ſi & aliorum imperfectiones diſſimulat, ad viliora profectò & abiectiora obligabitur ſeruus, non ad paria. Si hominum peccatis, Dominus parcit, quidni iiſdem conſeruus miniſter ipſius parcat? Si herus, ſubditi miſerias, ope & conſilijs iuuat, cur conſeruo, vel fratri potius, ſeruus non compatiatur? Quanto enim magis ſuperat maior minorem, tanto inferius & humilius, debet eſſe minoris, tum officium, tum miniſterium; quo, nõ modo conciuem ſuum iuuet; ſed &, in Chriſtianæ perfectionis curſu, eum promoueat, verboq; & vitæ exemplo, ædificet: *Si hoc ſcitis,* dicebat Dominus, *beati eſtis, ſi feceritis ea.*

XI. *Rogamus autem vos fratres, vt noueritis*

eos,

eos, qui laborant inter vos, & præſunt vobis in Domino.

Nihil eſt, quod ſuis epiſtolis frequentius inculcat Eccleſijs Apoſtolus, quam eos, eſſe honorandos, qui ſpiritualem noſtri curam gerunt, *tanquam pro noſtris animabus reddituri rationem*, quia digni ſunt, ait, qui ex charitate, ex obedientia, ex ope noſtra, fructus ſui amoris erga nos percipiant; licet alius, alio magis. *Qui* namque *bene præſunt presbyteri, duplici honore digni habeantur* (ſcribit Timotheo) maximè *qui laborant in verbo, & doctrina.* Vbi *honoris* nomine, tum reuerentia, tum amoris & pietatis officia (quibus ad vitam & vitæ vſus, neceſſaria ſuppeditantur ſacerdotibus) debent intelligi. *Quis* enim, ait Corinthijs ſcribens, *militat ſuis ſtipendijs vnquam?* Vnde præcipit Eccleſiaſticus, cap. 7. *vt ſacerdotes honorificentur, & illi pars detur, ſicut mandatum eſt, primitiarum, & purgationis.*

Superiores noſtri honorandi.

Honoris nomine, quid intelligendum.

Noſcere eos, qui laborant inter nos, nihil aliud eſt, quàm eos reuereri, amare, obſeruare, ijs benefacere atque obedire, nos oportere. *Obedite*, (ait in ea, quæ eſt ad Hebræos,) *præpoſitis veſtris, & ſubiacete eis: ipſi enim peruigilãt, quaſi pro animabus noſtris, rationem reddituri.* Conſidera, aiunt Chryſoſtom. & S. Thomas, ſuper epiſt. 2. ad Timoth. cap. 2. Homil. quantum periculi ſit pro ſingulis ſubditorum diſcuti, rationemque pro omnibus reddere. Quantumuis præpoſito honoris impendas, quantumlibet obſequij deferas, nihil his periculis referre par poteris. Nam etſi animam ponas, ipſe hoc pro te iugiter facit: Et ſi id minus facit, quod perſecutionis adſit tempus, eam

Quid ſit noſcere eos, qui laborant inter nos.

Superiores honorandi cur.

tamen periculo mortis æternæ exponit. Idem repetit ſupra cap. 13. ad Hebr. Homil. 34. Hinc alibi S. Thomas: Hoc eſt, inquit, maximum periculum, de factis alterius rationem reddere, qui pro ſuis non ſufficit, 3. Reg. 10. *Cuſtodi virum iſtum, qui ſi lapſus fuerit, erit anima tua, pro anima ipſius.* Reddent enim prælati, in die iudicij, rationem de ſibi commiſſis, quando fiet eis illa quęſtio Hierem. *Vbi eſt grex, qui datus eſt tibi, pecus inclytum tuum?* Cum igitur charitas proximi, à charitate Dei ortum habeat, atque ad eam, tanquam certam regulam, dirigenda ſit, cùm parentes & Eccleſiæ præpoſitos, charos habemus, ſuperioribus morem gerimus, & dignitate antecedentes veneramur, id ea re maximè facimus, quod eorum procreator eſt Deus, qui eos alijs præeſſe voluit, quorum opera, cæteros homines regit ac tuetur: qui cùm nobis auctor ſit, vt eiuſmodi perſonas reuereamur, idcirco præſtare debemus, qui à Deo, hoc ipſo honore dignantur.

Honor ſuperioribus ipſi Deo defertur.

Ex quo fit, vt honor quem parentibus, & ſacerdotibus, Epiſcopiſq; habemus, Deo potius, quam hominibus is haberi videatur: Sic enim apud Matthæum, cap. 10. Dominus pronuntiat, cùm de obſeruantia in ſuperiores agitur: *Qui recipit vos, me recipit. Laudemus ergo viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua, qui nos Chriſto* genuerunt, & habeamus illos *abundantius*, id eſt, maiori veneratione & liberalitate, quàm cæteros conciues ac proximos noſtros, proſequamur.

XII. *In charitate, propter opus illorum.*

Si

Si tantum honorem Eccleſiæ præſidibus habendum eſſe voluit Chriſtus Dominus, vt vel improbis paſtoribus, in his quæ legi ſuæ non aduerſantur, voluerit (*omnia enim, quæcumq; dixerint vobis* (Scribæ & Phariſæi) *ſedentes ſuper cathedram Moyſis*, ait Matthæus, *ſeruate, & facite*) quo feruore diligendi, quauè habendi in reuerentia ſunt, qui ritè officio ſuo fungentes, æternis & immortalibus bonis nos cumulant? Si parentes ſecundum carnem, diuina lege iubemur honorare, quòd ab iis vitam hanc mortalem & caducam acceperimus, quo honore digni ſunt, Eccleſiæ Antiſtites, qui vitam æternam nobis annuntiant, ſuo tempore, (ſi modo nobis non defuerimus) conſequendam? Neque enim, aliter Eccleſiæ patres habendi ſunt, quàm qui *pro Chriſto legatione funguntur*, & qui, *in Chriſti nomine*, id eſt, ad eius negotium agendum, & tractandum opus eiuſdem ſunt miſſi. Hinc eſt, quod Apoſtolus loco ſupra citato, non fuerit contentus dicere *obedite*, ſed addidit, *& ſubiacete eis*; Quibus verbis, obedientiam demiſſam ac reuerentem ſignificat, quam præpoſitis ſubditi ſupplices exhibere debent. Hinc Theophylactus, eundem locum, intenſam obedientiam interpretatur, vt ſi operibus etiam inſeruiendum ſit, ipſis non detrectent. Qui ſubiungens hanc proponit quæſtionem. Quid, cuiuiſnè? etiamſi prauus & ſceleratus fuerit? Quomodo dicis malum? Si citra fidem, fuge eum, etiamſi Angelus de cœlo fuerit. Si autem in moribus malus ſit, & vita perverſus, obtempera ei, omnia quæcumque dixerint vobis vt faciatis, facite, ſecundum autem opera eorum nolite facere. Nam male agens, haud aliis conſulet, vt male viuant: Nam & ipſe talia perpetrans,

Matth. 23.

Quantus ſit ſuperioribus deferendus honor.

Theophyl. de honore ſuperiori deferendo ſententia.

rubore ſuffunditur, & pudet eum ſuorum ſcelerum. &c. Hæc Theophylactus.

XIII. *Pacem habete cum eis.*

Hebr. 12.

Prælati Eccleſiaſtici, quanta obſeruatione colendi.

Quamuis alibi Paulus iniungat, vt pacem ſequantur Chriſtiani cum omnibus, hic tamen cum prælatis Eccleſiaſticis, ſingulariter eſſe habendam cupit, quos ea obſeruantia, & veneratione colendos præcipit, vt eorum dictis non eſſe repugnandum velit; ſed per omnia, potius obediendum. Quod tunc demum fieri ſolet, cum iuſſionum & prohibitionum cauſa, ex iiſdem à ſubditis exactè curioſeq; non diſquiritur, ſed ſuperiorum potius, quaſi cum cæcitate quadam, mos geritur voluntati. Ideo vult alibi Paulus, *omnes neceſſitate ſubditos eſſe, non ſolum propter iram, ſed propter conſcientiam*, id eſt, non ſolum ob vindictæ & ſupplicij metum, ſed ne inobedientiæ peccato conſcientia ipſorum polluatur, & rea fiat apud Deum. Qui maioribus ſuis iniuriam per contemptionem, rebellionem, & impietatem aliquando intulerunt, multos fuiſſe legimus, in quibus vlciſcendis, manifeſta, & vindex Dei iracundia exarſit: Non enim inultos reliquit Dathan, Core, & Abiron, qui Moyſis, rem ſuam agentis authoritati, atque imperio repugnantes, ad defectionem, & inobedientiam reliquam populi multitudinem prouocarant: De iis etiam, qui ſacerdotibus non obtemperant, ſcriptum eſt: *Qui ſuperbit, nolens obedire ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino* DEO *tuo, ex decreto iudicis, morietur homo ille*: At qui pacem erga ſuperiores, per obedientiam habent, & per charitatem Spiritus

Dei vindex manus, in ſuperiorum ſuorũ contemptores.

ſer-

ſeruiunt inuicem, diuinarum promiſſionum, pacis ipſius muneribus aucti, non ſolum beatę ac ſempiternę; ſed huius etiam, quam in terris agimus, vitæ tranquillæ vſus promittitur. *Prælatis obediētib. promiſſa præmia.*

Ea autem pax eſt, quam hæreditate ſuis Dominus legauit, ac reliquit, quæ primò amicitiam cum Deo; deinde animi tranquillitatem, & ſerenitatem in tentationib., mutuam deinceps, non modo cum ſuis prælatis, ſed & cum contribulibus, concordiam complectitur. *Pietas enim ad omnia vtilis eſt, habens promiſſionem vitæ, quæ nunc eſt, & futuræ*, cum Deus, nunquam non gratiam referre pietati, obedientiæ & ſubiectioni cōſueuerit; ſicut ijs parcere non ſolet, qui *poteſtati*, id eſt, ſuæ ordinationi diuinæ reſiſtunt. *Hæc eſt enim gratia*, ait Apoſtolorum princeps, *ſi propter Dei conſcientiam, ſuſtinet quis, triſtitias patiens iniuſtè.* Quid enim eſt, *propter Dei conſcientiam?* hoc nempe, quia ſibi conſcius eſt, Deū id velle, & iubere, & in ea re, promereri Dei gratiam & gloriam: Quaſi diceret: Non ſolum metu pœnæ, prælatis eſt obediendum, ait Chryſoſt. ſed propter bona, quæ tibi conſcius es (ait) prouenire ex eiuſmodi obedientia, qualia ſunt, vindicta malefactorum, & repreſſio iniquorum, & promotio bonorum, & pax, & tranquillitas Reipub., quæ, ſi de medio ſuſtuleris, ne ipſa quidem præſens vita, poteſt conſiſtere. Hinc ſubditur. *Quæ pax hic cōmendatur.*

Rogamus autem vos fratres, corripite inquietos. XIV.

Ad hoc vt ſubditi cum ſuis prælatis, pacem & cōcordiam ſeruēt, neceſſarium eſt, contentioſos, mur- *Quid ad ſeruādam cum Præ.*

atis pacem, requiratur. muratores, ſurſurrones, & qui diſſentiones verbo, vel facto, inter fratres diſſeminant, vehementer comprimi: Nihil enim peius eſt in omni ſocietate, quã *vnius moris domum inhabitantes* inquilinos, à ſeditioſis hominibus, qui in ſtudia contraria, fratrum voluntates nequiter diſcindunt, turbari. *Modicum enim fermenti*, ait in ea, quæ eſt ad Galat. Apoſtolus, *totam maſſam corrumpit*. Atq; *vtinam*, ait Gal. c. 3. *abſcindantur, qui fratres conturbant, qui in libertatem & quietem ſunt vocati: Tantum*, ſubdit, *ne libertatem, in occaſionem dent carnis, ſed per charitatem ſpiritus, ſeruiant inuicem. Omnis enim lex, in vno ſermone impletur: Diliges proximum tuum, ſicut teipſum. Quod ſi inuicem mordetis, & comeditis, videte, ne ab inuicẽ conſumamini. Opera autem carnis manifeſta ſunt, quæ ſunt, fornicatio, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſentiones, ſectæ, inuidiæ, quæ prædico vobis, ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur.* Et ideò, non ſolum cauendos eſſe eiuſmodi vult gentium Doctor, à fratrib. in vnitate fidei, Dei gratia, conuocatis, ſed & ſeuerè coërcendos, cohibendos, & corripiendos à ſuperioribus, Epiſcopis & paſtoribus, propterea quod *eorum ſermo*, non aliter ac *cancer* progrediens, quietem & pacem perturbat, cũ tamen inter fideles, vnus ſpiritus, cor vnũ, & anima vna eſſe deberẽt, cũ ſuis prępoſitis & anteſignanis: Si ceſſeris, ait Theoph. & morẽ geſſeris ꝑpoſito, duci tuo; onus, q̄ ex cura tui ille gerit, ei leue reddis ac facile, vt qui gaudeat ꝑpter obediẽtiã tuã: Sin impudens ſis, & inobediens, ipſe quidẽ etiã ſic vigilabit pro anima tua; verum tamen niſi correxeris inobedientiã tuã, ingemiſcet aduerſum te, ad Deũ, &c.

Inquietorum hominum pernicies.

XV. *Conſolamini puſillanimes, ſuſcipite infirmos.*

Sicut in humano, ſic in myſtico Chriſti corpore Eccle-

Eccleſia, ægra & ſana, valida & debilia membra eſt reperire: Quemadmodum enim, tanta eſt humanæ naturæ infirmitas, vt aduerſis facile frangatur; ita ad malum, talis eidem ineſt *ab adoleſcentia* procliuitas, & propenſio; vt, ſi q̃d calamitatis, virtutis & iuſtitiæ cauſa, pati contingat, animo citius deficiat, niſi ope inprimis diuina adiutrice, conſolatio humana, hominem in periculis, vel officij tempeſtiuè moneat, vel ad conſtãtiam prudenter cohortatum prouocet. Ideò, qui in Theſſalon. Eccleſia, *ſpirituales* & robuſtiores erant, hic ſeriò admonentur, ab Apoſtolo, vt ſalutis ſpem & exitij ſolatium infirmis & puſillanimis, exigente occaſione, afferre velint, qui fidei cauſa ab impijs perſecutionem patiebãtur: & vt adhuc debiles & infirmos in ſpiritu lenitatis, ſui muneris admonere velint, ſi quãdo, vel corporis pati moleſtiam, vel animi laborare morbo, aut imperfectius licentioſiuſq́; viuere, aut in aliquam eos labi culpam, contingat. Præſentiſſimum autẽ conſolationis genus, in ærumnis, quas ꝓpter iuſtitiã, Chriſtianus patitur, hoc eſt eandẽ regni cœleſtis poſſeſſionem, poſt hanc ærumnoſam vitam, proponere poſſidendam, ſi ſpem ſuam in audiutorio altiſſimi quiſpiam in ipſa tentatione poſitus, poſuerit: Ea enim re, iuſſit nos beneficentiſſimus parens quotidie *liberationem à malis* poſtulare, vt in eo ipſo qui iuſſit, ſpem etiam impetrationis haberemus: *Clamauerunt iuſti, & Dominus exaudiuit eos, & ex omnib tribulationibus eorum, liberauit eos.* Quid, quod & ipſum cõſolatorem, *beatum* idem Propheta deprædicat, *qui ſuper egenum & pauperem intelligit*, hoc eſt, qui ſingularem inopum, afflictorum & calamitoſorum hominum curam gerens, eis afficitur, & compatitur, quod mundus ludibrio ſæpe habet, & deſpicit. Nam *beati miſericordes*, iuxta Do-

Humanæ naturæ infirmitas.

Chriſtianorum in ærumnis propter iuſtitiam detentis, conſolatio.

Matth. 6.

ta Domini vocem pronuntiantur, eò quod & ipſi ſint *miſericordiam conſecuturi:* In illa enim die, liberabuntur miſericordes per miſericordiam ſuã, & conſeruabũtur, & cuſtodientur à malo, nec in manus venient hoſtium ſuorum; & in tempore accipient conſolationẽ per eam. *Quomodo potueris*, ait filio ſuo Tobias, *eſto miſericors; Si multum tibi fuerit, abundanter tribue; Si exiguũ tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri ſtude: Præmiũ enim tibi bonum theſaurizas in die neceſſitatis: quoniam eleemoſyna ab omni peccato, & à morte liberat.*

Patientes eſtote ad omnes.

XVI. *Qui*, enim *patiens eſt, multa prudentia gubernatur:* nam in patientia, animæ certa poſſeſſio conſiſtit; atq; adeo, illi ea eſt *neceſſaria, qui reportare vult repromiſſionem.* Sicut enim in corpore humano, illi membro non ſuccenſent, aut iraſcũtur cætera, q̃ doloris vehementioris ſenſu cruciatur; ita condeſcendendum nobis eſſe præcipit Apoſtolus, ijs, qui nos, vel moleſtijs afficiunt, vel offendunt, nobiſq; graues, & magno ſunt oneri. Si etenim diuitiæ bonitatis diuinæ, & patientiæ & lõganimitatis, hominum peccata ad tempus, ſpe melioris vitæ & pœnitudinis diſſimulant, cur non æquo animo feramus conciuium, fratrumq; noſtrorum defectus, & importunas imperfectiones, cum in natura nobis conſentiant, communemq; nobiſcum in cœlis, patrem, ac redemptorem habeant, ac eandem fœlicitatẽ exſpenctent?

Patientia commendatio.

Rom. 1.

XVII. *Videte, ne quis malum pro malo alicui reddat: ſed ſemper quod eſt bonum ſectemini inuicem, & in omnes.*

Na-

Naturæ lege ſancitum eſt, vt tales nos alijs præbeamus, quales eos in nos eſſe cupimus: adeò vt impudẽtiſſimus ille ſit, qui poſtulet à Deo, ſui ſceleris vt pœnã condonet, cùm ipſe in proximum retineat animum armatum, vindictæq; cupidum. Vnde parati & prõpti ad ignoſcendum eſſe debent, quib. illatæ ſunt iniuriæ, quemadmodum ſe ſeruaſſe ſcribit Apoſtolus, prioris ad Corinth. c. 4. *Maledicimur & benedicimus; perſecutionem patimur, & obſecramus*: Et de omnium maximo Chriſto Domino, ſcribit B. Petrus: *Qui cum malediceretur, non maledicebat, cùm pateretur, non comminabatur, tradebat autem ſe iudicanti iniuſte.*

Ad mutuam iniuriarum cõdonationem exhortatio.

Quod documentum ſalutare eſt, maximèq; Chriſtianis viris obſeruandum, quo omnis diſſidiorum & iniuriarum materia tollatur, & diſſidentium atq; inimicorum hominum animi, ad beneuolentiam atque concordiam adducantur: quod ipſum exigit à fidelibus, hoc loco Paulus, petens, vt *ſemper quod bonum eſt, ſectentur in inuicem.* Quo fit, vbi irato ceditur, & quo ad eius ira deferueſcat, cum eo minimè contenditur, nec par pari refertur. Quod ſi autem iniuria illata, tanta ſit, quæ diſſimulari non poſſit, vt Deo, vindictæ cura relinquatur, ad quem vltio maximè ſpectat, ſicut Deut. 32. c. eſt ſcriptum.

Præceptum autem non defendendi ſeipſum, & percutienti vnam maxillam, alteram præbendi, inſigniter declarat S. Auguſtin. qui lib. 1. de ſermone Domini in monte, cap. 34. & in epiſt. 5. quæ ſcripta eſt ad Marcellinum, docet, huiuſmodi præcepta non ſemper eſſe obſeruanda, quantum ad executionem, ſemper tamen ſeruari debere, quantum ad præparationẽ animi, vt idem ex eodẽ ſuperius dicebamus. Magno

Præcepti, ſeipſum non defendendi, ratio.

tamen eſt argumento hominibus, eſſe eos filios Dei, ſi facile remittant iniurias, & inimicos diligant. Elucet enim in eo, quod inimicos diligimus, ſimilitudo quædam, cum parente Deo, qui ſibi inimiciſſimum & infeſtiſſimum genus humanũ, filij ſui morte, ab ęterno exitio redemptum, reconciliauit. Hinc ad patris ſui cœleſtis imitationem, diſcipulos ſuos prouocaturus, eis iubebat, vt *orarent pro perſequentibus & calumniantib. ſe*, quo filij patris ſui, qui in cęlis eſt, eſſe & dici mererẽtur. Sic enim Deus obliuionem iniuriarum, mutuũq; ſtudium & amorem requirit, vt eorum, qui in gratiam non ſunt reconciliati, dona & ſacrificia reijciat & aſpernetur. Hinc eſt, quod Apoſtolorum princeps, in *fide velit omnes eſſe vnanimes, compatientes, fraternitatis amatores, miſericordes, modeſtos, humiles, non reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, ſed è contrario benedicentes, quia,* inquit, *in hoc vocati eſtis, vt benedictionem hæreditate poſſideatis: Et quis eſt, inquit deinceps, qui vobis noceat, ſi boni æmulatores fueritis, &c.*

Magna, iniurias ſibi inuicem condonantibus, cum Deo ſimilitudo.

1. Petr. 3.

XVIII. *Semper gaudete. Sine intermiſſione orate. In omnibus gratias agite. hæc eſt enim voluntas Dei.*

Voluntas hoc loco, pro voluntatis diuinæ actu, qui eſt velle, vel nolle, ſumitur in qua ſignificatione, D. Lucas vſurpauit, dicens: *Seruum Domini ſui voluntatẽ ſcientem, & non facientem, vapulaturum plagis multis.* Vult ergo Chriſti cultores Apoſtolus, nunquam animo deijci, ſed trãquillo & pacato eſſe, imò *ſemper gaudere*, gaudio videlicet, quod à iuſtitia ortus ſui principium ſumit, & pacem ſubſequitur. Cùm enim cuique quod ſuum

Gaudiũ Theſſ. commendatũ, quod.

ſuum eſt, Chriſtianus reddidit, pacis & tranquillitatis anſam, alijs præbuit; adeò, vt Iſaias *opus iuſtitiæ, pacem* appellauerit. Nam qui ſingulariter iuſtitiæ opera exequitur, ſumma promptitudine, voluptate & lætitia id facit. Quemadmodum enim, Philoſopho authore, 1. Ethic. Non eſt iuſtus, qui iuſtitiæ operatione non gaudet; & ſicut vmbra ſequitur corpus in luce poſitum: ita voluptas & gaudium, hominis actionem conſequuntur, cum virtute, ſiue iuſtitia, quæ eſt omnis virtus perfecta. *Iſa. 32.*

Eiuſmodi gaudio vult ſemper geſtire in Theſſalonicenſibus, fideles omnes Gentium Doctor, non verò fugaci illo, fucatoq; & inani, quod impiorum & infidelium eſt proprium, cuius finis & exitus, eſt interitus, & certum homini exitium: At verum, ſolidum, & perpetuum gaudium, *à Spiritu ſancto eſt, per quem diffunditur charitas in cordibus noſtris: Charitas autem gaudiũ parit*: illud videlicet gaudium, de quo dixit Dominus: *Et gaudebit cor veſtrum, & gaudium veſtrum nemo tollet à vobis.* Vnde noſter Apoſtolus dixit: *Charitas non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati.* Et ad Galatas: *Fructus ſpiritus, eſt charitas, gaudium, pax, &c.* Quorum trium, (quæ imperfectè in hac vita poſſidentur) auctor eſt Spiritus ſanctus, quemadmodum declarat Apoſtolus, cap. 13. Romanis ſcribens. *Gaudij præſtantia.*

Sine intermiſſione is *orare* dicitur, qui vel ſtatis temporibus preces ad Deum fundit, vel qui in neceſſitate ad Deum confugit, vel qui nullam orationis occaſionem intermittit, vel qui vitam inculpatam, pietatis, iuſtitiæ & religionis plenam ducit, ſicut ſupra latius eſt dictum. *Quis ſine intermiſſione, orare dicatur.*

XIX. *In omnib. gratias agite. Hæc eſt enim voluntas Dei, in Chriſto Ieſu, in omnibus vobis.*

Chriſtum Dominum ait Apoſtolus, ſui cultores in Euangelio valdè ſeriò admonuiſſe; vt Deo, tanquã naturæ omnium ſupremæ, perfectiſſimæ, cunctiſque ſupereminenti, ſuper omnia gloriam & honorem tribuant, cultumq́; exhibeant, iuxta id, quod libri Eccleſ. c. 43. eſt ſcriptum: *Benedicentes Dominum, exaltate illũ, quantum poteſtis: exaltantes eum replemini virtute: ne laboretis, non enim comprehendetis. Quis magnificabit eum, ſicut eſt ab initio? multa enim abſcondita ſunt maiora his, pauca enim vidimus operum eius.* Et cùm bonorum effector, largitorq; Deus ſit, iure iuges ei agere gratias Chriſtiani debent, agnoſcendo ſcilicet, & confitendo, quod quicquid habent, vel habere poſſunt, id ſibi à Deo donari, atq; ob id, gratias ipſi agere debere, & in omnib. ſuis actionibus, quod ei placitum eſſe nouerint, conſectari, ac perficere velle: Ac propterea eidem laudib. precibus, ſacrificijs, votiſq́; nuncupatis, nomini ipſius, interno, atq; etiam externo cultu, ſoli debere ſeruire. Quod quidem rationi maxime conſentaneum eſſe, quiuis fatebitur, qui naturali lege Deum nouerit, quẽ uis ſuper omnia diligere teneri, eumq́; conſtituere ſibi vltimum ſuarum actionum finem, ad quem ſe, ſuaq́; referat, & dirigat omnia. Quare ſemper in eius laudes, cogitatione, voluntate, ac toto animi ſenſu, affectuq́; eſſe incumbendum, nullumq; tempus omittendum, quo ſe totumq́; quod eſt, eius ſeruituti non applicet, ſemper homini in mentem venire debet: Quemadmodũ ab Iſaia poteramus didiciſſe, cùm dicebat: *Miſeratio-*

Deus ſuper omnia honorãdus.

Summa Deo gratia referenda.

Deus ſuper cuncta diligendus.

ſerationum Domini recordabor, laudem Domini ſuper omnibus bonis, quæ reddidit nobis Dominus, & ſuper multitudinem bonorum Domini Iſraël, quæ largitus eſt eis ſecundum indulgentiam ſuam. Hinc eſt, quod bonam diei partem, ſi non totam, in diuinis laudibus celebrandis, Eccleſia Catholica inſumit, & ab eo, Regij vatis pſalmo, officij initium fere quotidie ſumit, in quo creationis rerum beneficia continentur, qui incipit: *Venite exultemus Domino, iubilemus Deo ſalutari*, &c. Quem ritum, cùm Lutherani non modo ſuſtulerint, ſed etiam nùm ludibrio habeant, quid aliud, quàm ſe cum Cacodæmone, gloriæ Dei inuidere, & miniſteriorum Chriſti, ſe memoriæ detrahere teſtantur? *Lutherani Deo laudes inuident.*

XX.

Spiritum nolite extinguere.

Spiritum ſanctum, homines tunc dicuntur habere, quando ipſius donis & virtutibus ſunt imbuti, quæ multa & multiplicia eſſe docet Paulus, 1. Cor. 12. cap. *Diuiſiones gratiarum ſunt: idem autem ſpiritus. Alij datur per ſpiritum, ſermo ſapientiæ, alteri ſecundum ſpiritum, ſermo ſcientiæ*, &c. Hunc ſpiritum, mundus accipere non poteſt, quia non videt, nec ſcit eum. Non videt quidem, quia Spiritus ſanctus, carnem humanam non accepit, per quam poſſet videri; nec eundem mente, & afflatu cognoſcit, quia iuſtis & bonis hominibus id duntaxat eſt proprium. Homines enim, vitiis & voluptatibus dediti, ſicut & increduli, qui cor purum, & mundum non habent, Spiritum ſanctum accipere non poſſunt, quod hominum iuſtorum eſt proprium, cum quibus Spiritus ſanctus familiariter conuerſatur, eoſdem docendo, inſtruendo, conſolando, curamq; eorum gerendo. Sicut enim

Quis Spiritum ſanctum habere dicatur.

Mundus ad S. Spiritus receptionem, inhabilis.

Spiritus diſciplinæ effugit fictum, nec habitat in corpore ſubdito peccatis: ita in ijs habitat, qui per mandatorum Dei obſeruantiam, *manſionem eidem parant.* Nec ſolum apud eos manet, ſed in ipſis & habitat, & operatur, quia dona pretioſa ſua ipſis infundit, quorum ratione iuſti homines, vnionem quandam habent cum Spiritu ſancto, à quo in omnibus ſuis actionibus, ad finem ſuum ritè diriguntur, proteguntur atque adiuuantur. Vnde dicit Apoſtolus, quod *Spiritus adiuuet infirmitatem noſtram*, & quod *poſtulet*, id eſt, poſtulare faciat, & orare pro nobis, quemadmodum Matth. 26. docuit Dominus, cùm dixit; *Spiritum eſſe promptum, carnem autem infirmam.* Vbi enim Spiritus Dei viderit laborare ſpiritum hominis, in aduerſando carni, & ſibi adhærendo, quaſi porrigit manum, infirmitatem eius ſubleuans, carnisq; concupiſcentiæ, vt aiunt Origenes & Damaſcenus, reluctans.

Spiritus S. effectus.

Hinc eſt, quod toties hunc ſpiritum, iam *mundum*, iam *rectum*, iam *ſanctum*, ſibi à Deo Regius vates dari poſtulat; quod ſine hoc ſpiritu, innocentiam, fælicitatem, & iuſtitiam, ſe tueri non poſſe ſciret. Ideò petebat à Deo, vt *diuina miſericordia, ſe ſubſequeretur*, quia vitijs, curis huius mundi nimijs, carnis affectibus, *Spiritus ſancti* aſſiſtentiam tolli, eiusq; familiaritatem impediri, deuotionem obliterari, ac rerum diuinarum ſtudia extingui, facilè ſciebat, ſi Dei miſericordia ipſam non ſemper comitaretur, quæ per Spiritum ſanctum homini iuſto aſſiſtit. Et quia Spiritus ſancti operatio, igni ſimilis eſt, qui rapida motione, in alias res agit, neſcit tarda molimina Spiritus ſancti gratia, canit ex D. Ambroſio Catholica Eccleſia, (hinc

Vitiorum incommoda.

(hinc ſub linguarum ignearum figura, die Pentecoſtes, datus eſt) Ideò monet hoc loco Apoſtolus, ne *ſpiritum*, Chriſtiani *extinguant*, carnis ſcilicet cupiditatibus, ſæculi curis, & voluptatum illecebris. Quo pacto, cap. 2. ad Rom. tantoperè commendat Apoſtolus *Iudæum in abſcondito*, qui per ſpiritum in ipſo habitantem, adorat DEVM, *in ſpiritu & veritate*, *legiſq; mandata in affectu cordis, etiam in operis effectu habet.*

Prophetias nolite ſpernere. XXI.

Prophetiarum nomine, vel ſacros libros, vel prophetarum oracula, vel Scripturæ ſacræ explanationem, SS. Literarum expoſitionem, communibus patrum ſententijs, & Eccleſiæ infallabilis menti accommodatam, ſicut maiorum ſimul traditiones intellige: In quibus, Dei voluntas, æterna lex, & vtriuſq; teſtamenti mandata continentur, quibus verè Chriſtianus edocetur facilè, quid ei ad ſalutem ſit neceſſarium.

Prophetiarum nomine, quid hic intelligendum.

Duas autem ob cauſas, vult *prophetias* in pretio, & in honore maximo à fidelis populi cætu haberi, tum quod Spiritu ſancto doctore ſint dictatæ, & exceptæ à ſacris auctoribus; tum quod *per conſolationem ſcripturarum, ſpem habeamus æternæ vitæ*: Qua de cauſa, Machabæi *libros ſanctos ſibi ſolatio fuiſſe profitebantur.*

Prophetiarum dignitas & ratio.

Reuelationes, pijs hominibus factas, aliqui per *prophetias* intelligunt, ſed quia indubitata fide non nituntur; ideò probabiliora eſſe puto, quæ à nobis ſunt dicta. *Prophetias* enim certiſſimas & veriſ-

Prophetiarum alia acceptio.

ſimas

pedire, altera, Dei verbum circa Domini pedes audiente, atque ſic meliorem partem poſſidente.

Aduerte tamen, hac Pauli admonitione ſiue præcepto, non omnibus ſubditis ſummam fieri poteſtatem, de ſuperioribus ſuis, & de perſonis in dignitate conſtitutis, earum denique actionibus, iudicium faciendi, quemadmodum ridiculè, ſi non malitioſè admodum, Lutherani, à quolibet, Conciliorum ſtatuta, Papæ decreta, veterum patrum ac Epiſcoporum ſententias, examinari oportere, huius loci præſidio volunt. *Huius loci limitatio.*

Ex hoc enim loco, & illo Ioannis, primæ ſuæ epiſtolæ, cap. 4. *Nolite credere omni ſpiritui, ſed probate ſpiritus, an ex Deo ſint,* colligunt, iniuſtè Hæreticorum libros à Catholicis prohiberi, cùm Paulus dicat: *Omnia probate:* Neq; enim intelligunt ſtipites illi, à ſingulis & omnibus Eccleſiæ membris, id Paulum & Ioannem, non exigere; ſed ab ijs, duntaxat, ad quos id munus in Eccleſia, pertinet. Sicut ſi ſcribatur ad aliquam Academiam, vt profeſſores ibidem, examinent aliquem librum, non ſignificatur, vt detur, liber omnibus hominibus illius Academiæ, ſed tantum Doctoribus eius facultatis exanimandus traditur, de qua liber ille tractat. Accedit, his duobus locis, agi de doctrina tantum dubia, quæ ſola probatione indiget. Librorum autem prohibitorum doctrina, dubia non eſt, quæ aperto Eccleſiæ iudicio eſt mala, & damnata, ſicut conciliorum, è diuerſo, doctrina, iam probata, ſana & apertè bona, eſt iudicata. Et ideò, Paulus Apoſtolus cum ſuis collegis, cùm deferret ad Eccleſias decretum Concilij Hieroſolymitani, non dicebat *probate*, quaſi cuiuſuis arbitrio relinqueret *Hæreticorum libros, male prohibitos, ex hoc loco colligentes Lutheranos, refutantur.* *Act. 15.*

 creden-

credendi, faciendiq́; iudicium, aut libertatem; ſed præcipiebat, illud cuſtodiri: *A quibus*, dicit, *cuſtodientes vos, bene agetis.* Vbi etiam notandum eſt, verbis ibidem præcedentibus, non libertatem, ſed neceſſitatem credentibus ab Apoſtolis impoſitam, cum ſcripſerunt: *Viſum eſt enim Spirituiſancto, & nobis, nihil vltra imponere vobis oneris,* &c.

XXIII. *Ab omni ſpecie mala abſtinete vos.*

Præcepta, à ſpecie mala abſtinentia duæ cauſa.

Duas ob cauſas, à Theſſalonicenſibus hoc exigit; Prima, vt Chriſtianæ legis perfectionem tantam eſſe declaret, quæ nec peccati aliquam maculam præbeat, nec ſimilitudinem alicuius delicti ferat, nec imaginem aliquam erroris admittat: Deinde, ne proximi conſcientia, vel lædatur, vel offendatur ex falſa ſuſpicione, vel aſpectu alicuius, quod peccati præ ſe ferat ſpeciem aliquam. Licet enim rectè & honeſtè quædam in omni officio poſſint fieri, quæ peccati ſatis expertia ſunt, quamquam in ipſa actione contrarium videatur, apparere; prudentia tamen ſingulari opus eſſe in eiuſmodi, docet Apoſtolus, ne quiſquam poſſit inde offenſionis occaſionem haurire. Quia vero naturæ humanæ tanta eſt hebetudo, & ad malum procliuitas, vt ſeipſam, in ſuum finem intellectus actione, & voluntatis motu, ſemper dirigere non poſſit, (neque enim ſine cauſa, Regius vates à Deo petit: *Legem pone mihi Domine in viam iuſtificationum tuarum: Deduc me in ſemitam mandatorum tuorum; Bonitatem & diſciplinam, & ſcientiam doce me*) ideò Theſſalonicenſibus à Deo ducatum precatur, dicens.

Natura humana, ad malum procliuitas.

Ipſe autem Deus pacis ſanctificet vos, per omnia. XXIV.

Hoc eſt; Deus, pacis fons, & concordiæ tranquillitatisq́; auctor, vitandi peccata, gratiam vobis donet, virtutum diuitias largiatur, & hac ex alto virtute vos induat, vt *in ſanctitate & iuſtitia eidem ſeruiatis omnibus diebus vitæ veſtræ.* Deum, pacis effectorem, eam ob cauſam, appellat, quod ad eos ſcribat, qui iam ex fide iuſtitiam adepti, *pacem habebant ad Deum, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum.* Qui etenim fidem Chriſti non habent, peccato ſunt ſubiecti, Deiq́; obnoxij vindictę. At iuſti & recti corde homines, ab his malis liberati, pacato ſunt & tranquillo animo, nullam poſthac metuentes Dei vindictam, & condemnationem. *Deus, cur pacis effector.*

Ex ſpe ſiquidem & fiducia diuinæ beneuolentiæ erga ſe, & ex conſcientia bonæ vitæ, bonorumq́; operum, reconciliati cum Deo, mentis aliam ſerenitatem & animi quietem ſentiunt, quam antea habuerant, cùm adhuc Dei inimici, in peccatis viuerent: Iuſtorum ſiquidem pax, in eo conſiſtit, quod eorum animus, in Chriſto acquieſcit, confidens, Deum patrem, in quem credit, & cuius voluntati & præceptis obſequitur, perpetuo ſibi fore propitium, & protectorem, cùm antea nihil reperiret, in quo poſſet, animo conquieſcere; ſed omnia vndique eum terrerent, ac pauefacerent, mors, iudicium, infernus, & conſcientia ſcelerum, quæ fuerat accuſatrix. *Iuſtorum pax.*

Vt integer ſpiritus veſter, & anima, & cor-

pus ſine querela, in aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti ſeruetur.

S. Thoma. S. Auguſt. interpretatio.

Spiritus, ait D. Thomas, ad Hebræos, cap. in nobis dicitur illud, per quod communicamus cum ſubſtantiis ſpiritualibus, & animis, & portio ſuperior appellatur: Anima verò illud, per quod communicamus cum brutis; & hominis pars inferior vocatur. Et ſic ſpiritus, eſt mens humana, intellectus ſcilicet & voluntas. Eodem modo, Auguſtinus, lib. 12. de Geneſi ad liter. cap. 7. Dicitur, inquit, ſpiritus, ipſa mens rationalis, vbi eſt quiddam, tanquam oculus animæ, ad quem pertinet imago, & agnitio Dei. Hunc itaq; locum interpretans Gregor. Nyſſenus, apud Theophylactum, dicit, quod Apoſtolus ſpiritum dicens, rationalem partem indicârit; animam verò dicens, partem indicârit ſenſitiuam. Irenæus lib. 5. ante medium; hanc Pauli ſententiam exponens, dicit hominem perfectum, tribus conſtare, corpore, anima, & Spiritu ſancto, inhabitante, per charitatem. Vt enim, ſi deſit ei corpus vel anima, erit imperfectus in genere naturæ; ita ſi deſit charitas, erit imperfectus in genere moris. Omnia ſiquidem hominis illius integra eſſe dicuntur, quæ charitatem adiunctam habent, quæ *legis plenitudo, & præcepti finis* ab eodem Apoſtolo noſtro appellatur. Cùm enim cuiuſque rei perfectio ſit in eo poſita, vt fini ſuo vltimo, arctiſſimè coniungatur, hominis autem extremus finis, DEVS ſit; charitas vna eſt, quæ hominem arctiſſimè cum DEO coniungens, vnit, iuxta illud, 1. Ioann. capite 4. *Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* Et Coloſſ. cap. 3. *Charitas eſt vinculum perfectionis,* hoc

Greg. Nyſſen.

Irenæi explicatio.

Charitas, vinculum, Deo homines coniungens.

hoc eſt, nexus ligans hominem cum Deo, id eſt, vinculũ, q̃ ligans & continens hominẽ cum Deo, hominẽ reddit, perfectum & integrum. Vt enim Spiritus humanus ligat, & cõtinet oẽs humores, & partes alioqui dilapſuras; ita Spiritus ſanctus inhabitans corda noſtra, per charitatem continet omnes virtutes, alioqui facile dilapſuras. Quod etiam idem noſter Apoſtolus 1. Cor. 13. monuit: *Charitas patiens eſt, benigna eſt, &c.* Homo ita perfectus, & qui ſine querela, hoc eſt, amicè, & ſine moleſtia, aut reprehẽſione cum proximo fuerit conuerſatus, tutò & ſecurè Chriſti aduentum expectare poteſt, & lætus Chriſto aduenienti occurrere.

Fidelis eſt, qui vocauit vos; qui etiam faciet. XXVI.

Non eſſe arduum & difficile, à Theſſalonicenſib. mandatis, quæ eis Paulus dederat, morem gerere, probat ex parte ipſius Dei, à quo fuerant ad fidẽ, iuſtitiam & vitam æternam vocati: Nam Deus, inquit, *fidelis eſt*, & verax, qui fallere non nouit, *& abſq; iniquitate eſt, quia in omnib. verbis ſuis fidelis eſt, & ſanctus in omnib. operibus ſuis, & abſq; iniquitate*, omnia nempe, *quæcunq; facit, in vero iudicio faciens:* Ideò quod vobis promiſit, certò certius præſtabit. Promiſit autem omnib. auxilium, defenſionem, & omnimodam benefaciendi occaſionẽ, qui ipſum, & verum Deum, & Dominum inuocant, abſq; ſimulatione, in veritate, de corde puro, & cõſcientia non ficta: quales ſunt, quicunq; non labijs tantũ, ſed & cordis affectu illum inuocant. Tanta ſiquidem *Dei fidelitas & benignitas.*

eſt eius benignitas, atq; facilitas, vt paratus ſit facere ea, quæ volunt & petunt ſerui eius, modo ſalutaria, vtilia, & proficua hæc ijs eſſe cognouerit: *Cuſtodit enim Dominus omnes diligentes ſe*, tanquam eorum defenſor, protector, & fideliſſimus auxiliator in oportunitate, *qui voluntatem, timentium ſe faciet, & eorum deprecationē exauditurus eſt*, ſi modo ſibi non defuerint. Propterea hortatur iuſtos Pſalmographus, *Lætetur cor quærentium Dominum*. Et: *Quærite Dominum, & confirmamini, quærite*, inquit, *faciem eius ſemper*.

XXVII. *Fratres orate pro nobis.*

Pauli mira humilitas.

Mirum animi demiſſionis indicium hic commōſtratur; cum tanta ſanctitate & iuſtitia præditus Apoſtolus, ſuorum ſubditorum ſuffragia implorat. Quod vnitas ſpiritus efficit, à quo fideliū multitudo regitur, vt quidquid in eam collatum eſt, cōmune ſit: omniū n. Sacramentorum fructus, ad vniuerſos fideles pertinent, quib. Sacramentis, veluti ſacris vinculis, Chriſto connectuntur & copulantur, & maximè omnium baptiſmo, quo tanquā ianua, in Eccleſiam ingredimur. atq; etiam Euchariſtia, quæ tanquam communis cib᷒ ſpiritualis, omnium mentes arctiſſimè cōiungit. Hinc preces, labores, ſuffragia, paſſiones, quæ ab vno ſuſcipiuntur, ad oēs pertinēt, & vt illis proſint, charitatis vinculo efficitur. Quod D. Ambroſij teſtimonio cōprobatur, qui locum illū pſal. 118. *Particeps ego ſum omnium timentium te*; inquit: Sicut membrum, pariceps eſſe dicitur totius corporis, ſic coniunctum omnib. timétibus

Bonorum operum, inter Chriſtianos participatio.

tibus Deum. Licet enim in Eccleſia diuerſa ſint membra, nempe variæ nationes Iudæorum, Gentium, liberi, ſerui, pauperes, diuites; cùm tamen baptiſmo initiãtur, vnum corpus cum Chriſto fiũt, cuius ille caput eſt: Ideò fratres eos Apoſtolus vocat, à quibus preces, ſuffragia, & bonorum operum communionem expoſcit, & efflagitat, vt ſignificet ſe, licet eorum progenitor ſit, in Chriſto eſſe membrum, de membris, & vnũ commune caput inuiſibile, cum ipſis Chriſtum agnoſcere & confiteri, &c.

Salutate fratres omnes, in oſculo ſancto. XVIII.

De oſculis, quæ pacis & amoris certa erant olim ſymbola, vt annotauit Illuſtriſſ. Baron. etiam apud Ethnicos Rom., egimus in fine poſterioris ad Corint. Hæc oſcula non prohibuerunt Chriſtianis Apoſtoli, dicit idem Baron. ſed potius ſunt moderati, dum eos ſe inuicem ſalutare debere, oſculo ſubiecto, ſæpe admonuerunt. Illa planè oſcula, dicta ſępe reperiuntur, quæ in ſacris conuentib. illorum verborum adiuncta ſalutatione, *Pax tecum*, adhiberi conſueuerunt: De quibus Iuſtin. in orat. ad Antonium Pium, dicit: *Precibus finitis, mutui nos inuicem oſculo ſalutamus.* Poſt oſculum, ſequi adminiſtrationem Euchariſtiæ, fuſius tradit Origenes, in epiſtol. ad Romanos capite 16. Rectè vero ſanctum vocat hoc oſculi genus, vt ea caſta eſſe inſinuet, ſimulque, vt non ſimulata ſint, doceat, vt pacem in ſe, ſimplicitatemque com- *Quid oſculum ſanctum eiuſq́; vſus.*

pleċtan-

plectatur, ac charitati non fictæ ſint coniuncta, ſicut fuit oſculum impij Iudę, proditionis & hoſtilitatis pleniſſimum.

XXIX. *Adiuro vos per* D O M I N V M, *vt legatur epiſtola hæc omnibus ſanctis fratribus.*

Adiuratio, nihil in ſe aliud continet, quam impulſum quendam, ad aliquid faciendum, diuini nominis & honoris cauſa. Sicut enim ille, qui iurat, ratione diuini nominis & honoris, aliquid facere tenetur, ita cùm aliquem adiuramus, volumus, vt eiuſdem honoris diuini cauſa, quidpiam faciat: Vnde conficitur, virtutis & religionis actum, eſſe *adiurationem*.

Duplex ſacra Scriptura adiurandi modus.

Duplicem ſacræ literæ adiurandi modum tradunt; vnum præcipiendo, & alteri neceſſitatem imponendo, vt diuini nominis cauſa, aliquid executioni mandetur.

Geneſ.: 4.
Geneſ. 47.

Alterum deprecando, & hortando duntaxat. Quod duplici ratione etiam contingit fieri, vel promouendo ſimpliciter alterum, vt aliquid faciat, propter diuini honoris reſpectum, vel id ita ab altero contendendo, vt etiam ab illo iuramentum exigatur: Sicut Abraham ſeruum ſuum videtur adiuraſſe; & Iacob filium ſuum Ioſeph. Deprecando vero, & exigendo iuramentum ſimul, Raab adiurauit exploratores, vt patet ex Ioſue, capite 2. Præcipiendo autem, & non exigendo iuramentum, Princeps

ceps Sacerdotum adiurauit Chriſtum. Deprecando verò ſolum, noſter Paulus videtur adiuraſſe Rom. cap. 12. epiſtolæ ad eoſdem, cùm dixit: *Obſecro vos per miſericordiam Dei.* *Varij adiurandi modi.* *Matth. 26.*

Quo pacto, & Theſſalonicenſes hoc loco adiurat, vt quam ſcribit ad eos Epiſtolam, publicè & in toto fidelium cœtu, fratrumque, ſiue Chriſtianorum conſeſſu, legant; quam conſuetudinem, Eccleſiæ vſu receptam videmus, vt ſacra Euangelia, & Apoſtolorum ſcripta, ſiue epiſtolæ, ſacroſanctis myſterijs adiungantur; quæ poſtea pro concione, in Eccleſijs non aliter publicè exponuntur, ac olim in Synagoga, Moyſis lex per omne Sabbathum, explanabatur, vt ex Euangelio Lucæ, & Actorũ Apoſtolicorum libro, fit perſpicuum. De veterum Chriſtianorum primitiuæ Eccleſiæ conuentibus, & procedendi modis, 14. capite 1. Cor. plura diximus. *Huius loci adiuratio, quæ.*

Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti vobiſcum. XXX.

Hoc donum, exoptat Theſſalonicenſium Eccleſiæ, quia nullus aliquem iuſtitiæ, aut bonorum operum proferre fructum poteſt, niſi Chriſto per gratiã, tanquam palmes viti inſitus. Id enim videtur docuiſſe, qui dixit: *Sine me, nihil poteſtis facere.* Ideò perennem comitem Chriſti gratiam, fidelibus omnibus precatur Apoſtolus, tanquam adminiculum quoddam, ſine quo, vitæ æternæ meritorias actiones quiſquam edere nõ poteſt. *Si linguis hominum & Angelorum loquar,* ait alibi Paulus, *ſi diſtribuero in pauperes cibos, meas facultates, &c. charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt.* *Gratia Chriſti neceſſitas.*

Cur ad Chriſtũ gratiam reuocet Apoſtolus.

Eam autem, quam optat, gratiam, ad Chriſtum reuocat. Nam licet tota S S. Trinitas, gratiam ipſam, & remiſſionem peccatorum, vitamq́; faciat ac operetur: Chriſtus tamen, Deus & homo, illam ſolus nobis meruit, & antequam carnem ſumeret, non ſolum vt Deus, gratiam operabatur, ſed virtute meriti futuri in carne, eam dabat. Altera cauſa, propter quam Domini noſtri IESV Chriſti gratiam vocat, eſt, quod ſicut per Moyſen, inter Deum & Hebræos ſequeſtrum, lex data eſt; ita per IESVM Chriſtum, inter Deum, & omnes homines, mediatorem, gratia & veritas, (quibus ad vitam æternam perueniatur) ſit facta; qui benedictus ſit in ſæcula ſæculorum. Amen.

FINIS COMMENTARII IN PRIOREM D. PAVLI, AD THESSALON. EPISTOLAM.

AR-

ARGVMENTVM
In poſteriorem D. Pauli ad Theſſalonicenſes, Epiſtolam.

Hanc poſteriorem, nō multò poſt priorem epiſtolā ad Theſſalon. Corintho miſit Apoſtolus. Licet n. Athanaſ. Romæ; Chryſoſt. et Theodoret. Athenis; rectius tamē ex tertio, huius poſterioris, ca. Corinthi, (vbi annum et menſes ſex tranſegiſſe Paulum D. Luc. in Actis Apoſtolicis cōmemorat) fuiſſe ſcriptā, argumentatur D. Baron. Eiuſdē ſcribendæ occaſionē dederant Apoſtolo, nōnulli ſeductores, quales ſunt hodierni Sectarij, ex ſimulatæ pietatis prædicatione, turpe lucrum aucupātes. Sin. cùm audiſſent Theſſalonicenſes, cæteris auidius, faciliusq; Chriſti fidem & religionē eſſe amplexos, quò ad ſua largienda, illos redderent prōptiores, iam inſtare diem Domini, (nouiſſimum ſcil. mundi finem) tradebant;

Athan. in ſynopſi.
Chryſoſt. in epiſtol. 2. ad Theſſ.
Theodoret. in epiſt. Pauli.
Actor. 18.
Baron. to. 1. Annal. An. Chriſti 53.

quod etiam ſibi diuinitùs reuelatum eſſe affirmabant; Immo & ementita epiſtola, nomine Pauli interpoſito, id facilius perſuadere eiſdē, eiuſdē adducta authoritate, nitebantur. Quā ob cauſam prudentis inſtar medici, Paulus primis inuecti morbi initijs obſtans, quod ſerò medicina paretur, ad eoſdē Theſſalon., ſecūdam hanc ſcripſit epiſtolam; Qua primùm, ad patientiam in perſecutionib. maliſq́ (quæ fidei Chriſtianæ cauſa, tum à Iudæis, tum à Gentib. patiebantur) eos cohortatur. eoſdēq; diligenter monet, vt eorum non ſolum, quæ literis ad eos datis, ſed & quæ viua voce, & ſermone, corā docens tradidiſſet, ita memores eſſe velint, vt de ſuo ſtatu, falſis impoſtorū perſuaſionib. ſe dimoueri nequaquā ſinant. Ad labores deniq;, & honeſta virtutum exercitia prouocatos, eorū vt ſocietatē fugiāt præcipit, qui otio aſſueti, ex vſurpata Euangelij prædicatione, non modò quæſtum faciebant, ſed et piorū proborūq; hominum quietem, pacemq; inanib. fabulis, per domos curſitantes, turbare conabantur.

CAPVT

CAPVT I.

PAVLVS & Siluanus & Timotheus, 1.
Eccleſiæ Theſſalonicenſiū, in Deo
Patre noſtro & Domino Ieſu Chri-
ſto, *Gratia vobis & pax à Deo Patre no- 2.
ſtro, & Domino Ieſu Chriſto. *Gratias a- 3.
gere debemus ſemper Deo pro vobis fratres,
ita vt dignum eſt, *quoniam ſupercreſcit 4.
fides veſtra, & abundat charitas vniuſcuiuſ-
que veſtrum in inuicem: *ità vt & nos ipſi 5.
in vobis gloriemur in Eccleſijs Dei, pro pa-
tientia veſtra, & fide, & in omnibus per-
ſecutionib. veſtris & tribulationibus, *quas 6.
ſuſtinetis, in exemplum iuſti iudicij Dei,
vt digni habeamini in regno Dei, pro quo
& patimini. *Si tamen iuſtum eſt apud 7.
Deum retribuere retributionem ijs, qui vos
tribulant: & vobis qui tribulamini, requi-
em nobiſcum, *in reuelatione Domini Ie- 8.
ſu de cœlo cum angelis virtutis eius, in flā-
ma ignis, *dantis vindictam ijs, qui non 9.
obediunt Euangelio Domini noſtri Ieſu
Chriſti, qui pœnas dabunt in interitu æter-

10. nas, *à facie Domini, & à gloria virtutis
11. eius,*cùm venerit glorificari in ſanctis ſuis,
& admirabilis fieri in omnibus, qui credi-
12. derunt: *quia creditum eſt teſtimonium
13. noſtrum ſuper vos in die illo. *In quo et-
iam oramus ſemper pro vobis, vt dignetur
vos vocatione ſua Deus, & impleat omnem
voluntatem bonitatis ſuæ, & opus fidei in
14. virtute, *vt clarificetur nomen Domini
noſtri Ieſu Chriſti in vobis, & vos in
illo, ſecundum gratiam Dei no-
ſtri, & Domini Ieſu
Chriſti.

COM-

COMMENTARIJ, IN POSTERIOREM D. PAVLI AD THESSALONICENSES EPISTOLAM.

CAPVT I.

Eccleſia, Theſſalonicenſium. I.

Eccleſiæ nomine, quid intelligatur?

ECcleſiæ nomine, cætum illum intelligit Apoſtolus, qui Theſſalonicæ, ſuo tempore *ſolicitus erat ſeruare vnitatem Spiritus, in vinculo pacis, ſicut vocatus erat in vna ſpe vocationis ſuæ: vnum corpus, & vnus ſpiritus, vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus, & pater omnium*: Ideò adiunxit hoc loco: *In Deo patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto,* vt multitudinis in vnitatem fidei vocatæ, auctorem & principium eſſe Deum, per Chriſti, tanquam mediatoris & ſequeſtri, merita, declararet. Hæc porrò Theſſalonicenſium Eccleſia, certis temporis & loci limitibus definita, vnius Eccleſiæ Chriſtianæ pars erat, in eodem fidei & religionis orthodoxæ inſtituto, cum omnibus, per orbem gentibus communicans. Diuerſa enim loci & temporis ratione, dubium non eſt, quin plures Eccleſiæ dici poſſint, ſed quæ tamen in vnicam Catholicam Eccleſiam, ſicut diuerſa membra in vnum corpus, ſub vno capite coaleſcant: cum ſcilicet vnitate principij,

Ephes. 4.

cipij, nempe Dei vocantis cohærent, & eodem fine, nempe vitæ æternæ (ad quam vocati ſumus) nituntur, & cùm deniq; in mediorum vnitate, per quæ nobis ad vitam illam eſt contendendum, conſpirant: cuiuſmodi ſunt fides, baptiſma & reliqua ſacramenta, quemadmodum prioris ad Corinthios, cap. 10. ab vnius cibi cœleſtis, id eſt, Euchariſtiæ vnitate, multos vnum eſſe corpus probat Apoſtolus, qui *de vno pane, & de vno calice participant.*

Vera Eccleſia vnitas.

Nihil porrò eſt, quod indiuiduam Eccleſiæ vnitatem ita commédet, quam ea conditio, quæ certam, ad fidei & doctrinæ cõſenſionem & concordiam, maximèq; accommodatam rationem commonſtrat: Et hæc quidem Romana eſt, quæ vnius paſtoris iudicio, atque auctoritati, in fidei controuerſijs, nititur & acquieſcit.

Lutherani ad Eccleſiam non ſpectant.

Quam rationem, cum Lutheranorum turba ignoret, Eccleſiæ Catholicæ pars eſſe nõ poteſt: Nam licet Eccleſiam, neſcio quam, iactet, quia tamen *plebs ſacerdoti adunata, & grex ſuo paſtori adhærens non eſt*, (vt Cypriani verbis vtar) veræ Eccleſiæ ſinu non continetur, ſed potius ad Eccleſiam *malignantium, quæ cathedra peſtilentiæ* adhæret, pertinet. Neque enim aliunde, ait Cyprianus, obortæ ſunt hæreſes, aut nata ſchiſmata, quàm inde, quod ſacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Eccleſia ad tempus, & iudex ad tempus, vice Chriſti cogitatur. Fit ergo perſpicuum, ſpuriam & nothã eſſe eam Eccleſiæ partem, quæ ſacerdotis vnius iudicio ſtare recuſat, cùm tamen *Eccleſia*, vt author eſt Auguſtinus, *totum poſſideat, quod accipit à viro in dote: Quæcumq; congregatio cuiuslibet hæreſis, ſedet in angulis*, ait, *concubina eſt, non matrona.*

Cyprian. lib. 4. epiſt. 9. lib. 1. epiſt. 3. ad Cornel. contra Hæreticos.

Spuria Eccleſiæ pars, quæ.

Auguſt. lib. 1. Symb. cap. 10.

Ex quibus ancillæ, non liberæ filios eſſe Lutheranos, cum ſui ſimilibus Sectarijs alijs, quilibet facilè collegerit, qui S S. patrum totam antiquitatem reuoluens, de Eccleſiæ geminæ natura diſputantem cognouerit. Galat. 4.

Gratia vobis & pax à Deo patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto. II.

Gratiæ & pacis muneribus, omnium bonorum, quæ fingi cogitatione poſſunt, originem & finem, Theſſalonicenſibus optat à Deo & precatur: Nam gratia, donum eſt, homini diuinitus, gratisq́; datum, quo iuſtus, Dei amicus, naturæq́; diuinæ conſors effectus, ad patrimonij cœleſtis hæreditatem, ius adipiſcitur. Cuius doni virtutem, ſe ignorare Lutherani teſtatum faciunt, hoc ipſo, quod eam aliud non eſſe ſomniant, quam vel Dei quandam externam beneuolentiam, & ſingularem fauorem extrinſecum, quibus (vti ſe mutuo amici ſolent) hominem proſequitur, etiamſi nihil ipſis reipſa conferat, vel Chriſti iuſtitiam, quæ homini à Deo imputetur, cùm tamen hanc *gratiam, pignus ſpiritus, theſaurum in vaſe fictili, ſemen in homine manens; Charitatem in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctum, diffuſam*, Scriptura frequenter nominet. *Quid ſit gratia* *2. Cor. 1.* *Rom. 5.* *1. Ioan. 3.*

Eius vnius præſidio, carnis lenocinia, mundi illecebras, Cacodæmonis fraudes, ſuperabat Apoſtolus, qui à Domino didicerat, ſibi in luctà poſito, *ſufficere hanc ſuam gratiam*, vt qua, vitam æternam victis hoſtibus, poterat & promereri, & adipiſci. *Pax*, quam *Quæ, gratiæ præſidio, à Paulo ſuperata.* *2. Cor. 11.* *Rom. 6.*

Pax Theſſal. exoptata, quæ Pſal. 34. Theſſalonicenſibus exoptat, & quam ſæpius Scriptura commendat, ijs Chriſtianis nota eſt, quibus per Chriſtum, *remiſſa ſunt iniquitates, & tecta ſunt peccata,* *Rom. 5.* iuxta ſententiam Apoſtoli: *Iuſtificati*, inquit, *ex fide, pacem habeamus ad Deum, per Chriſtum Ieſum.* Iuſti enim homines, non obſcurè admodum in ſe percipiunt, quod alibi ſcribitur: *Ipſe ſpiritus teſtimonium perhibet Spiritui noſtro, quod ſimus filij Dei.*

In quo vera pax conſiſtat. Conſiſtit enim ea *pax*, in totius boni poſſeſſione, non in ſuperſtitioſa conſcientiæ Lutheranorum ſecuritate, & quadam fiducia ementita, nuſquam in *Rom. 8.* tota Scriptura nota, qua ſibi propter fidem in Chriſtum, inanem & elumbem cœleſtis vitæ obtinendæ fiduciam, & animi quietem fingunt. Hæc vna *pax*, Dei filios ab improbis (qui *pacem iactant, cùm pacem non habeant*) ſeiungit, & iuſtorum mentes à Deo agglutinat, vt omnis aduerſitatis depoſito me- *Matth. 5.* tu, vnus cum Deo ſpiritus, & vna anima effician- *Iacob. 1.* tur: Quæ cauſa eſt, quod *beati* à Domino dicuntur *pacifici, quoniam filij Dei vocabuntur.* Quia verò, *omne datum optimum, deſurſum eſt*; ideò hæc gratiæ & pacis dona, à Deo patre (quo nomine, vel primam in Trinitate perſonam, vel totam Trinitatem intellige,) impertiri exoptat; & hæc quidem, per Chriſtum, ſine cuius meritis, hominum gene- *Epheſ. 1.* ri, nullum ſpirituale bonum communicatur. *Bene- Ioan. 1.* *dixit enim nos Deus omni benedictione ſpirituali, in cœleſtibus in Chriſto, per quem, gratia & veritas ſunt facta.*

III. *Gratias agere debemus ſemper Deo, pro vobis, fratres.*

Eximię

Eximiæ charitatis vis, in omnibus fere Pauli epiſtolis maximè elucet, cùm de proximi, non aliter, ac de propria ſalute ſolicitus, ſibi tantopere gratulatur, vt eius nomine, Deo ſe gratias iugiter agere glorietur, quando communis vtilitatis cauſa, ſe diuino numini, religionis adiungit cultum exhibere: Nihil enim eſt aliud, *gratias agere*, quàm collati beneficij, non ſine benefacientis laude, lubenti animo memoriam commendare, quod Deo præſtitum beneficium, orationis pars, & quidem potiſſima, dici poteſt. Nam eo ipſo, quod decenti ritu, Deo quiſpiam gratias agit, eundem ſummum omnium rerum opificem, bonorum omnium auctorem, & principium eſſe profitetur; in quibus, religionis & pietatis ſenſus eſt ſitus. *Quid ſit, gratias agere.*

Quod verò in agendis Deo gratijs, ſe ſemper occupatum dicit Apoſtolus, orandi perſeuerantiam, Deoq́ue gratias agendi aſſiduitatem, quantam maximam conſequi poterat, innuit: In quam ferè ſententiam, *ſemper orandum, nunquam deficiendum*, Dominus monet, ſicut & alio loco, noſter Apoſtolus teſtatur, qui *ſine intermiſſione orandum* cupit. Quaſi dicat: Vbi ſe dederit occaſio, ſiue interdiu, ſiue noctu, nunquam eſſe ab oratione ceſſandum. Vox enim *ſemper*, non ſingulos diei noctiſq́ue articulos, aut punctula omnia complectitur, ſicut Lutheranorum quidam ineptus Prædicans, D. Petri præceptum (quo Chriſtianos omnes omni tempore ad reddendam ſuæ fidei rationem prouocat) ridiculè admodum, in publico Ratisbonenſi conſeſſu, non ita pridem exponebat, quaſi vellet, ex eius ſententia, *Luc. 18. 1. Theſſ. 5. Prædicantis Lutherani in colloq. Ratisb. inepta D. Petri explicatio. 1. Petr. 3.*

Cur ad Chriſtū gratiam reuocet Apoſtolus.

Eam autem, quam optat, gratiam, ad Chriſtum reuocat. Nam licet tota SS. Trinitas, gratiam ipſam, & remiſſionem peccatorum, vitamq́; faciat ac operetur: Chriſtus tamen, Deus & homo, illam ſolus nobis meruit, & antequam carnem ſumeret, non ſolum vt Deus, gratiam operabatur, ſed virtute meriti futuri in carne, eam dabat. Altera cauſa, propter quam Domini noſtri IESV Chriſti gratiam vocat, eſt, quod ſicut per Moyſen, inter Deum & Hebræos ſequeſtrum, lex data eſt; ita per IESVM Chriſtum, inter Deum, & omnes homines, mediatorem, gratia & veritas, (quibus ad vitam æternam perueniatur) ſit facta; qui benedictus ſit in ſæcula ſæculorum. Amen.

FINIS COMMENTARII IN PRIOREM D. PAVLI, AD THESSALON. EPISTOLAM.



AR-

ARGVMENTVM
In poſteriorem D. Pauli ad Theſſalonicenſes, Epiſtolam.

HAnc poſteriorem, nõ multò poſt priorem epiſtolã ad Theſſalon. Corintho miſit Apoſtolus; Licet n. Athanaſ. Romæ; Chryſoſt. et Theodoret. Athenis; rectius tamẽ ex tertio, huius poſterioris, ca. Corinthi, (vbi annum et menſes ſex tranſegiſſe Paulum D. Luc. in Actis Apoſtolicis cõmemorat) fuiſſe ſcriptã, argumentatur D. Baron. Eiuſdẽ ſcribendæ occaſionẽ dederant Apoſtolo, nõnulli ſeductores, quales ſunt hodierni Sectarij, ex ſimulatæ pietatis prædicatione, turpe lucrum aucupãtes. Si n. cùm audiſſent Theſſalonicenſes, cæteris auidius, faciliuſq; Chriſti fidem & religionẽ eſſe amplexos, quò ad ſua largienda, illos redderent prõptiores, iam inſtare diem Domini, (nouiſſimum ſcil. mundi finem) tradebant;

Athan. in ſynopſi.
Chryſoſt. in epiſtol. 2. ad Theſſ.
Theodoret. in epiſt. Pauli.
Actor. 18.
Baron. to. 1. Annal. An. Chriſti 53.

quod etiam ſibi diuinitùs reuelatum eſſe affirmabant; Immo & ementita epiſtola, nomine Pauli interpoſito, id facilius perſuadere eiſdẽ, eiuſdẽ adducta authoritate, nitebantur. Quã ob cauſam prudentis inſtar medici, Paulus primis inuecti morbi initijs obſtans, quod ſerò medicina paretur, ad eoſdẽ Theſſalon., ſecũdam hanc ſcripſit epiſtolam; Qua primùm, ad patientiam in perſecutionib. maliſq́; (quæ fidei Chriſtianæ cauſa, tum à Iudæis, tum à Gentib. patiebantur) eos cohortatur. eoſdẽq; diligenter monet, vt eorum non ſolum, quæ literis ad eos datis, ſed & quæ viua voce, & ſermone, corã docens tradidiſſet, ita memores eſſe velint, vt de ſuo ſtatu, falſis impoſtorũ perſuaſionib. ſe dimoueri nequaquã ſinant. Ad labores deniq;, & honeſta virtutum exercitia prouocatos, eorũ vt ſocietatẽ fugiãt præcipit, qui otio aſſueti, ex vſurpata Euangelij prædicatione, non modò quæſtum faciebant, ſed et piorũ proborũq; hominum quietem, pacemq; inanib. fabulis, per domos curſitantes, turbare conabantur.

CAPVT

CAPVT I.

PAVLVS & Siluanus & Timotheus, 1.
Eccleſiæ Theſſalonicenſiū, in Deo
Patre noſtro & Domino Ieſu Chri-
ſto, *Gratia vobis & pax à Deo Patre no- 2.
ſtro, & Domino Ieſu Chriſto. *Gratias a- 3.
gere debemus ſemper Deo pro vobis fratres,
ita vt dignum eſt, *quoniam ſupercreſcit 4.
fides veſtra, & abundat charitas vniuſcuiuſ-
que veſtrum in inuicem: *ità vt & nos ipſi 5.
in vobis gloriemur in Eccleſijs Dei, pro pa-
tientia veſtra, & fide, & in omnibus per-
ſecutionib. veſtris & tribulationibus, *quas 6.
ſuſtinetis, in exemplum iuſti iudicij Dei,
vt digni habeamini in regno Dei, pro quo
& patimini. *Si tamen iuſtum eſt apud 7.
Deum retribuere retributionem ijs, qui vos
tribulant: & vobis qui tribulamini, requi-
em nobiſcum, *in reuelatione Domini Ie- 8.
ſu de cœlo cum angelis virtutis eius, in flã-
ma ignis, *dantis vindictam ijs, qui non 9.
obediunt Euangelio Domini noſtri Ieſu
Chriſti, qui pœnas dabunt in interitu æter-

10. nas, *à facie Domini, & à gloria virtutis
11. eius, *cùm venerit glorificari in ſanctis ſuis,
& admirabilis fieri in omnibus, qui credi-
12. derunt: *quia creditum eſt teſtimonium
13. noſtrum ſuper vos in die illo. *In quo et-
iam oramus ſemper pro vobis, vt dignetur
vos vocatione ſua Deus, & impleat omnem
voluntatem bonitatis ſuæ, & opus fidei in
14. virtute, *vt clarificetur nomen Domini
noſtri Ieſu Chriſti in vobis, & vos in
illo, ſecundum gratiam Dei no-
ſtri, & Domini Ieſu
Chriſti.

COM-

COMMENTARIJ, IN POSTERIOREM D. PAVLI AD THESSALONICENSES EPISTOLAM.

CAPVT I.

Eccleſia, Theſſalonicenſium. I.

ECcleſiæ nomine, cætum illum intelligit Apoſtolus, qui Theſſalonicæ, ſuo tempore *ſolicitus erat ſeruare vnitatem Spiritus, in vinculo pacis, ſicut vocatus erat in vna ſpe vocationis ſuæ: vnum corpus, & vnus ſpiritus, vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus, & pater omnium:* Ideò adiunxit hoc loco: *In Deo patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto,* vt multitudinis in vnitatem fidei vocatæ, auctorem & principium eſſe Deum, per Chriſti, tanquam mediatoris & ſequeſtri, merita, declararet. Hæc porrò Theſſalonicenſium Eccleſia, certis temporis & loci limitibus definita, vnius Eccleſiæ Chriſtianæ pars erat, in eodem fidei & religionis orthodoxæ inſtituto, cum omnibus, per orbem gentibus communicans. Diuerſa enim loci & temporis ratione, dubium non eſt, quin plures Eccleſiæ dici poſſint, ſed quæ tamen in vnicam Catholicam Eccleſiam, ſicut diuerſa membra in vnum corpus, ſub vno capite coaleſcant: cum ſcilicet vnitate principij,

Eccleſia nomine, quid intelligatur?

Ephes. 4.

cipij, nempe Dei vocantis cohærent, & eodem fine, nempe vitæ æternæ (ad quam vocati ſumus) nituntur, & cùm deniq; in mediorum vnitate, per quæ nobis ad vitam illam eſt contendendum, conſpirant: cuiuſmodi ſunt fides, baptiſma & reliqua ſacramenta, quemadmodum prioris ad Corinthios, cap. 20. ab vnius cibi cœleſtis, id eſt, Euchariſtiæ vnitate, multos vnum eſſe corpus probat Apoſtolus, qui *de vno pane, & de vno calice participant.*

Vera Eccleſia vnitas.

Nihil porrò eſt, quod indiuiduam Eccleſiæ vnitatem ita commédet, quam ea conditio, quæ certam, ad fidei & doctrinæ cõſenſionem & concordiam, maximèq; accommodatam rationem commonſtrat: Et hæc quidem Romana eſt, quæ vnius paſtoris iudicio, atque auctoritati, in fidei controuerſijs, nititur & acquieſcit.

Lutherani ad Eccleſiam non ſpectant.

Cyprian. lib. 4. epiſt. 9. lib 1. epiſt. 3. ad Cornel. contra Hareticos.

Spuria Eccleſia pars, qua.

Auguſt. lib. 1. Symb. cap. 10.

Quam rationem, cum Lutheranorum turba ignoret, Eccleſiæ Catholicæ pars eſſe nõ poteſt: Nam licet Eccleſiam, neſcio quam, iactet, quia tamen *plebs ſacerdoti adunata, & grex ſuo paſtori adhærens non eſt,* (vt Cypriani verbis vtar) veræ Eccleſiæ ſinu non continetur, ſed potius ad Eccleſiam *malignantium, quæ cathedra peſtilentiæ* adhæret, pertinet. Neque enim aliunde, ait Cyprianus, obortæ ſunt hæreſes, aut nata ſchiſmata, quàm inde, quod ſacerdoti Dei non obtemperatur, nec vnus in Eccleſia ad tempus, & iudex ad tempus, vice Chriſti cogitatur. Fit ergo perſpicuum, ſpuriam & nothã eſſe eam Eccleſiæ partem, quæ ſacerdotis vnius iudicio ſtare recuſat, cùm tamen *Eccleſia*, vt authoꝛ eſt Auguſtinus, *totum poſſident, quod accipit à viro in dote: Quæcumq; congregatio cuiuslibet hæreſis, ſedet in angulis,* ait, *concubina eſt, non matrona.*

Ex

Ex quibus ancillæ, non liberæ filios eſſe Lutheranos, cum ſui ſimilibus Sectarijs alijs, quilibet facilè collegerit, qui S S. patrum totam antiquitatem reuoluens, de Eccleſiæ geminæ natura diſputantem cognouerit. *Galat. 4.*

Gratia vobis & pax à Deo patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto. II.

Gratiæ & pacis muneribus, omnium bonorum, quæ fingi cogitatione poſſunt, originem & finem, Theſſalonicenſibus optat à Deo & precatur: Nam gratia, donum eſt, homini diuinitus, gratisq; datum, quo iuſtus, Dei amicus, naturæq; diuinæ conſors effectus, ad patrimonij cœleſtis hæreditatem, ius adipiſcitur. Cuius doni virtutem, ſe ignorare Lutherani teſtatum faciunt, hoc ipſo, quod eam aliud non eſſe ſomniant, quam vel Dei quandam externam beneuolentiam, & ſingularem fauorem extrinſecum, quibus (vti ſe mutuo amici ſolent) hominem proſequitur, etiamſi nihil ipſis reipſa conferat, vel Chriſti iuſtitiam, quæ homini à Deo imputetur, cùm tamen hanc *gratiam, pignus ſpiritus, theſaurum in vaſe fictili, ſemen in homine manens; Charitatem in cordibus noſtris, per Spiritum ſanctum, diffuſam*, Scriptura frequenter nominet. *Quid ſit gratia* *2. Cor. 1. Rom. 5. 1. Ioan. 3.*

Eius vnius præſidio, carnis lenocinia, mundi illecebras, Cacodæmonis fraudes, ſuperabat Apoſtolus, qui à Domino didicerat, ſibi in lucta poſito, *ſufficere hanc ſuam gratiam*, vt qua, vitam æternam victis hoſtibus, poterat & promereri, & adipiſci. *Pax*, quam *Quæ, gratiæ præſidio, à Paulo ſuperata. 2. Cor. 12. Rom. 6.*

Eximiæ charitatis vis, in omnibus fere Pauli epiſtolis maximè elucet, cùm de proximi, non aliter, ac de propria ſalute ſolicitus, ſibi tantopere gratulatur, vt eius nomine, Deo ſe gratias iugiter agere glorietur, quando communis vtilitatis cauſa, ſe diuino numini, religionis adiungit cultum exhibere: Nihil enim eſt aliud, *gratias agere*, quàm collati beneficij, non ſine benefacientis laude, lubenti animo memoriam commendare, quod Deo præſtitum beneficium, orationis pars, & quidem potiſſima, dici poteſt. Nam eo ipſo, quod decenti ritu, Deo quiſpiam gratias agit, eundem ſummum omnium rerum opificem, bonorum omnium auctorem, & principium eſſe profitetur; in quibus, religionis & pietatis ſenſus eſt ſitus. *Quid ſit, gratias agere.*

Quod verò in agendis Deo gratijs, ſe ſemper occupatum dicit Apoſtolus, orandi perſeuerantiam, Deoq́ue gratias agendi aſſiduitatem, quantam maximam conſequi poterat, innuit: In quam ferè ſententiam, *ſemper orandum, nunquam deficiendum*, Dominus monet, ſicut & alio loco, noſter Apoſtolus teſtatur, qui *ſine intermiſſione orandum* cupit. Quaſi dicat: Vbi ſe dederit occaſio, ſiue interdiu, ſiue noctu, nunquam eſſe ab oratione ceſſandum. Vox enim *ſemper*, non ſingulos diei noctiſq́ue articulos, aut punctula omnia complectitur, ſicut Lutheranorum quidam ineptus Prædicans, D. Petri præceptum (quo Chriſtianos omnes omni tempore ad reddendam ſuæ fidei rationem prouocat) ridiculè admodum, in publico Ratisbonenſi conſeſſu, non ita pridem exponebat, quaſi vellet, ex eius ſententia, *Luc. 18. 1. Theſſ. 5. Prædicantis Lutherani in colloquio Ratisb. inepta D. Petri explicatio. 1. Petr. 3.*

Apoſtolorum princeps, dum dormiunt, & dum comedunt, bibuntque, omnes Chriſtianos fidem profiteri, & controuerſiarum fidei, V. G. iudicem, & alia, quæ ad fidei confeſſionem ſpectant, debere alijs inculcare.

IV. *Quoniam ſupercreſcit fides, & abundat charitas vniuſcuiuſque veſtrum, in inuicem.*

En beneficia maxima, quorum nomine, æquum eſſe arbitratur Apoſtolus, Deo vt gratiæ ingentes agantur, nempe Theſſalonicenſium fides, longè lateq; niteſcens; atque adeò, omnium celebrata ſermone; & ſimul charitatis mutuæ inter fratres, incredibilis feruor, omnium inter ſe voluntates arctiſſimo nexu conſtringens. Quid enim fide pretioſius eſſe poteſt, per quam, non ſolum corda noſtra Chriſtus inhabitat, & varijs modis cogitationes, ac conſilia noſtra dirigit, ſed & eadem corda noſtra purificat, vt author eſt Apoſtolorum princeps, quando ſcilicet, errorum tenebris, & falſarum opinionum de Deo, rebusq; diuinis ignoratione, eadem liberat. Quemadmodum enim, lux domum penetrans, ibidem tenebras diſcutit, cùm ſimul eſſe lux & tenebræ, eodem in loco atque tempore non poſſint; Ita fide, hominum mentes poſſidente, veritas & iuſtitia ibidem domicilium figere incipiunt: Vox enim Pauli eſt: *Eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino.*

Fidei dignitas. *Epheſ. 3.* *Act. 15.*

Charitatis porrò dignitas ſatis explicari non poteſt, vt per quam, non aliter hominem DEVS,

ac ſeſſor iumentum agit & impellit: *Qui enim ſpiritu* *Rom. 8.*
Dei aguntur, ait Apoſtolus, *hi ſunt filij Dei:* Et dilectus *1. Ioan. 4.*
Chriſto Apoſtolus: *Qui manet in charitate, in Deo manet.*
Manſionem enim apud nos facit Dominus, cùm ſua dona
nobis impertiens, ad bene operandum voluntatem
noſtram inflectit. Qua ratione, nobiſcum dicitur & a-
gere, & incedere, & habitare, vt ex Auguſt. colligitur, *Aug. epiſt. 106.*
dicente: *Gratia meretur augeri*, vt aucta mereatur & per-
fici, comitante non ducente pediſſequa, non peruia
voluntate, Rectas igitur hominis actiones, quas, Deo
duce, exercemus, cum dilaudet Apoſtolus, qua fronte *Iuſtorum actio*
Lutherani totam iuſtorum vitam, nihil aliud eſſe quã *nes peccatum eſ*
peccatum, mentiuntur, & peccaſſe iuſtos, dum virtuti *ſe mentiuntur*
operam nouant, oggannitnt? quaſi ſcelerum ſordes *Lutherani.*
& vitiorum putorem, totius puritatis præco in Theſ-
ſalonicenſib. dilaudaret, indeq; maximam captaret
gloriam, nempe ex peccatorum ſordibus, &c.

Ita vt, & nos ipſi, in nobis gloriemur in Ec- V.
cleſiis Dei, pro patientia veſtra, & fi-
de, & in omnibus perſecutionibus ve-
ſtris, & tribulationibus.

Rectè, *à ſapiente filio, gloriari patrem*, docuit Sapiẽs, *Prouer. 10.*
Nam ex heroicis Theſſalonicenſium (quas Chriſto ge-
nuerat) actionibus, ingentem gloriæ cumulum, ad ſe
redijſſe teſtatur Apoſtolus, qui de laboribus ipſorum,
maxima, inferendis pro fide calamitatibus, conſtantia,
triumphat: eò quod ſuppliciorum, Chriſti cauſa, ſuſ- *Tribulationes*
ceptorum crudelitas, maximum religioni noſtræ in- *Theſſal. Paulo*
crementum, Chriſtiq; nomini incomparabilem cha- *gloriam pepere-*
ritatem afferat; quemadmodum grani frumenti ſimi- *re.*

Ioan. 12. litudine, teſtatum fecit Saluator, dicens: *Si granum frumenti, cadens in terram, mortuum fuerit, multum fructum affert*, quod alias in ſua perfectione manens, nulla grana multiplicat. Vſus enim docuit, Chriſtianorum fidē & conſtantiam, diuerſis malorum generibus tentatā, & afflictam, eos ſæpenumero feciſſe progreſſus, vt charitas erga Deum ferueret: erga proximum verò, ita eſſet cōſtituta, vt nihil non eius cauſa, diſcriminis eſſet parata ſubire: quod ipſum Chriſtus ſuo exemplo declarauit, qui ſi mortem non oppetijſſet, in ſua perfectione manens, ſolus manſiſſet, qui morte ſua, multiplicem fructum attulit fidelis populi multitudini, iuxta quod Eſaias prædixerat, *Si poſuerit pro peccato animam ſuam, videbit ſemen longæuum*; qua ratione, & *à terra exaltatus*, mortem ſcil. & crucem ſuſtinendo, totum orbem in ſuam poteſtatem & principatum conuertit.

Eſa. 53.
Ioan. 12.

Quæ res, ipſius nomini ingentem gloriam, & maximam ipſius animo conſolationem attulit. Fidei enim cauſà ſuſceptas ærumnas & calamitates, nominis claritati adiuncta ſolatia ſubſequi, teſtantur homines iuſti: Inter quos, Regius Vates: *Secundum multitudinē dolorum meorum, ait, conſolationes tuæ lætificārunt animam meam.* Et ipſemet Apoſtolus: *Sicut abundant paſſiones Chriſti in nobis, ita per eum, abundat conſolatio noſtra.* Fidei ſiquidem ea vis ineſt, vt per eam ſancti *vincant regna, iuſtitiam operentur, & adipiſcantur repromiſſiones in Chriſto Ieſu Domino noſtro.* Chriſti ergo doctrinæ iniurij manēt Lutherani, qui hominum vires adeò imbecilles, & in malitiam procliues nugantur, vt viuētis fidei præſidio, viua auerſari, diabolo reſiſtere, & mundi machinamēta ſu-

Ærumnis, fidei cauſa ſuſceptis, cōſolationes adſunt.

Pſal. 93.

2. Cor. 1.
Fidei vis.
Hebr. 1.

Contra Lutheranos, viribus humanis nimium detrahentes.

a ſuperare minimè poſſe putent, cùm tamen ſcriptũ ſciant, *hanc victoriam, quæ vincit mundum, eſſe fidem noſtram.*

Quas ſuſtinetis, in exemplũ iuſti iudicij Dei, vt digni habeamini in regno Dei, pro quo & patimini. VI.

Inſignem Theſſalonicenſium patientiam, ſpeculum quoddam eſſe dicit diuinæ iuſtitiæ, ſecundum quam, *vnicuique reddet iuxta opera ſua*; eis quidem, qui *Diuinæ iuſtitiæ ſpeculum.*
perſecutionem patiuntur propter iſtitiam, regnum cœlorũ; *Pſal. 61.*
iis verò, qui Dei ſpreta lege, vitijs ſe contaminant, mortem ac ſempiternũ interitum. Acerba enim, & moleſta patiuntur in hac vita pij homines, tum timore vindictæ diuinæ, quam iuſto iudicio Dei peccatores manere, certo certius intelligunt: tum, vt in via Chriſtianæ virtutis, maiores progreſſus facientes, vberiorem gloriam conſequantur: Nam ſi iuſtis ſui cultorib. hoc tempore, minimè parcit Deus, vt quos durius affligi patitur: quis ab impijs, pœnas non eſſe aliquando repetendas credat? *Si autem à nobis primùm*, ait D. Petr. *quis finis eorum qui non credunt Dei Euangelio? Si* *1. Petr. 4.*
Chriſtum oportuit pati, & ita intrare in gloriam ſuam, quid ni *baiulet vnuſquiſque crucem ſuã*, & eo modo, *Chriſtum in* *Luc. 24.*
regnum ſuum ſequatur? qui pro nobis paſſus, nobis exemplum *1. Pet. 2.* *Luc. 11.*
reliquit, vt eius veſtigia ſequamur: Si à diebus Ioannis Baptiſtæ, regnum cœlorum vim patitur, & ſoli violenti rapiunt illud, quomodo ſola fide, ſibi optima quęq; tam ęterna, quàm temporalia pollicentur Lutherani? Nec enim quicquam vel agi, vel pati volunt deſides Lutherani *Contra Lutheranos, optima quæque ſola fi-*
pro regno Dei, licet hic laboribus & malorum tolerã-

tia, dignos Theſſalonicenſes eodem regno, habendos pronunciet hoc loco Apoſtolus. Quid enim dura ſuſtinere eſt, vt aliquis dignus regno Dei habeatur; niſi ad eius hæreditatis adeundam & promerendam poſſeſſionem, grauia, moleſta, & naturæ contraria tolerare, vt quo quis maiora ſuſtinuerit, eo clariorem gloriæ coronam conſequatur, & quo quis durius ac diutius laborauerit, eo vberiorem mercedem accipiat: *In domo ſiquidem patris mei, manſiones multæ ſunt*; dicebat Dominus: Non quia plures, ſed quia variæ, & inæquales ſint coronæ, ſicut & iuſtorum vita inæqualis eſt, iuxta ſententiam Apoſtoli, 1. Cor. 15. ca. *Sicut ſtella differt à ſtella; ſic erit reſurrectio mortuorum.* Erit ergò Sanctorum beatitudo inæqualis, cum in Dei regnum ſiue domum, poſt reſurrectionem fuerint admiſſi.

Ioan. 14.

Iuſtorum beatitudo inæqualis futura.

VII. *Si tamen iuſtum eſt apud Deum, retribuere retributionem ijs, qui vos tribulant; & vobis, qui tribulamini, requiem nobiſcum.*

Cùm anguſtias, Sanctorumq; perſecutiones, iudicij diuini exemplum vocaſſet Apoſtolus, quod in ijs iuſtitia Dei maximè relucerer, æquum cenſet eſſe, vt iuſtorum perſecutiones, ſuppliciaq; tranſeant: vita porrò æterna, eos qui patienter & longanimiter tolerant, tanquam victores ſuſcipiat. Deo enim totius iuſtitię parenti, id maximè conuenit, vt bene merentib. præmia, delinquentib. pœnæ decernantur. Has enim duas partes, iuſtitiæ ratio complectitur, quemadmodnm ipſa natura duce, Chriſtus & omnes Prophetæ ſemper docuerunt. Chriſti enim ſententia eſt: *Ibunt*

Matth. 25.

hi in ſupplicium æternum: iſti autem in vitam æternam. Et de perſecutionibus loquens Regius Vates, ait: *Redde retributionem ſuperbis.* Et Hieremias, *Mitte illis ſecundum opus ſuum,* id eſt, iuxta omnia, quæ fecerũt. Item Apoſtolus: *Omnes nos oportet manifeſtari ante tribunal Chriſti, vt recipiat vnuſquiſque prout geſſit in corpore ſuo, ſiue bonum, ſiue malum,* Et cap. 1. ad Rom. *Qui reddet vnicuiq; ſecundum opera eius; ijs quidem, qui ſecundum patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem quærunt, vitam æternam: ijs autem qui ſunt ex contentione, & qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati, ira & indignatio.* Quid hic totius virtutis, & bonorum operum hoſtes Lutherani, qui naturę etiam lege neglecta, virtutis arduæ ſtudijs mercedem iuſtam negant deberi? Quem admodum enim ita natura comparatum eſt, vt laborem ſequatur requies, tempeſtatem tranquillitas, fletum exultatio, noctem dies, hyemẽ æſtas; *ita bona opera, glorioſum ſequi fructum,* ait Sapiens: Soli Lutherani, hoc ipſum non minus ſtupidè, quàm malitioſè inficiantur. Et quamuis *poſt tempeſtatem* dicat Tobias, *Deum facere ſerenum, & poſt lacrymationem & fletum, exultationem fundere:* Lutheranorum grex, id conſtanter falſum eſſe docet, cum tamen, ſe id re ipſa quaſi conſecutum videatur ipſe Apoſtolus aſſerere, cùm ait, cæteros ſecum, requiem ęternam adepturos: Sicut enim maiores in Eccleſia natu, *primitias ſpiritus præ cæteris accipientes,* primi in paſſionib. fuerant, ita primas ſupra alios, in illa beata requie obtinebunt, quos in illa die ipſorum imitatores *(vnuſquiſque tamen in ſuo ordine)* ſubſequetur;

Pſal. 27. *Hierem. 50.* *2. Cor. 5.* *In Lutheranos, bonis operibus mercedem nullam deberi, mẽdaciter aſſerentes.* *Sap. 5.* *Tob. 3.* *1. Cor. 15.*

In reuelatione Domini Ieſu de cœlo, cum An- VIII.

gelis virtutis eius, in flamma ignis.

Idoneum iuſtitiæ declarandæ tempus, ait eſſe Chriſti ad iudicium, ſub mundi finem venturi, aduentum, cum ſcil. humana ſpecie, (ſecundum quam pater filio hominis, iudicium faciendi de hominibus poteſtatem dedit) Angelorum (quorum miniſterio, potẽtiam & virtutem ſuam exercet) infinitis millibus ſtipatus, veniet; Tum enim maieſtatem ſuam toti mundo conſpiciendam, ad piorum conſolationem, impiorũ vero ſingulare ſuppliciũ, exhibebit; qui deſpect⁹ inter mortales, ſumma animi demiſſione, in magna rerum indigentia vixerat, vt Deum, vniuerſitatis rerum curã, ſua prouidentia ſemper habuiſſe, omnes homines intelligant: & maximè cum cœperit *facere iudicium conſcriptum, ad faciendam vindictam in nationibus, & increpationes in populis, ad alligandos* Sectarios *in compedibus*. Dicitur autem *in flamma ignis venturus*, tum quod *ignis ante eum ſit præceſſurus*, vt eo mundus deflagrans, elementa meliorem formam induant, tum, vt ab improbis, iuſtas pœnas exigat, ob admiſſa contra legem ſuam, peccata. Duplicis porro generis improbos futuros inſinuat, de quibus extremum æternumq; ſupplicium ſumetur; nempe infideles, quibus Dei cognitio non innotuit; vel ſi ipſis diuinæ veritatis lux illuxit, eam tamen *in iniuſtitia detinuerunt, & poſt carnis deſideria & concupiſcentias ſuas abeuntes,* erroribus ſe corrumpendos præbere maluerunt, quam cognitam ſemel veritatem retinere, quod infidelitatis genus, Sectariorum quoque eſt proprium, qui manifeſtam veritatem oppugnantes, in Spiritum S. malitioſè delinquunt, non ſe duntaxat, ſed & omnes, ſi fas eſſet, errorum tenebris inuoluturi. Alios vero improbos intelligit, vita & mori-

Pſal. 149. Pſal. 96.

Cur Chriſtus in flamma ignis venturus dicatur.

Duplicis generis improbi, in extremo iudicio damnandi.

Rom. 1.

Sectariorum infidelitas.

moribus flagitioſas, quibus etiamſi Dei veri notitia per fidem contigit, Euangelij tamen inſtitutis & legibus, viuendo obſequi haud voluerunt.

Vnde Lutherani facile collegerint, nihil Dei verbum, quod importunè iactant; nec Chriſti fidē, quam ſemper plenis buccis intonant, nec Euangelium, quo nihil crebrius in ore omnium verſatur, aliquid præſidij allatura, ſi bonorum operum vberes fructus, in quo potiſſima ſalutis noſtræ portio ſita eſt, defuerint: Nullius enim momenti res eſt, *ea fide, qua & ipſi dæmones credentes contremiſcunt*, *Deum cognoſcere, ſi factis eum negauerint*: Ideò pœnas æternas minatur illis Apoſtolus, & quidem *à facie Domini, & à gloria virtutis eius, à cuius conſpectu*, in æternum exulabunt, ſecundum id quod, ſcriptum eſt: *Tollatur impius, ne videat Deum. De cœlo* porrò dicitur, *Deus reuelandus, & vindictam daturus*, vt ſignificet, Dei, tum iram, tum vindictam fore cunctis hominibus, vbicunque locorum fuerint, notam & manifeſtam. Nam quod in cœlo apparet, id cunctis mortalibus, qui in terris ſunt, aſpectabile, & conſpicuum eſt: Sicut non ſemel videtur Regius Vates pronuntiaſſe, dicens: *Annunciauerunt cœli iuſtitiam eius; & viderunt omnes populi gloriam eius*: Et rurſus: *Annuntiabunt cœli iuſtitiam eius, quoniam Deus iudex eſt.* In extremo ſiquidem iudicio, Dei vindicta maximè declarabitur, qua deſcendens in flamma, cum Angelis virtutis ſuæ, peccatores, æternis mactabit ſupplicijs.

Lutheranis nihil, ſine bonis operibus profuturum eſt.

Iacob. 2. Tit. 1.

Cur de cœlo Deus reuelandus.

Pſal. 96. Pſal. 49.

IX *Dantis vindictam ijs, qui non nouerunt Deum; & qui non obediunt Euangelio Domini noſtri Ieſu Chriſti.*

Dicuntur ij Deum non nouiſſe, qui licet Deum eſſe, & eum quidem remuneratorem; non tamen vt Deum glorificant, colunt & venerantur, qui ſcilicet, Deum confitentur, factis autem & vita negant. De ijs capite 1. eius, quæ eſt ad Romanos, loquens Apoſtolus, dicit *in Euangelio reuelari iram de cælo ſuper impietatem & iniuſtitiam hominum eorum, qui veritatem Dei in iniuſtitia detinent.* Quaſi diceret, fore, vt in die iudicij oſtendat iram & vindictam ſuam aduerſus omnes impios & peccatores, qui ſuo Euangelio credere ac obedire noluerunt; & tunc apparebit clariſſimè virtus & potentia Dei, omnes mortuos reuocantis ad vitam, atque omnium merita diiudicantis, æterniſque ſupplicijs, peccatores condemnantis. Addit Apoſtolus: *Et qui non obediunt Euangelio Domini noſtri IESV Chriſti.* Quia Euangelium vbique clamat, omnes homines eſſe flagitijs & peccatis mancipatos, atque ideò eſſe obnoxios iræ & vindictæ Dei: ergò nulli poſſe contingere iuſtificationem coram Deo.

Quinã Deum non noſcere dicantur.

Quapropter quicunque vult iuſtitiam conſequi, debet confugere ad miſericordiam Dei, quæ apprehenditur, & obtinetur per fidem Chriſti. Qui ergo Euangelio docenti, hanc fidem, & gloriæ conſequendæ modum oſtendenti, *non obediunt, dabunt pœnas in interitu æternas, à facie Domini.*

Hinc

Hinc eſt, quod toties vtriuſq; teſtamenti ſcriptura, peccatores monet, vt dignam agant ſuorum peccatorum pœnitentiam, vt iram Dei, & perpetua ſupplicia effugere queant. Vnde Domini præcurſor, atque adeò Dominus ipſe ſuam prædicationem à pœnitentia ſunt orſi: *Pœnitentiam agite: Quis demonſtrauit vobis, fugere à ventura ira?* id eſt, quæ poſt hanc vitam, maximè verò, quæ in die extremi iudicij apparebit. *Quis docuit vos fugere?* nam aperta eius prædicatio, & teſtificatio, propria eſt noui teſtamenti. Poſthæc ſubdit Ioannes Baptiſta; *Iam ſecuris ad radicem arboris poſita eſt; Omnis ergò arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur.* Et mox de Chriſto loquens: *Cuius ventilabrum in manu ſua, & permundabit aream ſuam, & congregabit triticum in horreum, paleas autem comburet igni inextinguibili:* Sic Marc. vlt. *Qui non crediderit, condemnabitur.* Luc. 13. Iudæis dicebat Dominus: *Niſi pœnitentiam egeritis, omnes ſimul peribitis.* Item Ioan. 33. *Qui incredulus eſt filio, non videbit vitam, ſed ira Dei manet ſuper eum.* Et Paulus diſputans in Areopago: *Tempora*, inquit, *huius ignorantiæ deſpiciens Deus, nunc annunciat hominibus, vt omnes vbiq; pœnitentiam agant; eo quod ſtatuit diem in quo iudicaturus eſt orbem terræ in æquitate, in viro in quo ſtatuit, fidem præbens omnibus, ſuſcitans eum à mortuis.* Ex quibus (quod hic ait Paulus, *de ijs vindictam ſumendam, qui non obediunt Euangelio Chriſti*) colligitur ei reſpondere, quod cap. 1. ad Roman. dicit, *iram Dei per Euangelium ſuper omnes peccatores reuelari*, niſi per fidē Chriſti, ad ipſum conuertantur.

Peccatores ad pœnitentiam in ſcriptura ſæpe monentur.

Act. 17.

A facie Domini, & à gloria virtutis eius. X.

Senſus eſt: Cum ad iudicandum omnes homines venturus eſt iuſtus iudex, in primis eius iuſtitia erit omnibus, tam erga bonos, quàm erga improbos manifeſta. Eius deniq; virtus, potentia, gloria, & maieſtas, admirandæ virtutis operibus, & prodigijs, cœleſtibusq́; ſignis declarabitur. Vox illa, quæ hic & capite 1. epiſt. ad Rom. exprimitur (de cœlo) ad illam iram Dei, ingentem, grauiſſimamq́; vindictam, qua Deus de cœlo deſcendens in flamma, & cum angelis virtutis ſuæ, peccatores æternis mactabit ſupplicijs.

Chriſti ad iudicandum venturi gloria.

XI. *Cùm venerit glorificari in ſanctis ſuis, & admirabilis fieri, in omnibus, qui crediderunt.*

Honorifica illa manifeſtatio, qua cum ſenatoribus populi ſui, *ad iudicium veniens, glorioſus apparebit Dominus, glorificatio* dicitur. A ſanctis autem ſuis, id eſt, ab ijs hominibus, claritatem & illuſtrem nominis famam accipit Dominus, qui fide viua, in eum credentes, curas & cogitationes omnes diuinæ legi conformes, ad eiuſdem amplificandam gloriam, eiusq́; maieſtatis augendam venerationem, hac in vita accommodarunt. Huiuſmodi *glorificatio* fuit D. Petri, & SS. Martyrum, *pretioſa mors*, tum aliorum vita iuſtorum, innocenter acta; quibus, Dei gloriæ ſplendor ſingularis, claraq́; cum fama notitia accedebat. Præterquam enim, quod veriſſimum eſſe illud probabant, pro quo, ipſi vitæ alias integritate præditi, mortem, diramq́; ſuppliciorum crudelitatem patiebantur, magno cultu & honore Deum afficiebant, pro cuius gloria & veritate, vitam exponebant. Quo facto,

Eſai. 3.

Hieronymus. Ioan. 21.

Glorificatio martyrum.

ᵭto, non Deum tantum honorificabant, ſed & ſeipſos mundo honorabiles ac ſpectabiles efficientes, à Deo gloriam & maximam coronā conſequebantur. Hinc dicebat B. Ioannes: *Hoc autem dixit, ſignificans qua morte clarificaturus eſſet Deū*, Petrus nempe, cruci pro Chriſto affixus. Licet enim apud impios, ſuſcepta à credentibus pro iuſtitia mors, eſſet deſpecta, & pleriſq; contemptibilis videretur, glorioſa tamen non modo apud Deum, & deſiderabilis erat, ſed & apud fideles. Quia vero, hominum iuſtorum innocentiæ & ſanctitati coniunctam fidem, tanto & tam incomparabili, honore olim compenſaturus, paſſim in SS. Literis prædicatur Dominus, vt quem nec cæteri homines facile cōſequi, nec cogitatione, aut ſenſu aliquo comprehendere valeant, ita vt admiratione ſumma defixi, tum eius honoris aſpectu deficiant potius, & caligent; quàm percipiant: Inde eſt, quod in ſuis ſanctis, *admirabilis* dicitur Chriſtus futurus. Quæ cauſa eſt, quod Sapiens ait, *impios miraturos in ſubitatione inſperatæ ſalutis*, cum ſcilicet, fidei & bonorum operum immortalia præmia viderint eoſdem iuſtos, in æterna illa beatitate recepiſſe.

Ioan. 21.

Iuſti, quanto honore remunerandi.

1. Cor. 1.

Sap. 5.

Tùm ſanè demum intelligent fuiſſe verum, quod Apoſtolus dixit, *non eſſe condignas paſſiones huius temporis ad futuram gloriam, quæ reuelabitur in nobis; & quod in præſenti eſt leue, & momentaneum tribulationis noſtræ, ſupra modum in ſublimitate, æternum gloriæ pondus operari in beatis, quorum vitam reputabant inſaniam, & finem ſine honore*, tum tamen eoſdem in Dei filiorum ſortem eſſe computatos, non ſine magna admiratione iudicaturi ſunt, quos vt peripſema, & hominum abiectiſſimorum fęcem ac purgamenta in hac vita exiſtimarant.

Ne-

Contra Lutheranos, meritis noſtris vitam æternam non adipiſci, aſſerentes.

Negent, ſi poſſint, Lutherani, iuſtos ſuis meritis & laboribus, vitam æternam nō adipiſci, cùm hic fateatur Apoſtolus, eoſdem, iuſtos ſcilicet, qui crediderunt fide viua, non ea, qua dæmones & Lutherani credunt, Deum in die iudicij glorificaturos; ſingulariter enim, Dominum laudaturi ſunt beati, intellgentes ſe Chriſti meritis, talem gloriam & honorem fuiſſe conſecutos, dicturiq́; ſunt illud, D. Ioannis in Apocalypſi, carmen: *Dignus eſt agnus, qui occiſus eſt, accipere gloriam*, &c.

XII. *Quia creditum eſt teſtimonium noſtrum ſuper vos, in die illo.*

Rom. 5.

Senſus eſt: Quia prædicationi noſtræ, fidem vocante efficaciter Deo, adhibuiſtis, qua Chriſtum, pro peccatis noſtris paſſum & mortuum teſtificabamur, vt iuſtificati gratis perfectam vna cum ipſo, corporis reſurrectionem extremo iudicij die, poſſetis cōſequi: dubium non eſt, quin eò tempore, abundanter ſit redditurus idem Dominus, quod nobis Euangelizantibus, credidiſtis & ſperatis, vitam nempe incorruptibilem & æternam. Fidelis enim eſt Deus, vt promiſſis ſuis reſpondens, ijs vberes viuæ fidei, & veræ ſpei fructus retribuat, qui non modo in eum credentes ſperarunt, ſed & reipſa, quæ Euangelium iubet, effectui gnauiter mandauerunt. Vbi viderint blaſphemi Lutherani, an Euangelicæ legis iugum portatu ſit impoſſibile, quod tamen iugum Theſſalonicenſes ea facilitate portauerant, vt eius vnius diligentis obſeruantiæ cauſa, ab Apoſtolo noſtro mirificè dilaudentur: Nam Chriſti iugum, etſi impijs moleſtum graueq́ue ſit, eiuſq́; onus Lutheranis ferreum, & importabile

Contra Lutheranos, legem Euangelicam portatu impoſſibilem blaſphemantes.

impro-

improbis ſectarijs: *rectis* tamen *corde hominibus ſuaue, leueq́; portatu iudicatur.*

In quo etiam, oramus ſemper pro vobis, vt dignetur vos vocatione ſua Deus, & impleat omnem voluntatem bonitatis ſuæ, & opus fidei in virtute. XIII.

Quamuis à Deo vocati ad iuſtitiam, certo tempore, in bonis operibus ſe exercentes, innocenter ad legis diuinæ normam viuant; quia tamen certò ſibi perſeuerantiam polliceri non audent; ideò cum metu & tremore, Deo ſemper eſſe ſubiecti debent, à cuius manu, eorum in bonis conſtans & immobilis perſeuerantia dependet: quia in ijs, qui perſeuerant, *velle ac perficere pro bona voluntate operatur Dominus.* Ideò precum & orationis aſſiduitatem tanto ſtudio ſcriptura ſemper commendat, quo perſeuerantiæ donum, vſq; ad finem, poſſit à iuſtis retineri. In quem ſenſum, Regius vates dicebat, Pſalm. 118. *Manus tuæ Domine fecerunt me, & plaſmauerunt me; da mihi intellectum, vt diſcam mandata tua.* Quaſi nihil aut parum ſit, nouam à Deo, per gratiam, eſſe factam creaturam, niſi perſeuerantiæ dono, extremam ſpiritualem perfectionem, homo iuſtitiam indutus, aſſequatur. Nam, ſi ante mortem, reuera perſeuerantiæ donum ſemper obtineretur, non eſſet opus, donum illud à Domino quotidie petere: Iubemur autem quotidie, quantumuis in ſpiritu proficiamus, ſemper dicere: *Sanctificetur nomen tuum; Fiat voluntas tua, Et, ne nos inducas in tentationem.* Quibus omnibus, quid aliud petimus,

Perſeuerantia in bono donū, à Deo impetrandum.

niſi (quemadmodum Cyprianus loquitur) vt in eo, quod cœpimus, perſeueremus. Hinc eſt, quod Apoſtolus *velle & perficere*, à Deo coniunctim eſſe dixerit; quod aliqui velint quidem, ſed non perficiant. Voluit enim aliquando Saul, voluit Salomon, voluit Iudas ſaluari, ſed non perfecerunt ſalutem ſuam. Scriptum eſt autem: *Qui perſeuerauerit vſque in finem, ſaluus erit.* Ideò, & hoc loco Paulus, aſſiduè pro Theſſalonicenſium, in fide & charitate conſtantia, Deum deprecabatur, quod *multos ſciret vocatos*, ad meritum & gratiam, qui tamen ad gloriam electi non eſſent; *Multi enim ſunt vocati, pauci verò electi.* Rogat ergo Deum, vt gratia ſua adiuti, poſſint omnem bonitatis voluntatem adimplere, hoc eſt; vt perfectè faciat illos, omne bonum deſiderare: *Sciebat enim reſtare* (vt ſancti Auguſtini verbis vtar) in his bonis, vſque ad finem perſeuerantiam, quæ fruſtra quotidie à Domino petitur, ſi non eam Dominus per gratiam ſuam, in illo cuius orationem exaudit, operatur. Per *opus fidei*, perfectam, publicam conſtantem, & imperterritam doctrinæ Chriſtianæ profeſſionem intelligit, vt V:G. Chriſtú Ieſum, eſſe verum Deum & hominem, ſine cuius, tanquam ſequeſtri, meritis, nemini ſalutem contingere ait Apoſtolus: *Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* Chriſti ſiquidem ſententia hæc eſt; *Qui me confeſſus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo.* Ex quibus, non ſola fide, vt nugantur Lutherani, ſed & opere, fideiq; confeſſione opus eſſe ad ſalutem, liquidum facit Apoſtolus.

Apoſtoli ad Deum oratio, pro impetranda Theſſalon. conſtantia.

Quid, per opus fidei, intelligendum.

Rom. 10.

Matth. 10. Marc. 8.

Ex qua orationis Paulinæ forma diſcendum eſt, petitioni, vt bona & vtilis ſit, aliqua eſſe coniungen-

da, ſine quibus aliquis non exauditur; ac primo neceſſarium eſt, vt Dei impleamus præcepta, & voluntatem eius faciamus, quemadmodum Ioan. 15. explicauit Dominus: *Si feceritis, quæ præcipio vobis, & verba mea in vobis manſerint, quodcumq; volueritis, petetis, & fiet vobis.* Æquum enim eſt, vt ſi vult homo, Deum facere quod petit, efficiat & ipſe, quod Deus iubet & petit. Idcirco, Eſaias dixit; *non exaudiam, quia manus veſtræ plenæ ſunt ſanguine.* Et Tertullianus, in Apolog. cap. 30. dicit, nos in oratione manus extendere, quia per manuum extenſionem, innocentiam ſignificamus. Quo modo, pro ſuis Theſſalonicenſibus *orat* hoc loco Paulus, vt Deus *impleat opus fidei eorum in virtute*, dignetur q; eos ſua vocatione & impleat omnem voluntatem bonitatis ſuæ. Deus enim omnes petentes exaudit, etiam peccatores, ſi tamen bene petant, hoc eſt, ſi à peccato voluntatem auertant, ac Dei præcepta adimplere poſthac in animum inducant: qui enim in peccato eſt, nec ab eo ſe vult auertere, iſtius voluntas & promiſſio non fit, etiam ſi petat, quia Dei voluntatem non facit, nec eius intendit ſeruare præcepta. Opus etiam eſt, vt perſeueranter aliquis oret, &c.

Quid ad efficacem orationẽ requiratur.

Eſai. 1.

Vt clarificetur nomen Domini noſtri IESV CHRISTI *in vobis, & vos in illo.* XIV.

Dicitur in nobis nomen Chriſti clarificari, cum eidem, ſiue ex noſtris bonis operibus, & vitæ noſtræ ſanctitate, gloriam damus, ſiue cum eius virtutem & doctrinam, DEO ſpectante, & iudicante, confitemur: Quo pacto, Matth. cap. 5. dicit Dominus, *bonis noſtris operibus, lucentibus coram hominibus, glorifi-*

Quid ſit, in nobis Chriſti nomẽ clarificari.

cari patrem noſtrum, qui in cælis eſt. Quod ij maximè faciunt, qui pro eius defenſione, mortem, acerbaq́ue conſtantiſſimè tormenta ſubeunt: Vnde & martyres appellantur, quod & verbis veritatem teſtentur, & ſanguine ſuo obſignent. Hinc aliquos veritatem iuſſi confiteri, Deo gloriam dare, teſtatur Scriptura. Qui ſiquidem Chriſti nomine, aduerſa patiuntur, verum id eſſe probant; pro quo tot homines vitæ irreprehenſibilis, ſanguinem ſuum profundunt; quæ profuſio, ſacrificij quoddam genus dici poteſt, eo quod hoc ipſo, Deus ſingulariter colatur, pro cuius gloria & veritate tanta mala ſuſtinentur. In Chriſto porrò dicuntur Martyres glorificari, quod malorum pro veritate tolerantia, ſeipſos honorabiles, maximeq́ue ſpectabiles exhibeant, & apud Deum, cui patiendo, gloriam tribuunt, & apud homines, quibus ad patientiam & totius virtutis ſtudium (quo Deus glorificatur) exemplum præbent, tanquam temporalium dolorum & iniuriarum contemptores. Quia verò, nulli hominum operi, gloriæ merces debetur, quod Chriſti merito non innititur, ideò adiunxit, *ſecundum gratiam Domini noſtri Ieſu Chriſti*, quæ, nempe gratia, condimentum quoddam eſt, quo patri grata, iucundaq; ſunt iuſtorum opera. Blaſphemos hinc patet eſſe in Deum Lutheranos, qui bonis operibus detrahunt, quibus hic Apoſtolus Deo gloriam accedere teſtatur.

Ioſue 8.

Martyrum in Chriſto glorificatio.

Blaſphemi Lutherani.

CAPVT

CAPVT II.

ROgamus autem vos fratres, per ad- 1.
uentum Domini noſtri Ieſu Chriſti,
& noſtræ congregationis in ipſum: * vt nō 2.
citò moueamini à veſtro ſenſu, * neque ter- 3.
reamini, neq; per Spiritum, neq; per ſermo-
nem, neq; per epiſtolam, tanquam per nos,
miſſam, quaſi inſtet dies Domini. * Ne quis
vos ſeducat vllo modo: quoniam niſi vene- 4.
rit diſceſſio primùm, * & reuelatus fuerit 5
homo peccati, filius perditionis, * qui ad- 6
uerſatur & extollitur ſupra omne, quod di-
citur Deus, aut quod colitur, ita vt in tem-
plo Dei ſedeat, oſtendens ſe tanquã ſit Deus.
* Num retinetis quòd cum adhuc eſſem a-
pud vos, hæc dicebam vobis? * Et nũc quid 7
detineat, ſcitis: vt reueletur in ſuo tempore.
* (Nam myſterium iam operatur iniquita- 8.
tis: tantùm vt qui tenet nunc teneat, donec
de medio fiat.) * Et tunc reuelabitur ille ini- 9.
quus, quem Dominus Ieſus interficiet ſpi-
ritu oris ſui: & deſtruet illuſtratione aduen- 10.

11. tus ſui eum, * cuius eſt aduentus ſe-
cundum operationem Sathanæ, in om-
ni virtute, & ſignis, & prodigijs mendaci-
12. bus, *& in omni ſeductione iniquitatis, ijs
13. qui pereunt, eò quòd charitatem veritatis
nõ receperunt, vt ſalui fierent. *Ideò mittet
14. illis Deus operationem erroris, vt credant
mendacio: * vt iudicentur omnes, qui non
15. crediderunt veritati, ſed conſenſerunt ini-
quitati. * Nos autem debemus gratias age-
re Deo sẽper pro vobis, fratres dilecti à Deo,
quòd elegerit nos Deus, primitias in ſalutẽ,
16. in ſanctificatione Spiritus, & in fide verita-
tis: * in quam & vocauit vos per Euangeliũ
17. noſtrum, in acquiſitione gloriæ Domini
noſtri Ieſu Chriſti. * Itaq; fratres ſtate & tene-
18. te traditiones, quas didiciſtis, ſiue per ſermo
nẽ ſiue per epiſtolã noſtram. * Ipſe autẽ Do-
minus noſter Ieſus Chriſtus, & Deus, & Pater
19. noſter, qui dilexit nos, & dedit conſolationẽ
ęternam, & ſpem bonam in gratia: * exhor-
tetur corda veſtra, & confirmet in omni
opere & ſermone bono.

CA-

CAPVT II.

Rogamus autem vos fratres, per aduentum Domini noſtri Jeſu Chriſti, & noſtræ congregationis in ipſum. I.

LEgitima Chriſtianorum petitio hæc eſt, in qua, præter eum qui petit, & illum qui petitur, duo alia interueniunt, nempe rei, quę petitur, tum expreſſio, tum impetrandi titulus, ſiue ratio Id quod hic petitur, eſt ſtabilis & immota in vnitate fidei, conſtantia: Impetrandi verò ratio, eſt Chriſti ad iudicium aduentus, per quem Theſſalonicenſes adiurat. Neq; enim ſolum patrem cœleſtem, propter Chriſtum, Chriſtiq; merita precantur Catholici, ſed & à ſuis filijs, in Chriſti nomine, ſæpe aliquo alio interpoſito titulo aliquid obtinere nititur mater Eccleſia: ſicut vſu Germani receperunt, vt per extremum iudicij diem, per Chriſti paſſionem, &c. à ſe inuicem plurima ſibi concedi efflagitent. Et ſicut olim, iuſti Iudæi orabant Deum, dicentes: *Propter Abraham amicum tuum*; Quaſi dicerent: Nos ſumus filij amici tui; ad nos iuuandum moueat te amicitia Abrahæ, patris noſtri: ita hic aduentus Chriſti titulum, interponit Apoſtolus, per quem obteſtatur, ne à recta fidei regula dimoueri ſe patiantur. Adiunxit etiam concordes in confeſſione futuri aduentus Chriſti voluntates, tanquam rationes obtinendi, quod petit, per quas, illos obſecrat, non aliter ac per amicitiam ſuam, mutuo orantes, aliquid petere amici ſolent. Et eſt, quaſi futurã illam corporum & animorum vnionem,

Ad legitimam petitionem duo requiſita.

Modus apud Iudæos Deum orandi.

quæ

1. Theſſ. 4. quæ iudicij extremo die, futura eſt (quando *ſimul cum Chriſto in nubibus, & in aëra rapiemur*) ipſis ob oculos po-
Matth. 24. nere vellet: *Vbicunq; enim corpus fuerit, congregabuntur & aquilæ.* Qua ſimilitudine, oēs homines, velint, nolint, Chriſtum viſuros, & ante eius thronum, mente & corpore comparituros, vt iudicis ſententiam excipiant Dominus voluit declarare. Rectè igitur per hoc idem Chriſti ad iudicium vẽturi myſterium, in ſuis (ad Pauli imitationem) Litanijs, Deum Eccleſia Catholica obteſtatur, quicquid Lutherani contra delirent, ſacra prophanis immiſcere aſſueti, dicens, per aduentum tuum, libera nos Domine.

II. *Vt non cito moueamini à veſtro ſenſu.*

Paulinus in cõfirmandis fidelibus labor. Magno & ſingulari ſtudio, videtur Apoſtolus ſẽper laboraſſe, vt fideles, quos Chriſto genuerat, ſana & incorrupta fidei doctrina, tanquam pabulo vitæ nutritos, confirmaret. Quibus minimè contentus, in hoc totus erat. ne varijs & peregrinis dogmatibus, ab ijs impoſtoribus abducti, deprauarentur, de quibus dicit Dominus: *Ego non mittebam Prophetas, & ipſi currebant, non loquebar cum eis, & ipſi prophetabant.* Fidei ſiquidem fundamentis vix iactis, ſeductorum impietas eo fuerat progreſſa, vt piè ſanctèq; acceptam ab Apoſtolis religionem, varijs artibus ac erroribus contaminarent. Sicut enim optimam ſementem, infœlix ſæpe lolium inſequitur: ita Apoſtolicam prædicationem, hæreſeos inuiſa zizania tum præpediebant, quo minus excreſ-
Sathana in diſſeminandis hæreſibus, machinamenta. ſentem fructum fœliciter faceret. Ea enim Cacodæmonis nequitia eſt, vt ſectas ſemper diſſeminet, quas homines ſibi relicti, qua ſunt malitia & curioſitate, facile imbibunt, niſi gratię diuinæ vi adiuti Eccleſię primores

motes, (impiorum errores detegendo, quo minus in eorum mentibus radices agant) impediant. Adeò vt non iniuria dixerit Apoſtolus; *oportere hæreſes eſſe*, ac pro inde frequẽter ſuos obſecrauerit, vt idipsũ omnes dicerent, perfectiq; in eodem ſenſu, & in eadem ſententia manerent. Eam ob cauſam, Chriſtum Dominũ *alios dediſſe Apoſtolos, alios Prophetas, paſtores alios, & Doctores, qui verbum Dei annuncient, ne circumferantur tanquam paruuli fluctuantes, omni verbo doctrinæ, ſed firmo fidei fundamento adhærentes, coædificentur in habitaculũ Dei, in Spiritu ſancto*. Sicut & hoc loco, Theſſalonicenſes rogat, ne à ſua ipſorũ confeſſione, & ſentẽtia ſe dimoueri patiantur, quæ erat, non inſtare tunc tẽpora Antichriſti, & iudicij ſupremi, quod frequenter admodum Scriptura, & *Domini aduentum*, & *diem Domini*, & *regenerationem* appellat: Tria enim præcipua ſigna iudicium antecedere debent, nempe Euangelij prędicationem, per vniuerſum orbem; diſceſſionem, & Antichriſtum, Vnde ſubdit Apoſtolus.

1. Cor. 11.

1. Cor. 1.
Epheſ. 4.

Tria ſigna præcipua aduentũ Chriſti præceſſura.

Neq; terreamini: neq; per ſpiritum, neq; per ſermonem, neq; per epiſtolam, tanquam per nos miſſam, quaſi inſtet dies Domini. III.

His tribus machinis, vel actis potius cuniculis, incautos homines ab initio mundi, nunquam ſeducere Sectarij deſtitêre: inprimis, ſecundum nominis ſui ethymon, cũ ſpreta publici iudicis, & ſacerdotis ſumi authoritate, ſibi priuatas religionis amuſſes, & ſingulares fidei tradendę regulas comminiſcuntur; tum n. ad priuati & vertiginoſi ſpiritus rationes conuertantur, neceſſe eſt; Eas namq; ſibi quaſi diuinitus inſpiratas,

Sectariorum in ſeducendis hominibus machina tres.

malitioſè licet ex proprio cerebro ſint confictæ, obtrudere ſimplicioribus nituntur. Lutheranorum id ſecta hodie confirmat, quæ ſuum iactando vertiginoſum ſpiritum, ſpiritibus aliorum ſemper eum præponere conſueuit: Quod ſi quis Propheta Domini Michæas, ſe dicat *loqui in nomine Domini*, ipſos verò mendacij Spiritu àgitari; cum Sedechia Pſeudopropheta exclamabunt: *Et per quam viam pertranſiuit Spiritus Domini à me, vt loqueretur tibi?* Si retorqueas: *Teſtimonium perhibes de teipſo, teſtimonium tuum non eſt verum*, quia mihi non conſtat, te diuino aliquo ſpiritu afflatum, quia à D. Ioanne *probari iubentur ſpiritus*, an ſint ex Deo, eo quod omni ſpiritui fides adhibenda non eſt; tum centonum Scripturæ plauſtra ingentia dictabunt, ex quibus, vnicam ſacram Scripturam, ſine lege, ſine iudice, ſine arbitro, ſine interprete legitimo certam amuſſim, & ſolam fidei regulam iactent. *Si omnem prophetiam Scripturæ, propria interpretatione minimè fieri dixeris*, quod Spiritus interpretationis ſermonum non omnibus ſit conceſſus, qui aliàs vniuerſali Eccleſię à Chriſto eſt apertiſſimè promiſſus: tum errorum, & quorundam defectuum (quib. ſacrorum principes aliquando obnoxij fortaſſe fuere) catalogum recenſebunt, vt maiores Eccleſiæ natu, legitimos controuerſiarum arbitros eſſe non poſſe confirment.

Et licet, *Angelum Sathanæ, in Angelum lucis* ſciant ſæpenumero transformari, immò teſte Chriſto, *neſciſſe*, olim Apoſtolos, *cuius eſſent Spiritus*, & quod ſpiritus mendax, ſæpe loquatur in ore omnium Prophetarum: Chartas tamen, Scripurarum SS. miſere conſutarum, proprio (vertiginis nempe) ſpiritu expoſitarum

tarum prolixa narratione, ingentes replebunt, quibus incautam plebem dementent, ac decipiant. Ibi Aaronem peccaſſe audies, erraſſe Caypham, deceptos fuiſſe Pontifices; à quibus, propter peccata, longo iam tempore, recedens Dei Spiritus, ad impoſtores, Sectarios, vt V. G. Lutheri, Caluiniq; diſcipulos, migrauit, tanquam ab Elia ad Eliſæum, ſi ſuperis placet. Quaſi beati Petri decretum, (quo dicit alibi, ſpiritu ſancto, & ſibi ac alijs Apoſtolis, hoc eſſe viſum) nullius eſſe debeat hoc tempore authoritatis, quia ter CHRISTVM negando, aliquoties peccauit; Quaſi nulla ſit Paulo fides adhibenda; quod Eccleſiam ſit aliquando immaniter perſecutus; & falſum Cayphas ſit de Chriſto vaticinatus, quia iniquus erat & impius iudex. Quod verò priuati Spiritus authoritate, non aſſequuntur, (ſe enim homines, adeoq; erroribus obnoxios fateri neceſſe eſt) ſupplent ſermonibus, hoc eſt, perſuaſilibus dicacitatis humanæ verbis, quibus indoctæ plebis aures adeò demulcent, vt ſuos errores facile perſuadeant: Adeò enim per peccatum, cœcus eſt naturæ humanæ ſenſus, vt facilius ſæpe, apparentibus, quam veris argumentis aſſenſum præbeat.

Lutheranorum in diſputando aut concionando modus.

Licet enim nihil, aut ſpiritus, aut virtutis, eorum verba contineant, concionantibus tamen, & ab imperito vulgo, & à multis alijs, qui etiam docti volunt videri, non aliter acclamatur, ac olim Herodi adulatrix Iudæorum turba, applaudebat, cùm diceret: *DEI voces, & non hominis*: Sed futurum eſt aliquando, vt cum ſuperbo Herode, Lutheranorum anteſignani, corripientis Angeli vindice manu, iure percuſſi, cadentes expirent, ca-

Actor. 12.

dantq́ue in tenebras exteriores, vbi nihil eſt, præter fletum & ſtridorem dentium.

Deluſis namq; hæreticorum dolo & fraudibus miſeris hominibus, videtur innatum, vt *ſanam doctrinam* nequeant *ſuſtinere*. Videas enim illos quamprimum *ad ſua deſideria coaceruare ſibi magiſtros, prurientes auribus, quibus à veritate auditum auertendo, ad aniles conuertendo fabulas*, ſtudium eſt, immò lucrum. Solicitè proinde à ſuis Epheſijs efflagitabat vas electionis, ne inanibus verbis ſeduci ſe paterentur, quod *Hæreticorum ſermo*, eo vſque tanquam *cancer, ſoleat ſerpere*, donec animum penitus conficiat. D. Ioannes Chryſoſtomus, in epiſtola ad populum Antioch. & ſanctus Auguſtinus, capite 25. lib. 22. de Ciuit. Dei; Hæreticum hominem longe peiorem Ethnicis & publicanis faciunt. Quid cauſæ? Quia eorum peruerſitas tanto eſt omnibus alijs ſceleribus grauior, quanto communibus morbis magis eſt formiduloſa & metuenda peſtis. Duo enim ſunt, quæ peſtem præ cæteris morbis merito horrendam & terribilem efficiunt: Vnum, quod ſumma velocitate venenum ſuum ad cor vſque diffundit, & hominem paulo ante ſanum, penè in momento temporis extinguit. Alterum, quod cum vnum interficit, centum alios inficit, & longè lateque tam celeriter ſerpit, vt ſi hodie domum vnam inuaſerit, breui ciuitatem totam, cadaueribus repleat.

Hæretici, Ethnicis deteriores.

Cur peſtis cæteris morbis formidabilior, duæ cauſæ.

Idipſum eſt in animis hęreſis, quod in corporibus peſtis, primum vitæ ſpiritualis munus, quod à patre cœleſti in conuerſione & iuſtificatione recipimus, primus cordis reuiuiſcentis motus, primus vitæ ſpiritualis ſenſus, abſque vlla controuerſia & dubitatio-

Hæreſis peſti ſimilis.

Bellar. præf. in to. 1. cont. verſ.

bitatione, fides eſt: inde paulatim poſtea ad ſperandum animus incitatur, ad amandum voluntas accenditur, lingua ſoluitur ad confeſſionem, manus expediuntur ad opera. Cùm igitur hæreſis, cor ipſum animæ continuo petat, & in eripiendis muneribus gratię, ad primum vſque deueniat, & initium illud vitæ diuinæ atque cœleſtis extinguat, quæ lues hæreſi peſtilentior cogitari poteſt? Quæ licet præter ſcriptam Dei legem, nihil videatur depromere, rationes tamen ex ſcriptura erutas, non admittit, ne currus intra metas agere coacta, fœdiſſimos errores, putidamq; ſuam inſcitiam cogatur prodere: In hoc quidem Diabolum imitata, qui cum Chriſto diſputans, ſola ſcriptura nitens, rationes declinabat, quibus Chriſtum ſuperiorem fore, ex ſcripturæ interpretatione, metuebat. Neque enim erat neſcius, Scripturam eſſe *petram ſcandali, & lapidem offenſionis*, quæ iuxta Eccleſiæ ſpiritum, non fuerit ritè & expoſita, & intellecta.

Hæreſis, diabolo imitatrix.

Aliam ſanè, de fidei rebus, rationem diſſerendi docuit Saluator, cùm Eſaiæ, de ſuo in mundum aduentu, vaticinium explanaturus, non ſcripturarum duntaxat, aut dictatione, aut lectione, ſed cũ *plicuiſſet librum*, ait Lucas, & *miniſtro reddidiſſet, ſedit*, vt nempe ex Eſaia deduceret, ſecundum varias locorum ac perſonarum circumſtantias, iuxta diuerſorum temporum ſucceſſiones, ac regnorum mutationes, (ratiocinando ex ſcripturis) tum in ſe fuiſſe impletum, quod propheta iamdudum prædixerat.

Explicandæ ſcripturæ Chriſti ratio.

Luc. 18.

Sapienter itaque ſuos Theſſalonicenſes monet Apoſtolus, vt priuatos ſpiritus, & blandos impoſtorum ſectariorum ſermones declinent, nec omnibus, quæ à quibuſuis proponuntur, epiſtolis, addo ſcri-

Paulina ad fugiendas hæreſes, admonitio.

pturis, ſiue ſcripturarum interpretationibus, aures præbeant: Hoc enim illorum eſt proprium, qui *quæſtum pietatem exiſtimantes*, nothas pro germanis ſcripturas exhibere, easq́; pro ſua libidine, vt author eſt Hieronymus, interpretari. Quod ſi Pauli tempore, difficile non fuit Sectarijs, epiſtolas ſub Pauli nomine, ſuppoſitas confingere, Lutheranis arduum non erit, quos volent ſcripturæ ſenſus, eiuſdemq́; iudices excogitare, & quos illis allubeſcet, ſcripturæ libros, vel recipere, vel reijcere, vel infirmare, vel corrumpere.

IV. *Ne quis vos ſeducat vllo modo, quoniam niſi venerit diſceßio primum, et reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis.*

Signa diem Domini anteceſſura.

Diem, ſiue aduentum Domini, non eſſe in præſentiarum præ foribus, inde liquet, ait Apoſtolus, quod inſignis illa defectio à Romano imperio, ſiue commemorabilis illa à fide Chriſtiana apoſtaſia, nec dum ſit in oculis, & mortalium conſpectu: Nam cum filius hominis ad iudicium venerit, *vix fidem reperiet in terra.* Sic enim Antichriſti deluſus artibus orbis Chriſtianus, à Chriſto deficiet, vt eius aduerſario Diaboli primogenito firmiter adhærens, eius voluntatem exactè faciat, & execrabilem doctrinam amplectatur. Vnde non immeritò Apoſtaſiam SS. Patres, Antichriſtum vocauerunt, quod multis author ſit futurus, vt à Deo diſcedant, & ad Diabolum deficiant:

Luc. 18. Theophylact. Theodoret.

Antichriſtus à SS. PP. apoſtaſia dictus.

S. Aug. lib. 20. de Ciuit. Dei, cap. 19.

Ex quibus, impudentiſſimè mentitos nuper fuiſſe

iſſe Lutheranos intellige; cùm Pontificem Romanũ, horrentibus Catholicis viris, Antichriſtum eſſe publicè Ratisbonæ blaſphemarunt: cùm neque à Chriſto defecerit hactenus Pontifex, cuius ipſe gloriam tanto ſtudio nititur extendere, neque Romano imperio rebellarit, cuius ſalutem ingenti ſumptu, hodierno adhuc die, curat, nec à Chriſti doctrina defecerit, qui ſi vnquam (vt omnes norunt) hoc ſanè tempore, ſingulariter fidem conatur & illuſtrare, & inculcare, & propagare, & defendere.

In Lutheranos SS. Pontificem Antichriſtum eſſe blaſphemantes.

Et reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis. V.

Et hic vas electionis, Lutheranam conuincit improbitatem, ac mentiendi libidinem, qua ſedem Apoſtolicam, ſiue Pontificis regnum, eſſe Antichriſtum, nequiter confingit & ementitur. Homo enim hic appellatur, quem ſibi ſuisq; ſectatoribus maximè cõtrarium, in fine mundi futurum, depingit filius hominis, cùm dicit: *Ego veni in nomine Patris mei, & non recepiſtis me; ſi alius venerit in nomine ſuo, illum recipietis:* nempe vita, moribus, & doctrina, adeò mihi diſſimilem, vt inſigni improbitate & perfidia ſua, omnes vincat, quotquot poſt homines natos flagitioſiſſimè vixerunt, viuunt, & viuent. Eam enim ob cauſam, *homo peccati* vocatur, quod atheus, impius, tyrannus, & nequiſſimus ſit, & in ſe, & in alios homines futurus: Quos profligata doctrina, & peſtilentiſſimo exemplo vna ſecum in perditionem & ſempiternum interitum ſit adducturus.

Qualis ſit futurus Antichriſtus.

A vitiis autem & virtutibus, quibus ſunt valdè

Quinam filij

dedi-

in ſcriptura di-cantur. dediti homines, phraſi Hebræa, nominantur *filij*, vt notauit Baſilius: *Sic filius, Sapientiæ* dicitur, qui ſapientiam colit; *filius perditionis*, qui peccatis indulget. Cyrillus in cap. 17. Ioannis, notat Iudam dictum *filium perditionis*, quia voluntate & arbitrio ſuo periit, malum ſequens. *Perditio* enim hoc loco, peccatum ſignificat extremum, in æternam damnationem conducens, quale fuit Iudæ, qui perijſſe dicitur, quod vſque ad mortem impænitens erat, citoq; in æternam damnationem abiturus, quod & Antichriſto continget.

Baſil. hom. in pſalm. 7.
Cyrill. lib. 11. cap. 21.
Tolet. in Ioan.
Quid hic perditio ſignificet.

VI. *Qui aduerſatur & extollitur ſupra omne, quod dicitur Deus.*

Et hic iniurios Pontifici, Lutheranos pronuntiat gentium Doctor, cùm Antichriſtum ſibi religiones cultum exhiberi, vero contempto Deo, idolisq; exterminatis, curaturũ pronuntiat: Neq; enim quempiam Deorum curabit Antichriſtus, ſed contra vniuerſa conſurget, ait Daniel. Idola quidem, inquit Irenæus, ſeponet, ad ſuadendum, quod ipſe ſit Deus: ſe autem extollet vnum idolum. Pontifex autem planè contrarium imperat, quando ſcilicet, iuge vni, & ſoli Deo noſtro, ſacrificium quotidie offerri iubet bonorum operum hoſtijs, diuinam iram placari curat holocauſtis, ſummo rerum Domino gratias agi, templaq; dedicari præcipit: Nemo ſanè eſt, qui SS. Pontifici, Chriſti Vicario, & Petri ſucceſſori, aram aliquando erectam viderit, aut audierit, vt qui in templo non inſtar Dei, ſed humillimi ſeruitoris geſtu, ac corporis demiſſo habitu, diuinum ipſe numen colens,

Summa Lutheranorum, in pontificem iniuria.
Irenæus.
Maximæ pontificum pietas.

colens, ſuppliciter veneratur: vtpote tantum à diuini cultus ſibi exhibendi cupiditate alienus, quantum à vera fide & religione, impij & mendaces Lutherani ſunt remoti.

Num retinetis, quod cum adhuc eſſem apud VII.
vos, hæc dicebam vobis?

Certiſſima veræ fidei nota eſt, doctrinæ per omnes ætates conſenſio, concordia, & vnanimis ſtabilitas: neque enim Spiritus ſancti ſententia, mutationi obnoxia eſt; hanc ideò ſuis dictis epiſtolam, eſſe per omnia conformem, ſcribit vas electionis, quemadmodum & in ea, quæ eſt ad Corinthios: *Quales,* inquit, *verbo fuimus per epiſtolas abſentes, tales & præſentes in facto*; Vbi etiam dicit ſe, hominum inconſtantium more, non cogitare, quaſi apud ſe ſit, *Eſt, & Non,* hoc eſt, quaſi leuis, & omni vento mobilior ſit, aliud hodie, aliud craſtino die docens. Sic etiam D. Ioannes; *Non mandatum nouum ſcribo vobis, ſed vetus, quod habuiſtis ab initio.*

2. Cor. 10.

1. Ioan. 2.

Ex quibus, traditiones ſcriptura eſſe antiquiores, facile quiuis collegerit, quicquid Lutherani contra impudentiſsimè murmurent: Eorum enim quę prius ſermone docuerant Apoſtoli, quædam reipſa, ita exigente (cùm adeſſe coram ſemper, exorta de fidei veritate, controuerſia, non poſſent) literis commendabant, ſed non diuerſa, prout hodie Sectarij faciunt, qui aliud ſtantes, aliud ſedentes, de religione ſcribentes, ſentiunt, nouas quotidie confeſſiones, & noua, inauditaq; dogmata confingentes: Eſt enim hæreſis, nouitatis amans, diſcordiarum mater, & totius an-

Traditiones ſcriptura antiquiores eſſe, contra Lutheranos probantur

tiquitatis hoſtis, & omnis impudentiæ ac mendaciorum index.

VIII. *Et nunc, quid detineat ſcitis: vt reueletur in ſuo tempore.*

Aug. lib. 19. de Ciuit. Dei. Scripturam nõ eſſe claram ex huius loci obſcuritate probatur.

Cùm huius loci tantam eſſe obſcuritatem dicat Auguſtinus, vt prorſus ignoret, quid voluerit Apoſtolus, qua fronte, ſcripturam eſſe claram, & controuerſæ fidei doctrinę iudicem, certumq́ue arbitrum mentiuntur, & aſſerunt Lutherani? Eorum tamen ſententiam improbat Auguſtinus, qui de Nerone (quem multi, ob inſigné crudelitaté, etiam ſanctiſſimi Chriſtiani, Antichriſtum eſſe exiſtimabant) hanc Pauli ſententiam exponebant.

D: Bellarmini explicatio probatio.

Bellarminus, S. R. E. Cardinalis, Græcos & Latinos ſcriptores ſecutus, Apoſtolo dicit eſſe ſermonem de Romani imperij (quod tunc Nero tenebat) euerſione: cuius mentionem ipſis Theſſalonicenſibus præſens liberiorem fecerat, ſed quam publicis literis non audebat committere, ne inde Romanorum incurreret odium & inuidiam. His porrò verbis, hanc eſſe ſententiam putat; Nihil aliud impedire Antichriſti aduentum, quàm Romani imperij (cuius peccata, quibus excidium meretur, nondum exitu ſunt terminata) incolumitatem: Quaſi dicat Apoſtolus: Regnet Nero, qui Romanum tenet imperium, *donec de medio fiat*, hoc eſt, è medio tollatur, tunc caput exeret omnis impietatis incentor Antichriſtus, qui Romani imperij florente nomine, nihil vnquam, aut aggredietur, aut machinabitur, vel con-

tra

tra Deum, vel contra homines: *Omni enim negotio, tempus & oportunitas eſt*, ait Eccleſiaſticus cap. 8. *Omnia enim fecit Deus bona in tempore*, cap. 3. ibidem.

Nam myſterium iam operatur iniquitatis; tantum vt qui tenet, nunc teneat, donec de medio fiat. IX.

Naſcentis Eccleſię perſecutiones, quas & hæretici; vt Simon Magus, & tyranni, vt Nero, Chriſti cultorib. mouerunt, iniquitatis myſterium hic vocantur, q̄ illæ, futuras aliquando immanes ab Antichriſto perſecutiones, ſuo tempore excitandas ſignificarent. Erant enim rei cuiuſdam latentis & futuræ, certũ quoddam indicium & argumentum. Sub eo enim tempore, graſſari clanculum cœpiſſe Antichriſtum inſinuat Paulus, non quidem in ſua perſona, ſed in ſuis perſecutoribus & Pſeudoprophetis atque anteſignanis: Sicut enim *ab origine mundi; Chriſtus* venire cœpit in patriarchis & prophetis, qui eum præcurrentes ſignificabant: ita à mundi primordio, operari cœpiſſe, dici poteſt pietatis myſterium, qui tamen in ſua perſona non venit, donec ex B. Maria, humanam carnem ſuſcepit: Quomodo Antichriſtus, poſt Chriſti in cœlos aſcenſum, venire cœpit in ſuis tyrannis, hæreticis & perſecutoribus, myſterium iniquitatis operantibus.

Quomodo Antichriſtus, poſt Chriſti in cælos aſcenſum venisse dicatur.

Quærit non immeritò, Doctiſſ. Bened. Pererius, Commentar. in Danielem lib. 14. cur paſſurus ſit Deus horrendum illud omnis nequitiæ atq; impietatis

Quæſtio Pererÿ, cur Antichriſtus in mũdo tolerandus.

monſtrum, & illam Eccleſiæ ſuæ calamitatem ac peſtem in terris exiſtere: Et reſpondet, quod Antichriſti aduentus, multum proficiet in bonum, & in gloriam electorum, paritérq; ad improborum confuſionem, atque condemnationem. Principio, ea re, pernoteſcet hominibus, quanta ſit malitia diaboli, quantum odium generis humani, quam inſatiabilis cupiditas perdendi bonos: tunc enim omnem malitiæ ſuæ atque crudelitatis vim oſtendet, effundet, & per Antichriſtum exercebit: Deinde ex eo clariſſimè agnoſcitur beneficium prouidentiæ Dei; qui diabolum tam potentē & pernicioſum hominum hoſtem, ab exordio mundi, vſque ad finem eius, tenet quaſi vinctum, repreſſa eius poteſtate, ne poſſit, quantum veliet, homini nocere. Si enim ſolutus eſſet, faceſſeret omni tempore, & faceret nunc ſimiliter, vt extremo ſæculo facturus eſt; Poſtea, quanto maior cæteris futura eſt illa perſecutio, tanto illuſtrior erit bonorum fides, & admirabilior, in tantis malis ferendis, ſuperandiſque patientia & conſtantia. Quapropter arbitratur Hyppolitus, martyres illius temporis, omnibus ſuperiorum temporum martyribus fore præſtantiores. Quaſi velut vltima Eccleſiæ perſecutio, eſt omnium atrociſſima futura; ſic victoria illa Eccleſiæ, omnium triumphorum eius clariſſima.

Aduentus Antichriſti vtilitas.

X. *Et tunc reuelabitur ille iniquus: quem Dominus Ieſus interficiet Spiritu oris ſui: & deſtruet illuſtratione aduentus ſui, eum.*

Simulabit Antichriſtus initio, pietatem, religionem, innocentiam, & vitæ integritatem, vt Iudæis maximè poſſit placere: Nam Hebræus ex Hebræis creditur generandus: ſed cum eius inſignis hypocriſis, impietas, & flagitia innotuerint, reuelandā dicit hoc loco Paul. ipſius iniquitatem; qua, eo ſuperbiæ putant eum progreſſurum Beda & Haymo, vt mentita morte, ſimul & reſurrectionem ſimulet; ſed fruſtra. Nam, cum ad Chriſti imitationem, in monte ſancto, nempe olіueti, cœlum aſcendere contendet, tum *præcipitabit eum Dominus*, ait Eſaias, *in monte ſancto faciem Dominatoris tenebrarum, ſuper omnes gentes, & eum qui dominatur cunctis populis*, id eſt, non bello, non ferro, non humanis viribis, ſed inuiſibili Chriſti potentia exanimatus, interibit, & nemo ei, ait Daniel, auxiliabitur. *Antichriſti hipocriſis.* *Eſa. 11.*

Aſcendente (ait auctor Scholaſticæ hiſtoriæ) per aëra Antichriſto, audietur vox Chriſti de cœlo miſſa, *morere*, & confeſtim fulmine percuſſus, interibit. D. Gregorius, lib. 11. epiſt. ex Regiſtro Indict. 6. cap. 3. ad hunc modum ſcribit: *Veniens in mundum Antichriſtus, diem Sabbathum & diem Dominicum ab omni iubebit opere cuſtodiri: Nam quia ſimulaturus eſt mori ſe, ac reſurgere, ideò diem Domini in veneratione haberi præcipiet: Quia verò Iudaizare populum compellet, vt ritus Moſaicæ legis reuocet, & Iudæorum ſibi ſubdat perfidiam, diem ſabbathi obſeruari coget.* Hæc Gregorius. Poſt ſimulatam igitur reſurrectionem, ſpectante infinita hominum multitudine, aſcendet in montem oliueti, vnde Dominus aſſumptus eſt in cœlum, &c. *De Antichriſti interitu ſcholaſtica hiſtoria.*

Cum hæc ita gerentur, inquit Lactan. lib. 7. diuin. Inſtitut. cap. 17. & 18. iuſti & ſectatores veritatis, ſegregabunt ſe à malis, & fugient in ſolitudines. *Antichriſti in iuſtos, crudelitas.*

Huc impius rex inflammatus ira veniet, cum exercitu magno, & admotis omnibus copiis, circundabit montem, in quo iuſti morabuntur, vt eos comprehendat, illi verò, vbi ſe clauſos vndiq;, atq; obſeſſos viderint, exclamabunt ad Deum voce magna, & auxilium cœleſte implorabunt. Quorum ancipiti periculo, & miſeranda comploratione commotus, mittet Saluatorem. Tunc aperietur cœlum medium, intempeſta nocte & tenebroſa, vt in orbe toto lumen deſcendentis Dei, tanquam fulgur appareat, &c. Et cap. 19, ibidem: Mihi videtur, quia Numinis cœleſtis venerationem ſibi arrogaturus eſt, quod tum, vt Lucifer in infernum demerſus eſt propter ſuperbiã, & ſicut Herodes, qui Angeli vindicis manu percuſſus expirauit, quod gloriam Deo ſibi Iudæis acclamantibus, non dederit, in præcipitium ſit ruiturus.

XII *Cuius eſt aduentus, ſecundum operationem Sathanæ, in omni virtute, & ſignis, & prodigÿs mendacibus.*

Suæ ſtatim conceptionis initio, Sathanæ malitia replebitur Antichriſtus ſicq; eiuſdem natura ad omne ſcelus, Dei permiſſu, temperabitur, vt Deus omnem Dæmoni licentiam videatur conceſſiſſe, quo ſuam nequitiam, eius opera, tanquam inſtrumento, poſſit exequi. Et quia, Chriſto per omnia contrarius eſt futurus: ideò ſicut ex puriſſimis ſanguinibus beatæ Virginis, opera Spiritus ſancti, conceptus eſt Dominus, ita in conceptione Antichriſti, Dæmon operã ſuam, quã ſuo modo poterit, eſt præſtiturus. Quo ſenſu, D. Hierony-

Dæmonis opera Antichriſtus concipiendus.

ronymus, *Dæmona* Antichriſti patré appellauit, à quo & poſſidendus eſt, (non vt abreptij, qui demétati ſuis in actionib. coguntur) quia eum, in omnibus diriget, ab infantia gubernabit, & ad omne malum impellet. In quam ſententiam, ex fornicatione dicit Damaſc. eundé ingeneratum, omnéq; Sathanæ afflatum ſuſcepturũ: licet verò ſuaſore Diabolo, quæuis mala operaturus eſt, non tamen culpa vacabit, ſicut nec Iudas, nec Iudæi peccato caruerunt, qui dæmonis inſtinctu, ſunt inducti, ad Chriſtum, tum tradendum, tum interficiẽdum. Suadet enim Sathanas, ſed vim nõ infert, prauas excitat cogitationes, ſed voluntatem non cogit, quia libertaté auferre homini non poteſt: Et quia, Diabolus Antichriſto, ceu iumento & inſtrumento, libero tamé, vſurus eſt ad oém nequitiam, ſuam ei virtuté, oés artes, & potentiam ad omne malum impertiet, vt homines, ad omnia flagitia inclinatos, facilius pertrahat. *Antichriſtus liberum arbitriũ habiturus.*

Ac primum ea miracula per ſimulationem patrabit, quæ Meſſiam, olim SS. Patres & Prophetæ prædixère facturum. Ac in primis homines ijs ſignis ludificaturus eſt, quibus Iudæos maximè commoueri poſſe intelliget. Iudæi namq; non contenti tot & tantis miraculis à Chriſto factis, *quærebant ex eo ſignum de cælo videre*. Hinc Lactantius, lib. 7. cap. 17. dicit. *Signa ab Antichriſto patranda.* *Matth. 9. 12.*

Antichriſtum, etiam iuſſurum, ſolem à ſuo curſu ſtare, & imagines loqui: Talia igitur faciet Antichriſtus, iubebit enim ignem de cœlo deſcendere, tum ad vindictam ſibi repugnantium, ſicut Helias de cœlo deuocauit ignem, aduerſus illos Quinquagenarios; tum ad declarandum grata ſibi eſſe & accepta eorum ſacrificia, qui ſacrificabunt ipſi: quemadmodum legimus in veteri teſtamento, Deum *4. Reg. 1.*

ſæpe-

ſæpenumero ſacrificia, quæ ipſi erant gratiſſima, igne cœlitus miſſo, conſumpſiſſe. *Et fecit*, ait D. Ioannes in Apocalypſi, *ſigna magna, vt etiam ignem faceret de cœlo deſcendere in terram, in conſpectu hominum, & ſeducet habitantes in terra; propter ſigna quæ data ſunt illi facere in conſpectu beſtiæ.* Non quod ea ſit facturus quę diuinę prorſius ſunt virtutis, creaturæq; vim exuperant (licet ea ſe facere ſit ficturus) ſed effecta editurus eſt, quæ mortales omnes ſummè admirentur, quaſi vim intelligendi multis interuallis ea excedant: Sicut Pharaonis Magos feciſſe, author eſt Auguſtinus, quæ vires naturæ nō ſuperabant, licet eas ſuperare viderentur.

Aug. l. 3. Tr. c. 8

Dupliciter patrantur à diabolo miracula.

Multa quidem Dæmones facere poſſunt, ſupra humanas vires, quæ miracula videntur; & aliquando ſunt; quæ quidem dupliciter fiunt, aut in apparentia, per ſenſuum illuſionem, aut in rei veritate. Sed quæcunq; huiuſmodi faciunt Dæmones, non aliter faciunt, quam per virtutes naturales creaturarum, quas illi norunt, & velociſſimè ac occultiſſimè applicant, ſicq; à multis infirmitatibus ſanare verè poſſunt, atq; ſic, verbi gratia, aquam in vinum conuertere: virgam in ſerpentes, & è contra, mutare. Quando autem non eſt virtus aliqua creaturæ, quæ effectum talem efficere valeat, ceſſat omnis dæmonis operatio, & ad ſensuū illuſiones ſe conuertit; quod & Antichriſti opera, tanquam inſtrumento, ad aliorum deceptionem, facturus eſt? Ea tamen ſigna, & prodigia, hic *mendacia* vocantur, ob finem, propter quem, ab Antichriſto patrabuntur; nempe, vt ſe verū Meſſiam eſſe mentiens, ſuam legem, Chriſti IESV Domini noſtri lege, & inſtitutis meliorem eſſe comprobet, ac omnibus ſe, pro Dei filio, Domino noſtro IESV Chriſto deſpecto, adorandum exhibeat, &c.

Antichriſti prodigia mēdacia hic dicta.

Et

Et in omni ſeductione iniquitatis, ijs qui per- XII.
eunt, eò quod charitatem veritatis non
receperunt, vt ſalui fierent.

Etſi valde efficacia ſint futura, quæ ad fallendum,
editurus eſt Antichriſtus, ſigna & prodigia, non om-
nibus tamen ea officient, ſed ijs tantum, qui ad pec-
candum ſunt procliuiores, quibus ſcilicet, prauis affe-
ctibus excæcatis, *opertum*, dicit alibi Apoſtolus, *eſſe* *2. Cor. 4.*
Euangelium. Eiuſmodi ſunt V. G. quos Dominus allo-
quens interrogat; *quomodo poteſtis credere, qui gloriam ab* *Antichriſti miracula non omnib. obfutura.*
inuicem accipitis, & gloriam, quæ à ſolo Deo eſt, non quæri-
tis? Quaſi diceret Dominus; perditionis multorum
cauſam, eſſe ambitionem, quia ea, ſicut & inolita a-
liorum multorum vitiorum conſuetudo, magnum
multis hominibus impedimentum affert, ne Chriſto
credentes, ad veritatis lumen perueniant. Animi ſi-
quidem paſſiones, ait Hilarius, ſicut & immoderati af- *Hilar. li. 9. de Trinit.*
fectus, ſępe mentē ſuo de ſtatu deijciunt, ne veritatem
agnoſcat, atq; cognitam ſequatur, aut exterius cōpre- *Multorum perditio, ambitioſa eſt.*
henſam profiteatur, vitamq́; profeſſioni ſuæ confor-
mem traducat; ſicut alibi dicit Apoſtolus, *quoſdā verbis* *Tit. 3.*
Chriſtum quidem profiteri, ſed quē factis interim negant, nē-
pe mala vita, corruptis moribus, &c. Quemadmodū n.
mortis cauſam reijcere nō poteſt æger in medicum,
cuius conſilia ſalutaria aſpernatus, prauæ conſuetudi-
ni (à qua morb⁹ originē traxit) nolens remittere nun-
tium: ita peccator, ſuæ damnationis authorē exiſtima
re Deū, ſemper ad meliora varijs medis prouocantē,
nō debet, qui pernicioſa hominū ꝑditorum conſilia
ſequitur, legi diuinæ repugnantia. Vnde eſt, ꝙ Iudæi *Iudaeorum ſuperbia & hipocriſis.*
potius apud homines, probi, pij, & religioſi apparere

volebant,quam verè & coram Deo eſſe: potius non credere in Ieſum,elegerint,quam illum amplecti; ne ſuo honori,in eundē credendo,viderentur derogare, qui de ſe,quā de Chriſto, maiorē habentes opinionē, à primorib.ſuæ gentis deſpectū.Dominum ſciebant. Præferebant enim, magni fieri ab hominibus potius, quam à Deo. Et licet Ieſum,eſſe Meſſiam crederent, quia tamen cū fide,*Dei charitatē non habebant*,dicit hoc loco Paulus, *quod charitatem veritatis non receperint, vt ſalui fierent.*

Ioan.5.

In Sectarios, fidem ſine charitate eſſe poſſe negantes.

Hoc itaq; noſtri tēporis Sectarios apertè conuincit,negantes fidem eſſe poſſe ſine charitate,licet Ioan. cap.7.& 12.multos ex principib.credidiſſe, affirmet, qui tamen confitendo non diligebant,ſicut locū c. 12. Ioan.(*dilexerunt enim gloriam hominum magis, quam gloriā Dei*)exponens D.Auguſt. reſpondit,Apoſtolos cōtrarium feciſſe,qui pro nomine Ieſu,contumelias,verbera,iniurias,flagella,mortem pati,& nihili ab hominib.fieri,elegerunt.Multos autē in Chriſtū alibi crediſſe dicit Scriptura,qui poſtea præ timore excluſionis ex ſynagoga,nō auſi ſunt eundē,vel ſequi,vel profiteri,quos Salomō execrans,& eorū malitiam reprehēdens,dixit,q, nec intellectu veritatē perceperint, nec eundē affectu voluerint percipere, licet Dñs opera diuinæ potentiæ plurima,apud eos effeciſſet,quæ Eſaias patranda per eum,prædixerat,dicens: *Domine quis*

XIII. *credidit auditui noſtro,& brachiū Domini cui reuelatū eſt?*

Ideo mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio.

Sic permiſſionis diuinæ Scriptura mentionem facit,quaſi res aliqua diuino cōſilio fieret,quā minimè tamen intendit aut deſiderat: Quo ſenſu dicit hic A-

poſto.

poſtolus, permiſſum iri, venire Antichriſtum, vt Iudæos præcipuè, in pœnam ſuæ perfidiæ decipiat, ſicut & ipſe Dominus alibi non obſcurè inſinuauit, cum dixit: *Si alius venerit in nomine ſuo, illum recipietis.* Ex quo, præcipuum videtur Antichriſti conſilium, & inſtitutum futurum, vt ſuis malis artibus, fraudibuſq;, impios Iudæos fallat: nam, *propter peccata populi*, ſæpe *permittit Deus regnare hypocritam*, & hæreſes ab impoſtoribus & Pſeudoapoſtolis longè lateq; diſſeminari, quia Spiritũ Dei, p Chriſtũ, vt Saluatoré oblatum, à ſe repudiant, quo ſaluté adipiſci certò certius poterant. *Antichriſtus Iudæos primo decepturus.*

Dicit autem *operationem*, hoc eſt, fontem erroris, mittendum, q, ea ſint pleriq; cęcitate futuri, vt diuinas, internas & externas illuſtrationes non percipiant, ſpiritus ſancti motiones contemnant, & ita aſpernentur, vt cum impijs dicant, *recede à nobis, viam ſcientiarũ tuarum nolumus.* Tales ſunt, qui cor obſcuratum habent, & in vitijs ita ſunt enutriti, vt *in ſuis cogitationibus euaneſcentes, omnem carnis & cogitationum voluntatem faciant*, donec eo tandem pertingant, vt *creaturæ potius, quam creatori ſeruiant:* Quales eſſe dixit alibi Apoſtolus, qui *veritatem Dei in mendacium commutant*, quemadmodum Sectarij hoc tempore teſtantur, qui proprio iudicio, in obſtinationis ſuæ pœnam, videntur condemnati. Quibus manifeſtè congruit, quod Ethnicis & idololatris Apoſtolus cap. 1. eius, quæ eſt ad Romanos ſcripta, tribuit, dum eos *veritatem in iniuſtitia detinuiſſe*, hoc eſt, (ait Baſilius, in ſuis regulis breuioribus) datis à Deo bonis, ad proprias voluntates & voluptates eſſe abuſos: quod vitium in ſe fuiſſe negauit Paulus, cum ſcripſit Corinthijs: *Non ſumus ſicut plurimi, adulterantes verbum Dei*, cuiuſmodi ſunt iniqui Sectarij,

Cur operatio errorũ mittẽda dicatur.

Rom. 1.

Sectarij Veritatẽ Dei in mendacium commutantes.

ctarij, qui ſimplici plebi *narrant fabulationes, ſed non vt legem Domini. Sicut enim*, ait Chryſoſtomus, *cui regales pecuniæ creditæ fuerunt, mandatumq́; accepit, vt eas in Regis honorem impendat. Is ſi eas pecunias in prædones, & ſcorta, et Magos contulerit, hoſq́; regijs pecunijs, opulentos, & ſplendidos reddiderit; tanquam qui maxime Regis voluntatem offenderit, grauiſſimas pœnas perſoluit*: Ita & ſapientes Ethnicorum, cum notitiã Dei accepiſſent; eiuſq́; ſuper omnia, gloriam & maieſtatẽ cognouiſſẽt nihilominus tamen & cultum ſoli Deo debitum, vaniſſimis Idolis adhibentes, in iniuſtitia veritatem detinuerunt, affeceruntq́; iniuria, non ea; ſicut decens & iuſtum fuit, vſi; quamobrem inexcuſabiles ſunt, maximiſq́; digni ſupplicijs, ſicut hodierna die Lutherani, multos contra conſcientiam ſuam ſeducentes.

Chryſoſt. ſimilitudo diligenter notanda.

Quædam peccata ſequentium peccatorum cauſa.

Ex his liquet, eſſe quędam peccata, quæ cauſę ſunt ſequentium peccatorum, & pœnæ antecedentium, ſicut eius, quæ eſt ad Rom. cap. 1. docet Apoſtolus, ſapientes Ethnicorum, qui verum Deum cognouerunt, in pœnam fędiſſimæ idololatrię, traditos fuiſſe in reprobũ ſenſum, & in turpiſſima flagitia: Deũ peccata peccatis punire, paſſim Scriptura teſtatur: Hoc pſal. 68. docet Propheta Dauid, vel Chriſtus in perſona & verbis prophetæ, cum in Iudæos dixit ad Deum patrẽ: *Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum, & non intrent in iuſtitiam tuam.* Cæcitas enim mentis, ait Auguſtinus, quam ſolus remouet illuminator Deus, & peccatum eſt, quo in Deum non creditur, & pœna peccati eſt, qua cor ſuperbum digna animaduerſione punitur: & cauſa peccati eſt, cùm mali aliquid cæci cordis errore cõmittitur. Hæc, & ſimilia Auguſt. lib. de nat. & grat. contra Pelagian. cap. 22. D. etiam Gregorius ſuper hęc verba: *Si conuerſus iuſtus à iuſtitia ſua fecerit iniquitatẽ,*

Ezech. 3.

ponam

ponam offendiculum coram eo: hom. 11. ita ſcribit: Cur adhuc Deus ei ponet offendiculum, quem iam impiè egiſſe, & cecidiſſe per iniquitatem, quam patrauerat, conſpicit? ſed diſtricta valdè ſunt omnipotentis Dei iudicia. Nam qui peccatorem diu exſpectat, vt redeat, ei non redeunti, atq; contemnenti, ponit adhuc, vbi grauius impingat. Peccatum quippe, quod per pœnitentiam citius non deletur, aut peccatum eſt, aut cauſa peccati; ſimul & pœna peccati. Omne enim, quod prius committitur contra legem Dei, peccatum eſt, ſed ſi citius per pœnitentiam non tergitur, iuſto iudicio, Deus obligatam peccatis mentem, etiam in culpam alterã permittit cadere: vt qui flendo & corrigendo noluit mundare quod fecit, peccatum incipiat peccato cumulare. Hæc Gregorius. Cui ſubſcribit Iſodorus, libr. 2. de ſummo bono, cap. 19. vbi prę-cedentia peccata, ſequentium criminum ita eſſe cauſas dicit, vt illa quæ ſequuntur, ſint præcedentium pœna. Præcedentium vero peccatorum pœna, ipſa vocatur induratio, veniens de diuina iuſtitia. Hinc eſt, quod Eſaias, cap. 63. dixit Deo; *induraſti cor noſtrum, ne timeremus te.* Neque enim qui mali ſunt, impelluntur, vt mali fiant; ſed dum mali iam ſunt, indurantur vt deteriores exiſtant, ſicut hoc loco aperte docet Apoſtolus. Non quod Deus malitiam infundat voluntati, nec eam efficaciter moueat ad malum, verùm iuſto iudicio, vindicans peccatorem, diu multumq; in magnis peccatis verſatum, non modò non infundat gratiam, qua prohibeantur praui motus, & appetitiones humanæ voluntatis, ſed etiam quod ponat eis occaſiones & offendicula, ad quæ grauius illi impingant; ſuo tamen vitio, vertentes videlicet occaſiones,

Induratio, qua?

Quomodo Deus peccatores, in peccatis induret.

quibus reſipiſcere atque emendari debebant, in maiorem occaſionem peccandi: ſicut videre licet in Pharaone. Nam Deus ſecundum Auguſtinum, inclinat quidem voluntatem hominis ad malum, nõ efficienter eam mouendo, ſed tantùm per occaſionem, &, vt ita dicam, obiectiuè: quod multa faciat & obijciat homini vitijs corrupto, quę illius prauam voluntatem inclinatura ſunt ad malum. Quæ Auguſtini doctrina congruit cum eo, quod dixit Deus per Ezechielem prophetam: *Si iuſtus conuerſus fuerit à iuſtitia ſua, & fecerit iniquitatem, ponam offendiculum coram eo.* Et cum eo, quod ſcriptum eſt, Sap. 14. *creaturas Dei factas eſſe in odium & in tentationem animabus hominum, & in muſcipulam pedibus inſipientium.*

Ezech. 3.

XIV. *Vt iudicentur omnes, qui non crediderunt veritati.*

Iudicandi voce, quid hic intelligendum.
Ioan. 1.

Iudicandi voce, non cauſæ diſcuſſionem, aut pronuntiationem ſententiæ, ſed condemnationis pœnam intellige, qua iudicandi ſunt, qui claræ veritatis luci reſtiterunt. Ij autem ſunt, qui Chriſtum *in propria venientem, non receperunt*, quem tamen ex admirandæ virtutis operibus, & ſingulari doctrina, Meſſiam eſſe, potius agnoſcere, & poterant, & debuerant: Eius enim vita innocente, omniq; reprehenſione vacua, attenta, & efficaciſſimæ doctrinæ conſiderata veritate, haud difficulter adduci potuerè Iudæi, vt de ea nihil poſſet dubitari, ſi à vitijs liberi, ſenſus obtuſos, ſtupore mentis non habuiſſent. Chriſti ſiquidẽ voces hęc etiam ſunt Ioan. 15. *Si non veniſſem, & locutus eis non fuiſſem, peccatum non haberent*: Et, *Si non veniſſem, & opera non*

ra non feciſſem, quæ nemo alius fecit, peccatum non haberent. Sed hæc eſt forma & ratio, qua iudicati & damnati ſunt homines, *quia venit lux in mundum, & multi elegerunt potius in ſuis tenebris permanere, quàm lucem recipere.* Lux enim tenebras non attulit, ſed homines in eis inuenit. Venit autem lux ipſa, vt fugatis tenebris, vitæ lumen mundo cæcutienti communicaret, quod quia recipere homines mundi huius noluerunt, iudicio ſunt aſſcripti, & æternùm damnati, quod videlicet, Dei ignorationem & errores magis, quàm apertę & oblatæ veritatis cognitionem dilexerint: Ideò conſenſerunt iniquitati, id eſt, operibus mortuis operam dederunt, adeò vt propter carnis illecebras, mundi lenocinia, & dæmonis improba conſilia, quæ diuinæ legi aduerſantur, nihil vel quærerent, vel ſequerentur, vel ſectarentur.

Hominum, in non recipiendo Meſſia, malitia.

Ioan. 3.

Hoc etiam multis Sectariorum coriphæis & anteſignanis, hodierno die euenit, qui conſcientiæ ſcrupulum metuentes, ne ſi aliquid verum vel Catholicũ credant, prohibeantur id retinere, quod diligunt, vt V. G. quæ à religioſis hominibus & templis Orthodoxorum, per ſacrilegia ſurripuerunt, reſtituere. Hi ſanè, in ſuis prauis operib. malle manere, cenſendi ſunt, quam lucem veritatis oblatam recipere; ne ſe malè agere, & à propria conſcientia, & ab alijs etiam conuincantur: Ideò veritatis fidem, nec inquirere, nec oblatam recipere volunt: Nam fides non inducit neceſſariò ad aſſenſum audientes, niſi pius adſit bonæ voluntatis affectus, mouens ad aſſentiendum. Vnde fit, vt Hæreticorum, qui obſtinatè nolunt veritatem inquirere, ignoratio ſit culpabilis, & damnationi obnoxia; quia ſic eſt affecta, vt ſcire ſi vellent, poſſent, deberentq;.

Hodiernorum Sectariorum improbitas.

Hæreticorum ignoratio inexcuſabilis.

rentq́;. Qua ratione, dicitur Ioan. 7. Et me ſcitis, & vnde ſim, ſcitis; cùm tamen poſtea cap. 8. dicatur; neque me ſcitis; Scire autem dicti ſunt Iudæi, quia ſcire potuerunt, ſi voluiſſent.

XV. *Nos autem debemus gratias agere Deo, ſemper pro vobis, fratres dilecti à Deo; quod elegerit nos Deus primitias in ſalutem, in ſanctificatione ſpiritus, & in fide veritatis.*

Eius beneficij memoriam vult Theſſalonicenſes iugiter recolere, quo ſunt à Deo cumulati, cùm per efficacem Apoſtolorum prædicationem, primi quodammodo ad Chriſtianiſmum, coöperante Deo, vocati, cœleſtibus donis fuêre largiter imbuti. *Primitiæ*, prout vox Græca ἀπάρχαι ſonat, & primos fructus, & primam oblationem, & in vniuerſum, cuiuslibet rei initia & primordia denotat. Quæ vox, in maximam Theſſalonicenſium commendationem, à Paulo eſt addita, vt eoſdem ad Chriſtianiſmum, primos ferè omnium in Græcia vocatos, maximis & præſtantibus Spiritus ſancti donis cumulatos fuiſſe ſignificet. Apoſtoli quidem, ſe ſpiritus primitias accepiſſe gloriabantur, quod eorum ſpiritus, tanquam ſacrificium quoddam, iam Deo oblati eſſent, & diuino charitatis igne comprehenſi, vt auctor eſt Auguſtinus; *Veritas enim, primo ſpiritum noſtrum obtinet*, ait, *vt per hunc cætera comprehendat. Iam ergo habet primitias oblatas Deo, qui dicit; mente ſeruio legi peccati.* Et rurſus, *Deus, cui ſeruio in ſpiritu meo.* Hæc ex Auguſtino, quæ ad Theſſalonicenſiũ laudem

Primitiæ nomen, quid importet.

Rom. 8.

Auguſt. lib. 13. quæſt. q. 64.

laudem maximè poſſunt accommodari. Non quod operibus iuſtitiæ, quę ipſi feciſſent, diuinam in ſe liberalitatem prouocaſſent, ſed vni miſericordiæ diuinæ, id tribuendum eſſe inſinuat Apoſtolus, cùm eos à Deo dilectos vocat.

Eſt enim inter noſtrum, & Dei amorem hoc diſcrimen, quod noſtrum amorem ratio præcedat in eo, qui amatur, propter quam rationem iure aliquis à diligente diligitur. Amor enim noſter inuenit, non autem facit, quod amat: at diuinus, in amato, rationem aliquam amandi non inueniens, amabilem hominem amando facit. Vt enim in amore naturali, quo cuncta dilexit Dominus Deus, vt eſſent, nullum naturale bonum in rebus creatis præceſſit quod amaret, ſed Deus amando, bonum fecit: ita etiam in vocatione & iuſtificatione impij euenit; quemadmodum inſinuauit D. Ioannes; *Non quaſi*, ait, *dilexerimus enim*, (prius ſcilicet) *ſed quoniam ipſe prior dilexit nos.* Vnde Auguſtinus annotans illud verbũ, *dilectis à Deo*; *Non*, inquit, *dicitur diligentibus Deum, ſed dilectis à Deo, quia enim dilecti ſunt, propterea diligentes ſunt.*

Inter humanũ & diuinum amorem, diſcrimen.

1. Ioan. 4.

Auguſt. in expoſ. cap 1. epiſt. ad Rom.

Ex hoc porrò, mirificè Dei erga homines dilectio, commendatione, vel admiratione potius, digna eſt, quod cùm malum & demeritum in eo quem diligit, reperiat, (propter quod odio & pœna eum debebat proſequi) nihilominus tamen, eundem diligere incipit, quemadmodum in ea, quæ Romanis ſcripta eſt, notauit Apoſtolus, dicens: *Commendat Deus charitatem ſuam in nobis, quoniam cum inimici eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt:* Ac ſi dicat: Mira eſt in hoc Dei charitas, erga homines, qui cùm odio & pœna digni eſſent, eos dilexerit, in hac ſcilicet vita, per gratiam, in

Mira Dei in homines dilectio.

futura autem per gloriam. Hominis enim affectum per gratiam, ſanat Dei benignitas & miſericordia, cuius mentem fide & veritate prius illuminauit, quemadmodum declarat Apoſtolus hoc loco, dum ait; quod *Deus elegerit eos primitias in ſalutem, in fide & veritate*. Quod Ioannis cap. 17. videtur inſinuaſſe Dominus, cùm æterno patri dixit: *Notum feci eis nomen tuum, & notum faciam*, (hoc eſt, te eſſe patrem meum ex mea reuelatione cognouerunt) *vt* dilectio, qua dilexiſti me, in eis ſit, & ego in ipſis. Et hoc quidem dicit, vt ſignificet, quando DEVS aliquem diligit, ipſam dilectionem, quæ Spiritus ſancti eſt, eſſe, ac inhærere in dilectis per gratiam: Quo pacto, Theſſalon. primi cognouerant dilectionem patris, qua Chriſtum filium dilexerat, & hoc ipſum cognoſcendo, Chriſtum in ſe manentem ſentiebant per gratiæ donum.

Generalis, & ſingularis Dei amoris differentia.

Vnde fit euidens, diſcrimen inter amorem generalem, quo Deus cuncta proſequitur, quæ fecit, & inter illum ſingularem, quo credentes in Chriſtum, diligit. Illo enim ſic Deus diligit omnia, vt amorem ipſum eis non communicet; Ex amore quippe benefacit omnibus, amorem tamen ipſum ſuum non dat eis: Hoc verò ſingulari amore, ſic diligit credentes, vt non ſolum eis magna beneficia conferat, filiosque adoptionis eos efficiat, ſed etiam ipſammet dilectionem ſuam & amorem eis donet, vt in ipſis verè ſit. Patris enim dilectio, Spiritus ſancti eſt, quem credentibus dat, vt per eum efficiantur filij, & recipiant bona, quæ ex eodem, & amore, & dilectione procedunt. Hinc eſt, quod 1. ſuæ Canon. cap. 3. dicat

Ioan-

Ioannes; *Videte qualem veritatem dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur, & ſimus*; eandem enim charitatem, qui Spiritus ſanctus eſt, dedit, vt filij Dei eſſemus per eum, ſicut cap. 8. Romanis ſcribit Apoſtolus: *Accepiſtis Spiritum adoptionis filiorum Dei.* Et ad Gal. 4.

Quid hic Lutherani? qui maligne tegi duntaxat, non tolli, non remitti, non donari, ſed non imputari peccata, per ſanctificationem & dilectionem diuinam, blaſphemant; Quaſi Deus, ſanctificando hominem, amabilem, bonum & iuſtum fingat, qui verè iuſtus, amabilis, & bonus non eſt Lutheranorum impia ſententia, cùm tamen alibi expreſsè dicat Paulus: *Et hæc quidem facti* (nempe adulteri, fornicarij, idolis ſeruientes, &c.) *ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine Domini noſtri* IESV CHRISTI. Item: *Eratis natura filij iræ, nunc autem lux in Domino.* Sed eo ſtupore mentis ſunt Sectarij, vt non intelligant hominem ſimul tenebroſum & lucidum eſſe oportere, ſi vera eſt eorum de iuſtitiæ imputatione, ſententia.

Contra Lutheranos non tolli, ſed tegi duntaxat peccata per ſanctificationē, mentientes.

1. Cor. 6.

In quam & vocauit vos per Euangelium noſtrum, in acquiſitione gloriæ Domini noſtri Ieſu Chriſti. XVI.

Quod Paulus ante *veritatis fidem* appellauerat, hic *Euangelium* nominat, cuius prædicatione, vocante Deo, imitati, Chriſtum fuerant Theſſalonicenſes amplexi. Quia etenim *Euangelium*, quæ ſub vmbris & figuris latebant, explicat, & quæ promiſſa erant, exhibet; & quia denique perfectiſſimam

Quid hic Euangelium dicatur.

cognitionem diuinorum ad ſalutem neceſſariam, præſtat, ideò nomine *veritatis*, frequenter appellatur. *Cùm ſuſcepiſſetis verbum veritatis*, ait in ea quæ eſt ad Epheſios; Et etiam ad Galatas: *Quis vos impediuit obedire veritati?*

Epheſ. 1.
Gal. 5.
Cur Euangelium, veritas in ſcriptura dicatur.

Quia verò Spiritus ſancti ſuggeſtione, fidei doctrina nititur, ideò magiſter, & Doctor Euangelij, *Spiritus veritatis* à CHRISTO vocatus eſt, cùm promitteretur ad Eccleſiæ conſolationem, & retinendam veritatem, Apoſtolis, Doctoribus, & Prophetis ſemper affuturus. Hinc eſt, quod & Paulus noſter, ſe *Doctorem in fide & veritate*, nominet, quia non cuiuſcumque fidei, ſed Euangelicæ Doctor erat, quæ fides, vmbras illuſtrat, promiſſiones implet, & diuinorum cognitionem ad ſalutem neceſſariam, ſuppeditat. Ideò ſe Dominus, *in mundum veniſſe* profitebatur, *vt* ſcilicet *teſtimonium perhiberet veritati*, quam expreſſit Ioann. 17. *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te Deum verum, & quem miſiſti, IESVM CHRISTVM.* Quia tres virtutes has, Euangelium continet, ideò frequenter ab Apoſtolo nomine *veritatis* appellatur.

1. Timoth. 3.
Ioan. 18.

Suum porrò vocat *Euangelium*, quod eius publicatio, ſibi fuiſſet à Deo, credita. Quaſi dicat, ſe ad hoc, talem à Deo fuiſſe præconem conſtitutum, qui Euangelij tuba, Theſſalonicenſes ad eam gloriam capeſcendam, prouocaret, quam CHRISTVS, ſuis cultoribus promiſiſſet & acquiſiuiſſet. Vocationis enim diuinæ fructus eſt, gloria æterna, ſicut alibi teſtatum facit Apoſtolus, dicens: *Non poſuit nos Deus in iram, ſed in acquiſitionem ſalutis, per Dominum noſtrum*

Cur Euangelium, ſuum vocat Apoſtolus.
1. Theſſ. 5.

ſtrum Ieſum Chriſtum. Item: *Vt ſciatis, quæ ſit ſpes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in ſanctis.* Item: *Quos vocauit: hos & iuſtificauit.* *Eph. 1.* *Rom. 8.*

Itaq; fratres ſtate, & tenete traditiones quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram. XVII.

Stare, rectum corporis habitum denotat, & hominem excitatum erectumq́;, ad aſpectum & contemplationem rerum cœleſtium demonſtrat, firmum ad reſiſtendum, paratum ad ambulandum, & quaſi accinctum ad operandum, deſignat, vt ex varijs Apoſtoli ſententijs facile colligitur; Ideò iuſti, qui ex fide viuunt, *ſtare*, nempe fundati ſupra firmam petram, contra ſeductorum perfidiam, Sectariorum errores, & Cacodæmonum fraudes, inſidias & machinamenta dicuntur: qui verò *omni verbo doctrinæ circumferuntur*, mouentur, agitantur, inſtabiles potius, quàm firmi, ſtabiles, fixiq́; dici poſſunt. *Standi verbo, quid denotetur* *Abac. 2.* *Rom. 16.* *1. Cor. 15.*

Monet ergo Theſſalonicenſes Apoſtolus, vt fidei documenta, quæ, & per epiſtolam, ſiue ſcriptis docuit, & verbis, ſiue ſermone coram, quaſi per manus tradiderit, conſtanti fide retineant. *Sciebant enim*, inquit S. Auguſtinus, *Theſſalonicenſes, quod Apoſtolus docuerat viua voce, nos autem ſcire non poſſumus, qui Apoſtolum non audiuimus.* *Aug. l. 20. de Ciuit. Dei. c. 19.*

Cum ergo non oïa ſcripta ſint, quæ iubet Apoſtolus ſeruari, & diligenter ſynce req; retineri, fit euidens, aliqua documenta, tam ad fidei doctrinam, quã ad vitæ rationem ſpectantia, credenda retinendaq́; hic *Non omnia ad fidẽ pertinẽtia Can. libris cõtinentur.*

 com-

commendari, quæ libris Canonicis non continentur. Vnde Baſilius: *Apoſtolicum*, inquit, *arbitror eſſe, etiam in non ſcriptis traditionibus perſeuerare*, &c. *Hinc patet*, ait Chryſoſtomus in hunc locum, *quod non omnia per epiſtolas tradiderunt* (Apoſtoli) *ſed multa etiam ſine literis: Eadem verò fide digna ſunt, tam illa, quam iſta, Quamobrem Eccleſiæ quoque traditionem cenſemus eſſe fide dignam: Eſt traditio? nihil quæras amplius*, Hæc Chryſoſtomus.

Chriſtiana religio in primæua Eccleſia dupliciure recta.

Quia verò ſatis habetur exploratum, alia ſcriptis, per epiſtolas tradidiſſe, alia ſermone tantum, eorum quæ obſeruare deberent, Eccleſias admonuiſſe. Ex his accidit, ait Baronius, vt Chriſtiana religio, ab ipſo exordio naſcentis Eccleſiæ, iure duplici regeretur, nimirum ſcripto, & ſine ſcripto, legibus videlicet, & conſuetudine; quod cuiq; bene inſtitutæ Reipublicæ cōmune fuit. Lacedæmones enim, Athenienſes, Romanos, & alios, ad bene adminiſtrandam Rempublicam, tum ſcriptis, tum non ſcriptis legibus, & ijs, quæ maiorum conſenſione probatę ac receptæ eſſent, vſos eſſe, perſpicuum eſt ex omnibus.

Duplex diuini Verbi exiſtentia.

Impreſſum Verbum.

Expreſ. Verbū.

Dei autem verbum duobus modis exiſtere, nemo unquam dubitauit, nempe expreſſe ac impreſſe. Impreſſum eſt, quod interna notitia continetur Prophetæ vel Apoſtoli; quem Spiritus ſanctus, inſpiratione ſua docuit. Expreſſum autē, vt idem per Prophetas & Apoſtolos eſt patefactum: Quod duplex eſt, vt locus hic teſtatū facit: Vnum, quod dictante Spiritu ſancto, Apoſtoli vel Prophetæ literis conſignarunt: Alterum, quod viua voce alijs tradiderunt.

Dei Verbum, Scriptura latius patet.

Ex quibus, fit euidens, Dei verbum, Scriptura latius patere: neq; enim ad ſalutem omnia neceſſaria dogma-

dogmata complectitur verbum literis expreſſum: adeò vt ſtultè admodum traditiones oppugnantes, Arrianos, Neſtorianos, Euthichianos, &c. imitentur Lutherani, quas tamen ſeueriſſimè & ſæpiſſimè iubet ipſa veritas obſeruari. Quid, quod ſolis traditionibus, vni naturæ legi ſubditus populus ſalutem eſt adeptus, & Eccleſia iuſto temporis ſpatio, ſapientiſſimè eſt gubernata. *Luc.16.*

Mirum proinde videri poterat, quibus rationibus, Catholici Doctores adduci potuerint, vt publicè cum Lutheranis diſputarent, qui principia Theologiæ nō minus proteruè, quam malitioſè negabant. Ego verò, ait Melchior Canus, cum Lutheranis quotieſcunque me cōparo, repentè à me auertitur oratio mea, & oīs ſtatim mihi diſputandi ratio tollitur; Quo namq; conſilio aduersū hos diſputare, aut debeā, aut poſſim, qui cum oīa Theologiæ principia tollūt, tum vna ferè ſola aſſeuerandi audacia vtuntur, quę illis perpetua eſt, pro locis Dialecticis, Theologicisq; omnib. Quid ergo cōtra hos ſcribā, q nullam in Eccleſia legē eſſe volūt, per quā Scripturæ ſenſa finiātur. Si ſæpius habitis inter Catholicos & Sectarios conuentib. & colloquijs, Doctiſſ. ille vir interfuiſſet, Lutheranam diſputandi conſuetudinē melius depingere nō potuiſſet, quā cum ſubdidit: Mahumet⁹, inq t, ne, ſi res eſſet via & ratione explorata, in male ſuſcepta cauſa, cedere cogeretur, oēm diſputationis aditum, lege ſuis edita, præcluſit: Et Lutherus, ſuis diſſerendi principia tollens, ſi diſputationem inſtituat, nec aditum, nec exitum poterit reperire. Quapropter, ait, miſeri Lutherani, haud ſecus, atque Saraceni, nec ſuas, nec magiſtri poſſūt ineptias deprehendere, nec nos, cum ijs aliud poſſumus, quàm oleū

Lutheranorū in diſputādo inſcitia & impudentia.

Melchioris Cani de Lutheranis ſententia.

Eiuſdē Lutheranorum diſputandi modus.

&c o-

&operam perdere; Qui tamen haberent ius ſuum diſputandi, ſi principiorum aliquem delectum reliquiſſent, vt ad veritatis inuentionem aditus eſſet; nũc autem nulla principia relinquunt: Vana igitur cum eis erit & futilis diſputatio. Hactenus Canus.

Quænam viua voce tradebant Apoſtoli.

Quæ autem viua voce pronuntiabant Apoſtoli, ea fuiſſe exiſtimo, quæ Chriſtus *non potuiſſe* ſuos diſcipulos, dum adhuc eis adeſſet, *portare* dixit quæ partim Spiritus ſancti ſuggeſtione, poſt ſuam in cœlum aſſumptionem, erant docendi, & quorum plurima, *per dies quadraginta apparens eis*, corã de regno Dei, cum eis diſſerens, aperuit, quæ ſub depoſiti nomine, Timotheo ſuo ſingulariter commendabat Apoſtolus, nempe dogmatum fidei inſignem theſaurum, & reconditam myſteriorum religionis noſtrę intelligentiam, quæ ſacris literis minimè ſunt conſignata, vt exemplo ſunt V. G ſacri libri, veteris & noui teſtamenti, quos vt ſacros & diuinos, ſemper Eccleſia Romana credidit.

Act. 1.

Eiuſmodi tamen ex ipſa Scriptura tales eſſe, non poſſumus probare, ſed ex vna Romanæ Eccleſiæ traditione, cui Lutherani cum alijs Sectarijs, illos eoſdem libros deberent referre acceptos, niſi viperarum eſsét illa viroſa progenies, quæ matrem tuam, ex qua ortus ſui principium duxerunt enecãt. Nam ab ipſa Scriptura accipere non potuerunt ſtupidi Lutherani, hos libros Canonicos, ad numerum eſſe ſacros, niſi fortaſſe (vt valde ſancti ſunt, ſcilicet) ex reuelatione diuina, ſine vllo ſcripturæ, vel præſentis Eccleſiæ teſtimonio, id acceperint, cùm tamen ex auditu, fidem de iſtorũ librorum, & aliarum veritatum fidei auctoritate, concipi debere, non ignorent: Neq; enim, rebus fidei, aliquid ineſt authoritatis, quod Eccleſia, *(quæ columna & firmamentũ eſt veritatis)* nõ approbârit; cum Deus, ſine mini-

Contra Lutheranos Scripturæ nimium tribuentes.

miniſterio humano, nihil de fide ſoleat proponere: *Eſt enim fides ex auditu*, hoc eſt, vera fidei doctrina, ex miniſterio legitimo, veræ Eccleſiæ debet concipi.

Ex quo liquet, ab eiuſdem authoritate, in tradendis libris ſacris, ad aliorum dogmatum certitudinem, quæ ea Eccleſia firmiter tradit, in fidei rebus eſſe ratiocinandum: Sed Lutheranis euenit, quod olim Scribis & Phariſæis, qui cum inquirerent & ſcrutarentur Scripturas, in quarum obſeruantia poſitam eſſe vitã æternam putabant, ad Chriſtum tamen venire præ ſua malitia, nolebant. Certum enim eſſe ſciunt Lutherani, verbo tenus Apoſtolos plurima tradidiſſe, quæ literis nunquam mandauerunt, ſed quæ verbi Dei vim cùm habeant, non minus obſeruanda, credẽda & tenenda, ac ſi ſcriptis eſſent expreſſa: *Quanta audiuimus & cognouimus ea; & patres noſtri narrauerunt nobis: Narrantes laudes Domini & virtutes eius, & mirabilia eius quæ fecit. Quanta mandauit patribus noſtris, nota facere ea filijs ſuis: vt cognoſcat generatio:* Filij qui naſcentur & exurgent, narrabũt *filijs ſuis, vt ponant in Deo ſpem ſuã, & non obliuiſcantur operum Dei:* Quibus, Regius Vates narrationis, commemorationis, & traditionis per manus, meminit: *Quæ autem dixi*, inquit ad Timotheum ſcribens, *per multos teſtes, hæc commenda fideliter.* Et in ea, quæ eſt ad Corinthios: *Laudo vos, quod ſicut tradidi vobis, præcepta mea teneatis.* Et ibidem: *Cætera cùm venero, diſponam.* Ex quo loco, Diuus Auguſtinus conſtare putat, eos ritus & ceremonias, quæ in SS. Euchariſtiæ celebratione, paſſim & vbique ſimiliter in Eccleſia, adhiberi ſunt ſolitæ, quas à S. Paulo ſine ſcripto eſſe traditas arbitratur.

Non omnes Apoſtolorum traditiones, literis cõſignata.

Pſal. 77.

Aug. epiſt. 118. ad Ioan. cap. 6.

rentq́;. Qua ratione, dicitur Ioan. 7. Et me ſcitis, & vnde ſim, ſcitis; cùm tamen poſtea cap. 8. dicatur; neque me ſcitis; Scire autem dicti ſunt Iudæi, quia ſcire potuerunt, ſi voluiſſent.

XV. *Nos autem debemus gratias agere Deo, ſemper pro vobis, fratres dilecti à Deo; quod elegerit nos Deus primitias in ſalutem, in ſanctificatione ſpiritus, & in fide veritatis.*

Eius beneficij memoriam vult Theſſalonicenſes iugiter recolere, quo ſunt à Deo cumulati, cùm per efficacem Apoſtolorum prædicationem, primi quodammodo ad Chriſtianiſmum, coöperante Deo, vocati, cœleſtibus donis fuêre largiter imbuti. *Primitiæ nomen, quid importet.* *Primitiæ*, prout vox Græca ἀπάϛχαι ſonat, & primos fructus, & primam oblationem, & in vniuerſum, cuiuslibet rei initia & primordia denotat. Quæ vox, in maximam Theſſalonicenſium commendationem, à Paulo eſt addita, vt eoſdem ad Chriſtianiſmum, primos ferè omnium in Græcia vocatos, maximis & præſtantibus *Rom. 8.* Spiritus ſancti donis cumulatos fuiſſe ſignificet. Apoſtoli quidem, ſe ſpiritus primitias accepiſſe gloriabantur, quod eorum ſpiritus, tanquam ſacrificium quoddam, iam Deo oblati eſſent, & diuino charitatis igne *Auguſt. lib. 13. quæſt. q. 64.* comprehenſi, vt auctor eſt Auguſtinus; *Veritas enim, primo ſpiritum noſtrum obtinet*, ait, *vt per hunc cætera comprehendat. Iam ergo habet primitias oblatas Deo, qui dicit; mente ſeruio legi peccati.* Et rurſus, *Deus, cui ſeruio in ſpiritu meo.* Hæc ex Auguſtino, quæ ad Theſſalonicenſiũ laudem

laudem maximè poſſunt accommodari. Non quod operibus iuſtitiæ, quę ipſi feciſſent, diuinam in ſe liberalitatem prouocaſſent, ſed vni mſericordiæ diuinæ, id tribuendum eſſe inſinuat Apoſtolus, cùm eos à Deo dilectos vocat.

Eſt enim inter noſtrum, & Dei amorem hoc diſcrimen, quod noſtrum amorem ratio præcedat in eo, qui amatur, propter quam rationem iure aliquis à diligente diligitur. Amor enim noſter inuenit, non autem facit, quod amat: at diuinus, in amato, rationem aliquam amandi non inueniens, amabilem hominem amando facit. Vt enim in amore naturali, quo cuncta dilexit Dominus Deus, vt eſſent, nullum naturale bonum in rebus creatis præceſſit quod amaret, ſed Deus amando, bonum fecit: ita etiam in vocatione & iuſtificatione impij euenit; quemadmodum inſinuauit D. Ioannes; *Non quaſi*, ait, *dilexerimus enim*, (prius ſcilicet) *ſed quoniam ipſe prior dilexit nos.* Vnde Auguſtinus annotans illud verbũ, *dilectis à Deo*; *Non*, inquit, *dicitur diligentibus Deum, ſed dilectis à Deo, quia enim dilecti ſunt, propterea diligentes ſunt.*

Inter humanũ & diuinum amorem, diſcrimen.

1. Ioan. 4.

Auguſt. in expoſ. cap. 1. epiſt. ad Rom.

Ex hoc porrò, mirificè Dei erga homines dilectio, commendatione, vel admiratione potius, digna eſt, quod cùm malum & demeritum in eo quem diligit, reperiat, (propter quod odio & pœna eum debebat proſequi) nihilominus tamen, eundem diligere incipit, quemadmodum in ea, quæ Romanis ſcripta eſt, notauit Apoſtolus, dicens: *Commendat Deus charitatem ſuam in nobis, quoniam cum inimici eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt:* Ac ſi dicat: Mira eſt in hoc Dei charitas, erga homines, qui cùm odio & pœna digni eſſent, eos dilexerit, in hac ſcilicet vita, per gratiam, in

Mira Dei in homines dilectio.

futura autem per gloriam. Hominis enim affectum per gratiam, ſanat Dei benignitas & miſericordia, cuiusmentem fide & veritate prius illuminauit, quemadmodum declarat Apoſtolus hoc loco, dum ait; quod *Deus elegerit eos primitias in ſalutem, in fide & veritate*. Quod Ioannis cap. 17. videtur inſinuaſſe Dominus, cùm æterno patri dixit: *Notum feci eis nomen tuum, & notum faciam*, (hoc eſt, te eſſe patrem meum ex mea reuelatione cognouerunt) *vt* dilectio, qua dilexiſti me, in eis ſit, & ego in ipſis. Et hoc quidem dicit, vt ſignificet, quando DEVS aliquem diligit, ipſam dilectionem, quæ Spiritus ſancti eſt, eſſe, ac inhærere in dilectis per gratiam: Quo pacto, Theſſalon. primi cognouerant dilectionem patris, qua Chriſtum filium dilexerat, & hoc ipſum cognoſcendo, Chriſtum in ſe manentem ſentiebant per gratiæ donum.

Generalis, & ſingularis Dei amoris differentia.

Vnde fit euidens, diſcrimen inter amorem generalem, quo Deus cuncta proſequitur, quæ fecit, & inter illum ſingularem, quo credentes in Chriſtum, diligit. Illo enim ſic Deus diligit omnia, vt amorem ipſum eis non communicet; Ex amore quippe benefacit omnibus, amorem tamen ipſum ſuum non dat eis: Hoc verò ſingulari amore, ſic diligit credentes, vt non ſolum eis magna beneficia conferat, filiosque adoptionis eos efficiat, ſed etiam ipſammet dilectionem ſuam & amorem eis donet, vt in ipſis verè ſit. Patris enim dilectio, Spiritus ſancti eſt, quem credentibus dat, vt per eum efficiantur filij, & recipiant bona, quæ ex eodem, & amore, & dilectione procedunt. Hinc eſt, quod 1. ſuæ Canon. cap. 3. dicat

Ioan-

Ioannes; *Videte qualem veritatem dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur, & ſimus*; eandem enim charitatem, qui Spiritus ſanctus eſt, dedit, vt filij Dei eſſemus per eum, ſicut cap. 8. Romanis ſcribit Apoſtolus: *Accepiſtis Spiritum adoptionis filiorum Dei.* Et ad Gal. 4.

Contra Lutheranos non tolli, ſed tegi duntaxat peccata per ſanctificationẽ, mentientes.

Quid hic Lutherani? qui maligne tegi duntaxat, non tolli, non remitti, non donari, ſed non imputari peccata, per ſanctificationem & dilectionem diuinam, blaſphemant; Quaſi Deus, ſanctificando hominem, amabilem, bonum & iuſtum fingat, qui verè iuſtus, amabilis, & bonus non eſt Lutheranorum impia ſententia, cùm tamen alibi expreſsè dicat Paulus: *Et hæc quidem facti* (nempe adulteri, fornicarij, idolis ſeruientes, &c.) *ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine Domini noſtri* IESV CHRISTI. Item: *Eratis natura filij iræ, nunc autem lux in Domino.* Sed eo ſtupore mentis ſunt Sectarij, vt non intelligant hominem ſimul tenebroſum & lucidum eſſe oportere, ſi vera eſt eorum de iuſtitiæ imputatione, ſententia.

1. Cor. 16.

In quam & vocauit vos per Euangelium noſtrum, in acquiſitione gloriæ Domini noſtri Ieſu Christi. XVI.

Quid hic Euāgelium dicatur.

Quod Paulus ante *veritatis fidem* appellauerat, hic *Euangelium* nominat, cuius prædicatione, vocante Deo, imitati, Chriſtum fuerant Theſſalonicenſes amplexi. Quia etenim *Euangelium*, quæ ſub vmbris & figuris latebant, explicat, & quæ promiſſa erant, exhibet; & quia denique perfectiſſimam

cognitionem diuinorum ad ſalutem neceſſariam, præſtat, ideò nomine *veritatis*, frequenter appellatur.

Epheſ. 1. *Cùm ſuſcepiſſetis verbum veritatis*, ait in ea quæ

Gal. 5. eſt ad Epheſios; Et etiam ad Galatas: *Quis vos impediuit obedire veritati?*

Cur Euangelium, Veritas in ſcriptura dicatur.

Quia verò Spiritus ſancti ſuggeſtione, fidei doctrina nititur, ideò magiſter, & Doctor Euangelij, *Spiritus veritatis* à CHRISTO vocatus eſt, cùm promitteretur ad Eccleſiæ conſolationem, & retinendam veritatem, Apoſtolis, Doctoribus, & Prophetis ſemper affuturus.

1. Timoth. 5. Hinc eſt, quod & Paulus noſter, ſe *Doctorem in fide & veritate*, nominet, quia non cuiuſcumque fidei, ſed Euangelicæ Doctor erat, quæ fides, vmbras illuſtrat, promiſſiones implet, & diuinorum cognitionem ad ſalutem neceſſariam, ſuppeditat.

Ioan. 18. Ideò ſe Dominus, *in mundum veniſſe* profitebatur, *vt* ſcilicet *teſtimonium perhiberet veritati*, quam expreſſit Ioann. 17. *Hæc eſt vita æterna, vt cognoſcant te Deum verum, & quem miſiſti, IESVM CHRISTVM.* Quia tres virtutes has, Euangelium continet, ideò frequenter ab Apoſtolo nomine *veritatis* appellatur.

Cur Euangelium, ſuum vocat Apoſtolus.

Suum porrò vocat *Euangelium*, quod eius publicatio, ſibi fuiſſet à Deo, credita. Quaſi dicat, ſe ad hoc, talem à Deo fuiſſe præconem conſtitutum, qui Euangelij tuba, Theſſalonicenſes ad eam gloriam capeſcendam, prouocaret, quam CHRISTVS, ſuis cultoribus promiſiſſet & acquiſiuiſſet. Vocationis enim diuinæ fructus eſt, gloria æterna, ſicut alibi teſtatum facit Apoſtolus, dicens:

1. Theſſ. 5. *Non poſuit nos Deus in iram, ſed in acquiſitionem ſalutis, per Dominum noſtrum*

ſtrum Ieſum Christum. Item: *Vt ſciatis, quæ ſit ſpes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in ſanctis.* Item: *Quos vocauit: hos & iuſtificauit.* Eph. 1. Rom. 8.

XVII.

Itaq; fratres ſtate, & tenete traditiones quas didiciſtis, ſiue per ſermonem, ſiue per epiſtolam noſtram.

Stare, rectum corporis habitum denotat, & hominem excitatum erectumq; ad aſpectum & contemplationem rerum cœleſtium demonſtrat, firmum ad reſiſtendum, paratum ad ambulandum, & quaſi accinctum ad operandum, deſignat, vt ex varijs Apoſtoli ſententijs facile colligitur; Ideò iuſti, qui ex fide viuunt, *ſtare*, nempe fundati ſupra firmam petram, contra ſeductorum perfidiam, Sectariorum errores, & Cacodæmonum fraudes, inſidias & machinamenta dicuntur: qui verò *omni verbo doctrinæ circumferuntur*, mouentur, agitantur, inſtabiles potius, quàm firmi, ſtabiles, fixiq; dici poſſunt. *Standi Verbo, quid denotetur* *Abac. 2. Rom. 16. 1. Cor. 15.*

Monet ergo Theſſalonicenſes Apoſtolus, vt fidei documenta, quæ, & per epiſtolam, ſiue ſcriptis docuit, & verbis, ſiue ſermone coram, quaſi per manus tradiderit, conſtanti fide retineant. *Sciebant enim*, inquit S. Auguſtinus, *Theſſalonicenſes, quod Apoſtolus docuerat viua voce, nos autem ſcire non poſſumus, qui Apoſtolum non audiuimus.* *Aug. l. 20. de Ciuit. Dei, c. 19.*

Cum ergo non oĩa ſcripta ſint, quæ iubet Apoſtolus ſeruari, & diligenter ſyncereq; retineri, fit euidens, aliqua documenta, tam ad fidei doctrinam, quã ad vitæ rationem ſpectantia, credenda retinendaq; hic *Non omnia ad fidẽ pertinentia Can. libris cõtinentur.*

commendari, quæ libris Canonicis non continentur. Vnde Baſilius: *Apoſtolicum*, inquit. *arbitror eſſe, etiam in non ſcriptis traditionibus perſeuerare*, &c. *Hinc patet*, ait Chryſoſtomus in hunc locum, *quod non omnia per epiſtolas tradiderunt* (Apoſtoli) *ſed multa etiam ſine literis: Eadem verò fide digna ſunt, tam illa, quam iſta, Quamobrem Eccleſiæ quoque* | *traditionem cenſemus* | *eſſe fide dignam: Eſt traditio? nihil quæras amplius*, Hæc Chryſoſtomus.

Quia verò ſatis habetur exploratum, alia ſcriptis, per epiſtolas tradidiſſe, alia ſermone tantum, eorum

Chriſtiana religio in prima ua Eccleſia duplici iure recta.

quæ obſeruare deberent, Eccleſias admonuiſſe. Ex his accidit, ait Baronius, vt Chriſtiana religio, ab ipſo exordio naſcentis Eccleſiæ, iure duplici regeretur, nimirum ſcripto, & ſine ſcripto, legibus videlicet, & conſuetudine; quod cuiq́; bene inſtitutæ Reipublicæ cõmune fuit. Lacedæmones enim, Athenienſes, Romanos, & alios, ad bene adminiſtrandam Rempublicam, tum ſcriptis, tum non ſcriptis legibus, & ijs, quæ maiorum conſenſione probatę ac receptæ eſſent, vſos

Duplex diuini Verbi exiſtentia.

eſſe, perſpicuum eſt ex omnibus. Dei autem verbum duobus modis exiſtere, nemo unquam dubitauit, nempe expreſſe ac impreſſe. Impreſſum eſt,

Impreſſum Verbum.

quod interna notitia continetur Prophetæ vel Apoſtoli; quem Spiritus ſanctus, inſpiratione ſua docuit.

Expreſſ. Verbũ.

Expreſſum autẽ, vt idem per Prophetas & Apoſtolos eſt patefactum: Quod duplex eſt, vt locus hic teſtatũ facit: Vnum, quod dictante Spiritu ſancto, Apoſtoli vel Prophetæ literis conſignarunt: Alterum, quod viua voce alijs tradiderunt.

Dei Verbum, Scriptura latius patet.

Ex quibus, fit euidens, Dei verbum, Scriptura latius patere: neq; enim ad ſalutem omnia neceſſaria

dogma-

dogmata complectitur verbum literis expreſſum: ad-
eò vt ſtultè admodum traditiones oppugnantes, Ar- *Luc. 16.*
rianos, Neſtorianos, Euthichianos, &c. imitentur
Lutherani, quas tamen ſeueriſſimè & ſæpiſſimè iubet
ipſa veritas obſeruari. Quid, quod ſolis traditionibus,
vni naturæ legi ſubditus populus ſalutem eſt adeptus,
& Eccleſia iuſto temporis ſpatio, ſapientiſſimè eſt gu-
bernata.

Mirum proinde videri poterat, quibus rationibus, *Lutheranorũ*
Catholici Doctores adduci potuerint, vt publicè cum *in diſputãdo in-*
Lutheranis diſputarent, qui principia Theologiæ nõ *ſcitia & impu-*
minus proteruè, quam malitioſè negabant. Ego verò, *dentia.*
ait Melchior Canus, cum Lutheranis quotieſcunque
me cõparo, repentè à me auertitur oratio mea, & oĩs
ſtatim mihi diſputandi ratio tollitur; Quo namq; con-
ſilio aduersũ hos diſputare, aut debeã, aut poſſim, qui
cum oĩa Theologiæ principia tollũt, tum vna ferè ſola
aſſeuerandi audacia vtuntur, quę illis perpetua eſt, pro
locis Dialecticis, Theologiciſq; omnib. Quid ergo cõ- *Melchioris Ca-*
tra hos ſcribã, q nullam in Eccleſia legẽ eſſe volũt, per *ni de Luthera-*
quã Scripturæ ſenſa finiãtur. Si ſæpius habitis inter Ca- *nis ſententia.*
tholicos & Sectarios conuentib. & colloquijs, Doctiſſ.
ille vir interfuiſſet, Lutheranam diſputandi conſuetu-
dinẽ melius depingere nõ potuiſſet, quã cum ſubdidit:
Mahumet⁹, inqt, ne, ſi res eſſet via & ratione explora- *Eiuſdẽ Luthe-*
ta, in male ſuſcepta cauſa, cedere cogeretur, oẽm diſ- *ranorum diſpu-*
putationis aditum, lege ſuis edita, præcluſit: Et Luthe *tandi modus.*
rus, ſuis diſſerendi principia tollens, ſi diſputationem
inſtituat, nec aditum, nec exitum poterit reperire.
Quapropter, ait, miſeri Lutherani, haud ſecus, atque
Saraceni, nec ſuas, nec magiſtri poſſũt ineptias depre-
hendere, nec nos, cum ijs aliud poſſumus, quàm oleũ

&o-

miniſterio humano, nihil de fide ſoleat proponere: *Eſt enim fides ex auditu*, hoc eſt, vera fidei doctrina, ex miniſterio legitimo, veræ Eccleſiæ debet concipi.

Ex quo liquet, ab eiuſdem authoritate, in tradendis libris ſacris, ad aliorum dogmatum certitudinem, quæ ea Eccleſia firmiter tradit, in fidei rebus eſſe ratiocinandum: Sed Lutheranis euenit, quod olim Scribis & Phariſæis, qui cum inquirerent & ſcrutarentur Scripturas, in quarum obſeruantia poſitam eſſe vitã æternam putabant, ad Chriſtum tamen venire præ ſua malitia, nolebant. Certum enim eſſe ſciunt Lutherani, verbo tenus Apoſtolos plurima tradidiſſe, quæ literis nunquam mandauerunt, ſed quæ verbi Dei vim cùm habeant, non minus obſeruanda, credẽda & tenenda, ac ſi ſcriptis eſſent expreſſa: *Quanta audiuimus & cognouimus ea; & patres noſtri narrauerunt nobis: Narrantes laudes Domini & virtutes eius, & mirabilia eius quæ fecit. Quanta mandauit patribus noſtris, nota facere ea filijs ſuis: vt cognoſcat generatio:* Filij qui naſcentur, & exurgent, narrabũt *filijs ſuis, vt ponant in Deo ſpem ſuã, & non obliuiſcantur operum Dei:* Quibus, Regius Vates narrationis, commemorationis, & traditionis per manus, meminit: *Quæ autem dixi,* inquit ad Timotheum ſcribens, *per multos teſtes, hæc commenda fideliter.* Et in ea, quæ eſt ad Corinthios: *Laudo vos, quod ſicut tradidi vobis, præcepta mea teneatis.* Et ibidem: *Cætera cùm venero, diſponam.* Ex quo loco, Diuus Auguſtinus conſtare putat, eos ritus & ceremonias, quæ in SS, Euchariſtiæ celebratione, paſſim & vbique ſimiliter in Eccleſia, adhiberi ſunt ſolitæ, quas à S. Paulo ſine ſcripto eſſe traditas arbitratur.

Non omnes Apoſtolorum traditiones, literis cõſignata.

Pſal. 77.

Aug. epiſt. 118. ad Ioan. cap. 6.

Quaſnā traditiones damnet Eccleſia.

Quod ſi quas Scriptura traditiones, videtur damnatas culpare, eæ ſunt, quæ vel ſanæ doctrinæ repugnant, vel pijs rectiſq; morum inſtitutis aduerſantur: quales erant il'ę Phariſaicę, per ambitionem, hypocriſin, & auaritiam excogitatæ, quas Dominus, vt Dei voluntati repugnantes, ſæpiſſimè culpatas damnat; inter quas erat illa, traditio contra honorem parentibus in neceſſitate conſtitutis, exhibendum. Quæ autem in Eccleſiæ authoritate ſitæ ſunt, & tanquam Apoſtolicæ fidelibus ſeruandæ proponuntur, atq; omnium ætatū concordibus patrum decretis receptæ, comprobatæque ſunt, ac cuſtoditæ, diuinas illas fateri neceſſe eſt. *Quod enim vniuerſa tenet Eccleſia,* ait Auguſtinus, *nec cōcilijs inſtitutum, ſed ſemper retentum eſt, non niſi ab Apoſtolica authoritate traditum, rectiſſimè creditur.* Adeò vt ritus quidam Eccleſiaſtici, ad Deum laudandum probati, receptaque in Eccleſia conſuetudo, & in Sacramentorum adminiſtratione adhiberi ſolitæ ceremoniæ, ad Dei verbum quodammodo pertinere ſint exiſtimandæ, tanquam ab Apoſtolis, eorumq; ſucceſſorib. profectæ.

Eccleſiæ traditiones fidelibus tanquam Apoſtolicæ ſeruādæ.

Aug. 4. de Bap. contra Donatiſtas. cap. 24.

XVIII. *Ipſe autem Dominus noſter Ieſus Chriſtus, & Deus, & pater noſter, qui dilexit nos, & dedit conſolationem æternam, & ſpem bonam in gratia.*

Deus, cur pater dicatur.

Salutari monitioni, precationem ſubnectit, Deū, (quem *patrem*, nempe benignum, facilem, clementem ſtudioſè appellat) obteſtans, vt virium humanarum attenta debilitate, gratiæ ſuæ robore optatos

Theſ-

Theſſalonicenſium in ſalutis ſuæ operatione, conatus iuuet, eoſq́ue confirmatos, fœlici exitu terminare dignetur. Deum hic, patrem vocando, titulum interponit conuenientem, ad id, quod petitur, facilius impetrandum: quod filijs non denegent parentes, quæ ad illorum ſalutem ſpectare intellexerint. Quia verò præteritorum beneficiorum recordatio, futurorum obtinendorum aliquam ſpem ingenerat; ideò præ cæteris, duo maximè eximia recenſet, tanquam titulos, ad impetrandum quod petit, maximè idoneos, nempe Dei amorem in homines maximum, vt quo ſcilicet, ab eo ſic dilecti ſunt, vt eorum cauſa, filium ſuum vnigenitum daret, quo & in hac vita, à peccato, & ab æterna morte erepti, vitam æternam adipiſcantur: Nihil eſt enim, quo magis inflecti diuina bonitas & liberalitas poſſit, ad impertiendũ, quod ab eo poſtulatur, quàm dilectionis eiuſdem interpoſita commemoratione, qua *ſic filium dilexit, vt filium ſuum vnigenitum daret.* *Diuina in homines dilectio.*

Dilectionis autem diuinæ in homines fructus, ſempiterna beatitudo eſt, cuius obtinendæ, facta per Chriſti merita ſpes, maximam Chriſti cultoribus, in medijs calamitatibus, conſolationem adfert. Quemadmodum alibi dicit Pſalmógraphus: *Secundum multitudinem dolorum meorum, conſolationes tuæ lætificârunt animam meam.* Et Apoſtolus: *Deus*, inquit, *conſolatur nos in omni tribulatione noſtra.* Ideò & hic adiecit: *In gratia*, quia ex nobis, tanquã ex nobis, nihil in hoc genere poſſumus, cum velle & perficere non humanæ, ſed diuinæ ſint opis & virtutis. *Diuinæ dilectionis fructus.* *2. Cor. 1.*

Æternam porro vocat *conſolationem*, q̃ humana & *Conſolatio, cur*

nus ſupponit manum, ne fracti grauiore caſu, non poſſint reſurgere. *Operi bono, ſermonem* adiunxit, quod prout cuiuſque vita eſt, talis & ſermo eſſe ſoleat, ſicut è diuerſo dicit alibi Apoſtolus, *corrumpi bonos mores colloquijs prauis.*

Cur operi bono, ſermonem adiunxerit.

CAPVT III.

DE cætero fratres, orate pro nobis, vt 1.
ſermo Dei currat & clarificetur, ſicut
& apud vos: & vt liberemur ab importunis
& malis hominibus. *non enim omnium 2.
eſt fides. *Fidelis autem Deus eſt, qui con- 3.
firmabit vos & cuſtodiet à malo. *Confi- 4.
dimus autem de vobis fratres in Domino,
quoniam quæcunque præcepimus, & faci-
tis & facietis. *Dominus autem dirigat 5.
corda veſtra in charitate Dei, & patientia
Chriſti, * Denuntiamus autem vobis fra- 6.
tres in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti,
vt ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulan-
te inordinatè, & non ſecundum traditionē
quam acceperunt à nobis. *Ipſi enim ſcitis 7.
quemadmodū oporteat imitari nos: *quo- 8.
niam non inquieti fuimus inter vos, neque

gratis panem manducauimus ab aliquo,
ſed in labore & in fatigatione, nocte & die
operantes, ne quem veſtrum grauaremus.
9. *Non quaſi non habuerimus poteſtatem:
ſed vt noſipſos formam daremus, vobis ad
10. imitandum nos. *Nam & cum eſſemus a-
pud vos, hoc denuntiabamus vobis, quo-
niam ſi quis non vult operari, nec mandu-
11. cet. *Audiuimus enim inter vos quoſdam
ambulantes inquietè, nihil operantes, ſed
12. curiosè agentes. *Ijs autem qui eiuſmodi
ſunt denuntiamus, & obſecramus in Do-
mino Ieſu Chriſto, vt cum ſilentio operan-
tes, ſuum panem manducent. *Vos autem
13. fratres nolite deficere benefaciẽtes. *Quòd
ſi quis non obedit verbo noſtro, per epiſto-
lam hunc notate: & ne cõmiſceamini cum
14. illo, vt confundatur: *& nolite quaſi ini-
15. micum exiſtimare, ſed corripite vt fratrem.
16. *Ipſe autẽ Deus pacis, det vobis pacem ſem-
17. piternã, in omni loco. *Dominus ſit cum
18. omnib. vobis. *Salutatio, mea manu Pau-
li: quod eſt ſignum in omni epiſtola. ita ſcri-
19. bo. *Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum
omnibus vobis, Amen.

CA-

CAPVT III.

De cætero fratres, orate pro nobis, vt ſermo Dei currat, & clarificetur, ſicut & apud vos. I.

Mos Eccleſiæ, in arduis ad orationem recurrendi.

MOs Eccleſiæ primoribus, & præpoſitis ſemper fuit, vt res arduas & difficiles, ad Dei gloriam & Eccleſiæ vtilitatem ſpectantes, aggreſſuri, ex Apoſtolorum imitatione, ad ſacras preces, & aras ipſas confugerent. Hinc vſu receptum eſt, vt cum fructu, Dei verbum in templis publicè, tam prædicaturi, quàm audituri, ſacram precationem, hodierna etiã die, præmittant, ne veniens malus genius, ſiue infernalis ille vultur, quod ſeminatum eſt, (verbum Dei) ex corde audientium rapiat, *Matth. 13.* ſed potius, vt in bonam terram cadens, fructum afferat & faciat, aliud quidem centeſimum, aliud ſexageſimum, aliud triceſimum. Quod quidem alteræ ſimiæ, etiam Sectarij, magno per hypocriſin affectu, imitantur, ſed verendum eſt, quod ait Pſalmographus, ne eorum oratio fiat in peccatum.

Cùm igitur Euangelij extenſionem, eiuſq; celerem progreſſum (quæ diuinæ gratiæ præſidio niti neceſſario debet) vehementer exoptaret Apoſtolus; ad aras, ſuos Theſſalonicenſes ante omnia, ſapientiſſimè prouocat, vt precibus ad Deum ex imis viſceribus fuſis, ſibi in auxilium veniant; Primum quidem, vt prædicationis Euangelicæ omnia impedimenta tollantur; Qua etiam formula, ſuos Coloſſenſes videtur inuitaſſe: *Orantes*, inquiens, *ſimul pro nobis, vt Deus*

Quid Theſſal. precib. ſibi impetrari cupiat Apoſtolus.

ape-

commendari, quæ libris Canonicis non continentur. Vnde Baſilius: *Apoſtolicum*, inquit. *arbitror eſſe, etiam in non ſcriptis traditionibus perſeuerare*, &c. *Hinc patet*, ait Chryſoſtomus in hunc locum, *quod non omnia per epiſtolas tradiderunt* (Apoſtoli) *ſed multa etiam ſine literis: Eadem verò fide digna ſunt, tam illa, quam iſta, Quamobrem Ecclaſiæ quoque traditionem cenſemus eſſe fide dignam: Eſt traditio? nihil quæras amplius*, Hæc Chryſoſtomus.

Chriſtiana religio in prima ua Eccleſia duplici iure recta.

Quia verò ſatis habetur exploratum, alia ſcriptis, per epiſtolas tradidiſſe, alia ſermone tantum, eorum quæ obſeruare deberent, Eccleſias admonuiſſe. Ex his accidit, ait Baronius, vt Chriſtiana religio, ab ipſo exordio naſcentis Eccleſiæ, iure duplici regeretur, nimirum ſcripto, & ſine ſcripto, legibus videlicet, & conſuetudine; quod cuiq; bene inſtitutæ Reipublicæ cõmune fuit. Lacedæmones enim, Athenienſes, Romanos, & alios, ad bene adminiſtrandam Rempublicam, tum ſcriptis, tum non ſcriptis legibus, & ijs, quæ maiorum conſenſione probatę ac receptæ eſſent, vſos eſſe, perſpicuum eſt ex omnibus. Dei autem verbum duobus modis exiſtere, nemo unquam dubitauit, nempe expreſſe ac impreſſe. Impreſſum eſt, quod interna notitia continetur Prophetæ vel Apoſtoli; quem Spiritus ſanctus, inſpiratione ſua docuit. Expreſſum autẽ, vt idem per Prophetas & Apoſtolos eſt patefactum: Quod duplex eſt, vt locus hic teſtatũ facit: Vnum, quod dictante Spiritu ſancto, Apoſtoli vel Prophetæ literis conſignarunt: Alterum, quod viua voce alijs tradiderunt.

Duplex diuini Verbi exiſtentia.

Impreſſum Verbum.

Expreſ. Verbũ.

Dei Verbum, Scriptura latius patet.

Ex quibus, fit euidens, Dei verbum, Scriptura latius patere: neq; enim ad ſalutem omnia neceſſaria dogma-

dogmata complectitur verbum literis expreſſum: adeò vt ſtultè admodum traditiones oppugnantes, Arrianos, Neſtorianos, Euthichianos, &c. imitentur Lutherani, quas tamen ſeueriſſimè & ſæpiſſimè iubet ipſa veritas obſeruari. Quid, quod ſolis traditionibus, vni naturæ legi ſubditus populus ſalutem eſt adeptus, & Eccleſia iuſto temporis ſpatio, ſapientiſſimè eſt gubernata. *Luc. 16.*

Mirum proinde videri poterat, quibus rationibus, Catholici Doctores adduci potuerint, vt publicè cum Lutheranis diſputarent, qui principia Theologiæ nō minus proteruè, quam malitioſè negabant. Ego verò, ait Melchior Canus, cum Lutheranis quotieſcunque me cōparo, repentè à me auertitur oratio mea, & oīs ſtatim mihi diſputandi ratio tollitur; Quo namq; conſilio aduersū hos diſputare, aut debeā, aut poſſim, qui cum oīa Theologiæ principia tollūt, tum vna ferè ſola aſſeuerandi audacia vtuntur, quę illis perpetua eſt, pro locis Dialecticis, Theologicisq; omnib. Quid ergo cōtra hos ſcribā, q nullam in Eccleſia legē eſſe volūt, per quā Scripturæ ſenſa finiātur. Si ſæpius habitis inter Catholicos & Sectarios conuentib. & colloquijs, Doctiſſ. ille vir interfuiſſet, Lutheranam diſputandi conſuetudinē melius depingere nōpotuiſſet, quā cum ſubdidit: Mahumet⁹, inq t, ne, ſi res eſſet via & ratione explorata, in male ſuſcepta cauſa, cedere cogeretur, oēm diſputationis aditum, lege ſuis edita, præcluſit: Et Lutherus, ſuis diſſerendi principia tollens, ſi diſputationem inſtituat, nec aditum, nec exitum poterit reperire. Quapropter, ait, miſeri Lutherani, haud ſecus, atque Saraceni, nec ſuas, nec magiſtri poſsūt ineptias deprehendere, nec nos, cum ijs aliud poſſumus, quàm oleū

Lutheranorū in diſputādo inſcitia & impudentia.

Melchioris Cani de Lutheranis ſententia.

Eiuſdē Lutheranorum diſputandi modus.

&c o-

miniſterio humano, nihil de fide ſoleat proponere: *Eſt enim fides ex auditu,* hoc eſt, vera fidei doctrina, ex miniſterio legitimo, veræ Eccleſiæ debet concipi.

Ex quo liquet, ab eiuſdem authoritate, in tradendis libris ſacris, ad aliorum dogmatum certitudinem, quæ ea Eccleſia firmiter tradit, in fidei rebus eſſe ratiocinandum: Sed Lutheranis euenit, quod olim Scribis & Phariſæis, qui cum inquirerent & ſcrutarentur Scripturas, in quarum obſeruantia poſitam eſſe vitã æternam putabant, ad Chriſtum tamen venire præ ſua malitia, nolebant. Certum enim eſſe ſciunt Lutherani, verbo tenus Apoſtolos plurima tradidiſſe, quæ literis nunquam mandauerunt, ſed quæ verbi Dei vim cùm habeant, non minus obſeruanda, credẽda & tenenda, ac ſi ſcriptis eſſent expreſſa: *Quanta audiuimus & cognouimus ea; & patres noſtri narrauerunt nobis: Narrantes laudes Domini & virtutes eius, & mirabilia eius quæ fecit. Quanta mandauit patribus noſtris, nota facere ea filijs ſuis: vt cognoſcat generatio:* Filij qui naſcentur & exurgent, narrabũt *filijs ſuis, vt ponant in Deo ſpem ſuã, & non obliuiſcantur operum Dei:* Quibus, Regius Vates narrationis, commemorationis, & traditionis per manus, meminit: *Quæ autem dixi,* inquit ad Timotheum ſcribens, *per multos teſtes, hæc commenda fideliter.* Et in ea, quæ eſt ad Corinthios: *Laudo vos, quod ſicut tradidi vobis, præcepta mea teneatis.* Et ibidem: *Cætera cùm venero, diſponam.* Ex quo loco, Diuus Auguſtinus conſtare putat, eos ritus & ceremonias, quæ in SS, Euchariſtiæ celebratione, paſſim & vbique ſimiliter in Eccleſia, adhiberi ſunt ſolitæ, quas à S. Paulo ſine ſcripto eſſe traditas arbitratur.

Non omnes Apoſtolorum traditiones, literis cõſignata.

Pſal. 77.

Aug. epiſt. 118. ad Ioan. cap. 6.

Quaſnã traditiones damnet Eccleſia.

Quod ſi quas Scriptura traditiones, videtur damnatas culpare, eæ ſunt, quæ vel ſanæ doctrinæ repugnant, vel pijs rectiſq; morum inſtitutis aduerſantur: quales erant illæ Phariſaicæ, per ambitionem, hypocriſin, & auaritiam excogitatæ, quas Dominus, vt Dei voluntati repugnantes, ſæpiſſimè culpatas damnat; inter quas erat illa, traditio contra honorem parentibus in neceſſitate conſtitutis, exhibendum. Quæ autem in Eccleſiæ authoritate ſitæ ſunt, & tanquam Apoſtolicæ fidelibus ſeruandæ proponuntur, atq; omnium ætatũ concordibus patrum decretis receptæ, comprobatæque ſunt, ac cuſtoditæ, diuinas illas fateri neceſſe eſt. *Quod enim vniuerſa tenet Eccleſia*, ait Auguſtinus, *nec cõcilijs inſtitutum, ſed ſemper retentum eſt, non niſi ab Apoſtolica authoritate traditum, rectiſſimè creditur.* Adeò vt ritus quidam Eccleſiaſtici, ad Deum laudandum probati, receptaque in Eccleſia conſuetudo, & in Sacramentorum adminiſtratione adhiberi ſolitæ ceremoniæ, ad Dei verbum quodammodo pertinere ſint exiſtimandæ, tanquam ab Apoſtolis, eorumq; ſucceſſorib. profectæ.

Eccleſia traditiones fidelibus tanquam Apoſtolicas ſeruãda.

Aug. 4. de Bap. contra Donatiſtas. cap. 24.

XVIII. *Ipſe autem Dominus noſter Ieſus Chriſtus, & Deus, & pater noſter, qui dilexit nos, & dedit conſolationem æternam, & ſpem bonam in gratia.*

Deus, cur pater dicatur.

Salutari monitioni, precationem ſubnectit, Deũ, (quem *patrem*, nempe benignum, facilem, clementem ſtudioſè appellat) obteſtans, vt virium humanarum attenta debilitate, gratiæ ſuæ robore optatos

Theſſalonicenſium in ſalutis ſuæ operatione, conatus iuuet, eoſque confirmatos, fœlici exitu terminare dignetur. Deum hic, patrem vocando, titulum interponit conuenientem, ad id, quod petitur, facilius impetrandum: quod filijs non denegent parentes, quæ ad illorum ſalutem ſpectare intellexerint. Quia verò præteritorum beneficiorum recordatio, futurorum obtinendorum aliquam ſpem ingenerat; ideò præ cæteris, duo maximè eximia recenſet, tanquam titulos, ad impetrandum quod petit, maximè idoneos, nempe Dei amorem in homines maximum, vt quo ſcilicet, ab eo ſic dilecti ſunt, vt eorum cauſa, filium ſuum vnigenitum daret, quo & in hac vita, à peccato, & ab æterna morte erepti, vitam æternam adipiſcantur: Nihil eſt enim, quo magis inflecti diuina bonitas & liberalitas poſſit, ad impertiendũ, quod ab eo poſtulatur, quàm dilectionis eiuſdem interpoſita commemoratione, qua *ſic filium dilexit, vt filium ſuum vnigenitum daret.* *Diuina in homines dilectio.*

Dilectionis autem diuinæ in homines fructus, ſempiterna beatitudo eſt, cuius obtinendæ, facta per Chriſti merita ſpes, maximam Chriſti cultoribus, in medijs calamitatibus, conſolationem adfert. Quemadmodum alibi dicit Pſalmographus: *Secundum multitudinem dolorum meorum, conſolationes tuæ lætificârunt animam meam.* Et Apoſtolus: *Deus*, inquit, *conſolatur nos in omni tribulatione noſtra.* Ideò & hic adiecit: *Ingratia*, quia ex nobis, tanquã ex nobis, nihil in hoc genere poſſumus, cum velle & perficere non humanæ, ſed diuinæ ſint opis & virtutis. *Diuinæ dilectionis fructus.* *2. Cor. 1.*

Æternam porro vocat *conſolationem*, q. humana & *Conſolatio, cur*

nus ſupponit manum, ne fracti grauiore caſu, non poſſint reſurgere. *Operi bono, ſermonem* adiunxit, quod prout cuiuſque vita eſt, talis & ſermo eſſe ſoleat, ſicut è diuerſo dicit alibi Apoſtolus, *corrumpi bonos mores colloquÿs prauis.*

Cur operi bono, ſermonem adiunxerit.

CAPVT III.

DE cætero fratres, orate pro nobis, vt 1.
ſermo Dei currat & clarificetur, ſicut
& apud vos: & vt liberemur ab importunis
& malis hominibus. ⋆non enim omnium 2.
eſt fides. ⋆Fidelis autem Deus eſt, qui con- 3.
firmabit vos & cuſtodiet à malo. ⋆Confi- 4.
dimus autem de vobis fratres in Domino,
quoniam quæcunque præcepimus, & faci-
tis & facietis. ⋆Dominus autem dirigat 5.
corda veſtra in charitate Dei, & patientia
Chriſti, ⋆Denuntiamus autem vobis fra- 6.
tres in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti,
vt ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulan-
te inordinatè, & non ſecundum traditionẽ
quam acceperunt à nobis. ⋆Ipſi enim ſcitis 7.
quemadmodũ oporteat imitari nos: ⋆quo- 8.
niam non inquieti fuimus inter vos, neque

CAPVT III.

De cætero fratres, orate pro nobis, vt ſermo I.
Dei currat, & clarificetur, ſicut & apud vos.

MOs Eccleſiæ primoribus, & præpoſitis ſemper fuit, vt res arduas & difficiles, ad Dei gloriam & Eccleſiæ vtilitatem ſpectantes, aggreſſuri, ex Apoſtolorum imitatione, ad ſacras preces, & aras ipſas confugerent. Hinc vſu receptum eſt, vt cum fructu, Dei verbum in templis publicè, tam prædicaturi, quàm audituri, ſacram precationem, hodierna etiã die, præmittant, ne veniens malus genius, ſiue infernalis ille vultur, quod ſeminatum eſt, (verbum Dei) ex corde audientium rapiat, ſed potius, vt in bonam terram cadens, fructum afferat & faciat, aliud quidem centeſimum, aliud ſexageſimum, aliud triceſimum. Quod quidem alteræ ſimiæ, etiam Sectarij, magno per hypocriſin affectu, imitantur, ſed verendum eſt, quod ait Pſalmographus, ne eorum oratio fiat in peccatum.

Mos Eccleſiæ, in arduis ad orationem recurrendi.

Matth. 12.

Cùm igitur Euangelij extenſionem, eiuſq; celerem progreſſum (quæ diuinæ gratiæ præſidio niti neceſſario debet) vehementer exoptaret Apoſtolus; ad aras, ſuos Theſſalonicenſes ante omnia, ſapientiſſimè prouocat, vt precibus ad Deum ex imis viſceribus fuſis, ſibi in auxilium veniant; Primum quidem, vt prædicationis Euangelicæ omnia impedimenta tollantur; Qua etiam formula, ſuos Coloſſenſes videtur inuitaſſe: *Orantes*, inquiens, *ſimul pro nobis, vt Deus ape-*

Quid Theſſal. precib. ſibi impetrari cupiat Apoſtolus.

aperiat oſtium ſermonis, ad loquendum myſterium Chriſti. Deniq́;, vt ab omnibus tam ſapientibus, quàm inſipientibus, Euangelij prædicatio, clarè percepta, atque cognita, ſeſe commendet, atque efficaciter oſtendat, quanti ſit roboris, quantæq́; virtutis, ad ſalutem conſequendam. Rectè ſiquidem à Paulo cap. 1. Rom. dictum eſt, quod *non erubeſceret Euangelium*, quia nimirũ *illud virtus eſt in ſalutem omni credenti.* In hanc ſententiam, narrat D. Lucas, fideles, cum veniſſent & cõgregaſſent Eccleſiam, retuliſſe, quanta feciſſet Deus cum eis, & quia aperuiſſet gentibus *oſtium* fidei, hoc eſt, doctrina & miraculis ad religionis Chriſtianæ myſteria amplectenda, populos alioqui infideles, iuuante Deo, fuiſſe adductos.

Solius Dei eſt, cordis & auris aperire oſtium. *Ioan. 10.* *1. Cor. 6.* *2. Cor. 2.*

Eſt enim Dei vnius ita cordis & auris aperire *oſtium*, vt fidem in corde ſuo radicari homines patiantur, Chriſtumq́;, cui & *oſtij* ipſum nomen conuenit, in ſe loquentem recipiant; ſed mens Apoſtolorum eſt, patuiſſe Gentilibus, & expoſitum eundem Chriſtum, atque legem ipſius ad eum modum, quo Paulus ſibi apertum ſcribit *oſtium* magnum, & euidens, tum Epheſi, tum Troade; A Coloſſenſibus verò petit, *orent pro illo, vt Deus ipſi aperiat oſtium ſermonis, ad loquendum myſterium Chriſti*; Et ab Epheſijs, vt *detur illi ſermo in apertione oris*, vt nempe, ex ſepto illo egreſſum, excipiant ſine impedimento: Sicut & hoc loco, vt ſermo Dei currat, quaſi dicat, paſſis portis. Nam *doctrina prudentium*, iuxta ſapientem, *facilis eſt*, bonæ ſcilicet voluntatis hominibus, quibus Euangelij verba nõ nuda ſunt hiſtoria, quemadmodum Lutheranis, ſed ſpiritus & vita. Etſi verò *bene patiens ad* Euangelium *annuntiandum* eſſet Apoſtolus, arma tamen è cœlo, contra

1. Coloſſ. 4. *Epheſ. 6.*

contra veritatis hoſtes, ſibi ad reſiſtendum oportuna, precibus cōparari vehementer optabat, ſicut Apoſtoli, Deum precabantur, cùm dicerent: *Da ſeruis tuis loqui cum fiducia, verbum tuum.* *Pſal. 91.*

Euangelij porrò hoſtes, duplici titulo depingit, nempe malos vocando, quoad vitam ſcilicet & mores: importunos, quoad mortiferum pernicioſæ doctrinæ virus, quo ſimpliciores ſenſim conficiunt, quales ſunt hodierni Sectarij, qui mira verborum dicacitate, errorum venena diffundunt, fucatæ veritatis ſuaui melle delibuta, qui rectè dicuntur *importuni*, quia diſputando, ſcribendo, colloquendo, nunquam ad veritatis portum applicant, nec claram fidei lucem præferendo, hominis probi, ac bene cordati quietam conſcientiam, ac pacatam mentem reddunt. Dicunt quidem pax, pax, ait propheta, ſed non eſt pax: *Dicunt; hic eſt*, ibi eſt Chriſtus, cùm inter ipſos Chriſtus reperiri non poſſit, cuius habitatio, non, vel in terra ſuauiter viuentium, vel in conſilio impiorum, vel in cathedra peſtilentię, ſit, ſed vbi iuſtè, piè & ſobriè vita hæc mortalis, ad Dei gloriam celebrandam, traducitur, vbi Dei volūtati noctes & dies obedire ſtudent, fide viua in Deum credentes.

Euangelij hoſtes, duplici titulo depicti.

Non enim omnium eſt fides. II.

Sectarijs id eſt innatum, vt fidem iactent, quam ipſi non habent, vt fallant, & Dei verbum, ſed inane, prædicent, cui morem non gerunt, & vt incautos ſeducant, non verò ædificent aut perficiant: Ideò præſidia cælitus petenda ſunt ab ijs continuò, quibus annunciandi munus, ex officio, & certa vocatione,

Sectarijs, fidem quam non habent, iactare, proprium.

incumbit, ne ab hæreticis, Orthodoxæ religionis hoſtibus, eorum boni conatus & ſalutares labores impediantur; Sicut enim, non quicunque fidei præconium audit, verè credit: ita qui fidem plenis buccis concrepat, veram fidem non ſemper habet: *Diabolus enim credit, & contremiſcit*, licet de Deo plurima cognoſcat: *Non enim omnes*, ait Paulus, *obediunt Euangelio*, quemadmodum noſter Apoſtolus, in ea quæ eſt ad Romanos, confirmat ab Eſaia fuiſſe prædictum, & prænuntiatum, magnam in multis futuram, contra Euangelium inobedientiam: Quaſi Deus id ipſum per ſuum prophetam prædixiſſet, nempe & Euangelium prædicandum, & ſimul non omnes obedituros Euangelicæ prædicationi. Quaſi, iuxta Pauli ſententiam, vtrobique dicere voluiſſet, Eſaias; Rari credituri ſunt noſtris ſermonibus, & prædicationi, quam de te & Euangelio tuo habituri ſumus. Nam licet Dei donum, ſit fides, eius tamen vſus, etiam ab arbitrij pendet libertate, quamuis cor hominis, à Dei interni loquentis virtute, debeat ad aſſentiendum trahi, ſicut apertè docet ipſa veritas: *Omnis qui audiuit à patre meo, & didicit; venit ad me.*

Iacob. 3. Rom. 10.

Epheſ. 2. Ioan. 6.

Quod itaq; homines credunt, ſolius externi prædicatoris induſtriæ tribuere non debent, cùm *neq; qui plantat, neque qui rigat ſit aliquid, ſed qui incrementum dat, Deus:* ſicut & qui non credunt, de peccato infidelitatis excuſationem non habent: Neq; enim omnis qui audit, diſcit, nec omnis qui didicit, ad Chriſtum venit, vt exemplo ſunt Sectarij, qui quidem aliquam fidem confitentur, ſed interim Dei mandatis, quæ fides præſcribit, non obediunt. At qui ſunt à pa-

1. Cor. 3.

Sectariorum, cuſa fides.

à patre edocti, hi veniunt ad Chriſtum credendo: Non enim aliud eſt, audire & diſcere, quàm credere; credere autem in CHRISTVM, eſt venire ad eum; quamuis etiam venire; fidei confeſſionem comprehendat, obedientiamq́; mandatorum Chriſti complectatur, quam cùm non habeant Lutherani, (obſeruatu enim impoſſibilia eſſe Dei mandata mentiuntur) ſic verè non credunt, nec eorum eſt vera fides: Quam illi habebant, pro quibus cap. 1. eius, quæ eſt Epheſijs, precabatur Apoſtolus: *Deus, qui eſt pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, gloriæ, det vobis ſpiritum ſapientiæ, & reuelationis, in agnitionem eius, illuminatos oculos cordis veſtri.* *Qui fides in ſe complectatur.*

Fidelis autem Deus eſt, qui confirmabit vos, & cuſtodiet à malo. III.

Notandum eſt, quod Deus dicatur *fidelis*, qua fide promiſſa ſua ſeruat, ſicut cap. 10. ad Hebræos, eſt ſcriptum: *Fidelis enim eſt, qui repromiſit.* Et alibi dictum eſt: *Si nos non credimus, fidelis eſt, & ſeipſum negare non poteſt.* Eodem ſpectat illud Pauli: *Sine pænitentia ſunt vocatio, & Dei dona:* Qui ergo guſtauerunt & viderunt, quàm ſuauis ſit Dominus, de eo ſentiunt in bonitate, ſpemq́; ſuam in eo firmiter collocant. Veracem enim eſſe Deum ſciunt, qui promiſſis & ampliſſimis ſuis pollicitationibus reſpondeat, vt qui ſeipſum negare non poſſit, nempe cœptum opus bonum iuuando, promouendo, confirmandoque, niſi homo ab optimo inſtituto diſcedens, ipſi Deo coôperari deſierit; à bono ad malum, à virtutis ad vitiorum viam conuerſus. *Quomodo Deus fidelis dicatur.* *Pſal. 36.* *Sap. 1.* *Fidelitas diuina.*

Cuſtodire à malo, non eſt impedire tentationes & perſecutiones, ſed auxilium homini præbere, ne tentatus ſuccumbat, neue à tentatore vincatur; ſed omnia potius aduerſa ſuperet. Sunt enim quædam, quæ mala communiter putantur, quæ ſunt illis fructuoſa, qui patiuntur, vt ille ſtimulus, qui Apoſtolo erat adhibitus, quo, Dei gratia adiuuante, *virtus in infirmitate perficeretur*. Cùm ergo, & in oratione Dominica, nos *à malo vt liberemur*, precari docemur; & cum pro hominum ſalute, Deum deprecaretur Dominus; *Rogo*, inquiens, *vt ſerues eos à malo*, ab eis malis cuſtodiri nos petit, quæ nullam animæ vtilitatem afferre poſſunt, à reliquis minimè, modo aliquis inde ſalutaris fructus exiſtat.

Quid ſit cuſtodire à malo.

Ea igitur huic voci ſubiecta vis eſt, vt à peccato liberati, à tentationis etiam periculo, ab internis, externisq; malis eripiamur, vt tuti ſimus. Niſi per *malum*, Dæmonem, ſecundum Auguſtini, & Baſilij ſententiam, mauis intelligere, quod hominum culpæ, id eſt, ſceleris & peccati author ſit, cuius ſcopus eſt, hominem peccato conficere, vt æternis eundem ſupplicijs mactet, cruciet, & excipiat.

Mali, vocis vis.

IV. *Confidimus autem de vobis fratres, in Domino, quoniam quæcumque præcipimus, & facitis, & facietis.*

Verax quidem eſt Deus, ait Oecumenius, qui vos ad ſalutem degit: Veruntamen oportet etiam, vt & veſtram adhibeatis operam. Quaſi dicat: Hoc mihi habeo perſuaſum, quod monitis & hortatib. noſtris, iuuante Deo, morem per omnia geſturi, & perſeue-

raturi in bonis operibus, ſitis. Quid enim prodeſt, cœpiſſe, niſi cœpta, fœlici exitu terminentur? Ecce præcipiebat Apoſtolus quæ non inueniebantur expreſſa in Scriptura, ait Catharinus. Alioquin quid ea oporteret nouo præcepto præcipere, quæ Dominus ipſe expreſſe mandaſſet. Scripturæ quidem merito maximi fiunt, non tamen ita, vt nihil, vel definire, vel præcipere, vel exponere, vel interpretari Eccleſiæ prępoſiti poſſint, quod in Scripturis non ſit expreſſe contentum, ſicut Apoſtoli fecêre, Petro præſide, in Concilio congregati, quos *Chriſtus, vt ſe ipſum, audiri voluerat*. Hinc eſt, quod ſemper in omni Concilio, ſolenne fuerit in decretis rationem & cauſam non apponere. Neq; enim iudicis eſt, ſententiæ à ſe latæ rationẽ reddere. Sic in decernentium ſtabilita authoritate, pondere maiori ſanciuntur, & periculum vitatur, ne quis eas, vt minus idoneas, reijciat, quod ipſum à ciuilibus magiſtratib. videtur vſurpatum. Hinc ad Hebræos cap. vlt. iubet in omni re Chriſtianis, vt ſuis præpoſitis obediant, eiſq; ſint ſubiecti: *Ipſi enim*, ait, *peruigilãt, quaſi rationem reddituri pro animab. veſtris, vt cum gaudio hoc faciant, & non gementes: hoc enim*, ait, *non expedit nobis*. Sed hæc, pertinacia Lutherana minimè attendit, vt vnius mutæ ſcripturæ larua, ſoliuſq; fidei prętextu, ſuam ignorantiam obleuet, ac putidos ſuos errores contegens, libere ſuis actibus deceptos, laqueis hæreſeos irretiat.

Non omnia ſcriptura continet.

Contra Lutheranos, in Script. omnia contineri mentientes.

Dominus autẽ dirigat corda veſtra in charitate Dei, & patientia Chriſti. V.

Quia in via huius vitę, homini tam multa aduerſantur, quæ cœptum ad ſalutem, iter facile impediũt,

cœleſte numen obteſtatur, vt Dux, Theſſalonicenſium actionibus præire velit, tanquam *currus Iſraël, & auriga eiuſdem*, quo *mandaterum ipſius viam inambulantes*, perfecti tandem euadant. Sicut enim ventorum impulſu, nautarumq; prudenti gubernatione, nauem ad portum appellere neceſſe eſt, ſic ſpiritus ſancti voluntate, & ductu, hominem ad cœleſtem vitam pertingere oportet, quo ſenſu petebat Propheta: *Spiritus tuus, dux eius fuit.* Licet enim, *cor hominis diſpenat viam ſuam: Domini tamen eſt greſſus eius dirigere, non aliter ſcilicet, quam ſeſſoris iumentum, auriga currum, & ſcribæ calamum.*

Pſal. 142. Eſa. 63. Pſal. 44.

Duo per quæ in via ſalutis incedimus.

Duo enim ſunt, ait D. Thomas, per quæ, in via ſalutis incedimus, bona ſcilicet, quæ facimus, & mala ſiue aduerſa, quæ ſuſtinemus: Sed opera bona non ſunt, niſi quæ in charitatis finem fuerint directa, iuxta Apoſtolum, alibi dicentem, quod finis præcepti ſit charitas, Item, nulla patientia fructuoſa eſt, niſi quæ propter Chriſtum habetur; Ideò adiunxit & *patientia Chriſti*, id eſt, longanimis tolerantia malorum huius vitæ, propter Chriſtum, vel ad imitationem Chriſti, iuxta Apoſtolorum principem: *Chriſtus paſſus eſt pro nobis, nobis relinquens exemplum, vt ſequamur veſtigia eius.*

1. Tim, 11. Spiritus S. diuinitas ex hoc loco probatur. 1. Petr. 2. Iacob. 5.

Huius loci præſidio, Spiritus ſancti diuinitatem vrgebat D. Athanaſius, in diſputatione cum Arrio: *Quenam*, inquit, *Dominum hic appellari putas? Patrem, an Spiritum ſanctum? nam Chriſtum expreſſe recenſuit: Si enim primo loco, patrem hic conſtituas, Deus eſt Spiritus, ſi Spiritum primo loco, ibi nominatum confiteris; neceſſe eſt, vt eum Dominum quoque concedas. Quod ſi Dominus eſt, nimirum & Deus quoque habendus erit: Scriptum eſt enim: Ego ſum Dominus Deus tuus.*

D. Athan. in Conc. Nicen.

Manuel Caleca, libr. 2.

Denun-

Denuntiamus autem vobis fratres, in nomine Ieſu Christi, vt ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulaute inordinatè, & non ſecundum traditionem, quam acceperunt à nobis. VI.

Licet, ait, *meliora & vicinora ſaluti veſtræ confidimus, in Domino, quod nihil aliud ſapietis,* quia tamen aliqui reperiuntur inter vos, qui *iuxta regulam noſtram, & ordinem à nobis præſcriptum,* non viuunt, ideò authoritate à Domino Ieſu nobis data (*eius enim nomine, legatione fungimur*) vobis præcipimus, ne familiariter ijs vtamini, qui vitam, moreſq; ſuos, ad traditionum noſtrarum normam & amuſſim, moniti nolunt accommodare, ſed potius, in errorum auium, & vitiorum cœnum, tum doctrinæ falſitate, tum improbę vitæ exemplo, nituntur abducere. *Hebr. 6. Galat. 5.*

Tantæ molis erant Apoſtolicæ traditiones, vt qui eas, vel non ſeruaſſet, vel ſanè contemptas fuiſſet aſpernatus, bonorum eidem conſuetudo & ſocietas ſeuerè eſſet interdicta. Neq; enim vt frater, ſed vt Ethnicus & publicanus habebatur eiuſmodi, quo cum etiam agere tum Chriſtianis fas non erat. Hinc & dilectus Domini diſcipulus, eiuſmodi hominibus *aue*, precari prohibet, vt omnem vſum cum Sectarijs & impoſtoribus, orthodoxis prohiberet, quod *Sectariorum ſermo, vt cancer ſerpat,* & veluti peſtis, omnes ad ſe accedentes, mortifero veneno infectos, perimat: Sicut n. *qui tangit picem, inquinabitur ab ea*: ſic & *modicum fermenti, totam maſſam corrumpit.* *Apoſtolicarum traditionum, dignitas.* *Eccleſ. 13. 1. Cor. 15.*

Ideò ſocietates & contubernia Sectariorum, *Sectariorum ſo*

tanto

cietas, iure Catholicis prohibita. tanto ſtudio ſemper cauenda, non modo Eccleſiæ leges, ſed & ciuilia regum & imperatorum grauiſſima decreta voluère, quod omnis ordinis perturbatores ſint Hæretici, nec tam Apoſtolorum & Epiſcoporum, quàm ſua placida ſequuntur, vt hodie exemplo ſunt Lutherani, & Caluiniſtæ, qui leges Eccleſiaſticas negligunt, maiorum inſtituta peſſundant, principumq́; ſacrorum traditiones non modo rident, & prophanant, ſed pedibus, qua ſunt impietate, conculcant.

VII. *Ipſi enim ſcitis, quemadmodum oporteat imitari nos.*

Sic iuſtorum, & primorum Eccleſiæ, vitam Scriptura proponit imitandam, vt actionum Chriſti eſt imitatrix, expreſſamq́; omnis virtutis præ ſe fert imaginem. *Corrupta natura humana infirmitas.* Tametſi enim innocentia, & morum integritate ſunt ſæpenumero præditi, qui alijs tanquam duces & præpoſiti præſunt; in multis tamen ſæpe homines eſſe non deſinunt. Ea enim eſt corruptę hominis naturæ infirmitas, vt facile de recto vitæ ſuæ ſtatu, poſſit dimoueri, niſi præſens Dei miſericordia manũ caſuro ſupponens, adiuuet. Hæc Apoſtoli vox admodum frequens erat: *Imitatores mei eſtote, ſicut & ego Chriſti.* Quaſi diceret: In quibus imitor Chriſtum, ſequimini me, qui ſicut Chriſtus, facio, quod doceo. Sic enim loquitur Lucas, Actor. 1. *quæ cœpit Ieſus facere & docere.* Cui repugnantes, frequenter admodum redarguuntur à Domino Scribæ & Phariſæi, qui dicebant & docebant multa, quę ipſi non faciebant; *Matth. 23.* *Alligabant quidem onera grauia & importabilia in humeros hominum, quæ digito ſuo ipſi nolebant mouere vel tãgere,*

gere, vtpote, *ſe duces cæcorum eſſe confidentes, & lumen eorum, qui in tenebris ſunt, eruditores inſipientium, magiſtros infantium, &c.* cum cæci ductores, vna ſecum in tartara, cæcos præcipitarent: per quos, ait, eodem loco Apoſtolus, *nomen Dei blaſphematur*, quia iſti anteſignani, & vitæ communis duces, vita ſua mala, ac prę-uaricationibus, ſceleribuſq; ſuis, hoc efficiebant, vt gentes & ſubditi de vero Deo male opinarentur & obloquerentur.

Quod ſi per Iudæos malè viuentes, nomen Dei blaſphematum eſt, in gentibus, quanto magis nunc, per malos Chriſtianos blaſphemabitur apud infideles, cum Euangelium, legibus, tum naturæ, tum Moyſis, ſit præſtantius: Quantum deniq; præpoſitorum & paſtorum Eccleſiæ corrupta vita, ſubditis & communi vulgo ſcandalum, quantam offenſionem afferet, cùm Chriſtianus male viuens, Deum magis inhonoret, quàm Iudęus aut Gentilis. *Nominis Dei blaſphematores, qui.*

Quoniam non inquieti fuimus inter vos, neq; gratis panem manducauimus, ab aliquo, ſed in labore, & in fatigatione nocte & die, operantes, ne quem veſtrũ grauaremus. VIII.

Exleges ſunt, qui ſine ordine, & ratione viuunt, atq; adeo, non ſecundum Deum, eiuſmodi homines ambulant; quia *quæ à Deo ſunt, ordinata ſunt*, qui Deus, quamuis plurimos fide, veraq; religione priuari permittat, multoſq; impunè viuere ad tempus diſſimulare videatur; certum tamen in rebus politicis & ci- *Qui exleges dicantur. Reg. 13.*

uilibus ordinem diſpoſuit, quo ab iniquitate, licentia, & impunitate bonos vindicet, ac in bonis iuſtitiæ operibus conſeruentur; ne ſe omnes, beſtiarum more, conficiant, ſed potius vnicuique ius ſuum, ſecundum ſuum laborem, reddatur. Hinc eſt, quod Deus quoſdã imperare, quoſdam obedire decreuerit. Poſtulat autem diuina lex, vt *vnu ſquiſque mercedem accipiat ſecundum ſuum laborem*, vt videlicet, *in ſudore vultus ſui, quilibet veſcatur pane ſuo*; quales Regius Vates, beatos prædicat, ſi Dei timorem ante oculos ſimul cum labore coniunctum habuerint: *Beati*, ait, *qui timent Dominum, qui ambulant in vijs eius: Labores manuum tuarum quia manducabis, beatus eſt, & bene tibi erit.* Talis erat Apoſtolus, qui noctes & dies, in Chriſti negotijs acerrimè deſudans, à noxia quiete, ad honeſtiſſimas vitæ actiones, ab otio ad ſalutaria negotia credentes prouocabat: vt quod alios ſermone docuerat, proprio ipſe exemplo comprobaret.

Quid à nobis lex diuina poſtulet. *1. Cor. 3.* *Gen. 2.* *Pſal. 127.*

Nam etſi labori ſuo reſpondentem mercedem, ſiue præmium, hoc eſt, vitæ neceſſaria, & quæ ad honeſtam ſui conditionem ſpectant, exigere poterat; quia tamen excellentiorem & perfectiorem viam fuerat ingreſſus, ſuo iure vti nolebat, vt præconis Euangelici formam illuſtriorem, in ſua perſona & vita exprimeret, qui pro operibus (quæ in timore Domini in carne ſunt operati,) æternæ retributionis certum ſalarium (in quo bonorum & iuſtorum vera ſatietas beatitaſq; ſita eſt) potius quam temporaneum ſpectaret. *Ipſi ſcitis* ait alibi, *quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, & his qui mecum ſunt, miniſtrauerunt manus iſtæ. Memores facti eſtis fratres*, ait in priore ad eoſdem Theſſalonicenſes, *laboris & fatigationis noſtræ, nocte & die operantes,*

Pauli in ſuos modeſtia & beneuolentia. *1. Cor. 14.* *Actor. 20.*

tes, ne quem veſtrum grauaremus. Nolebat enim cuiquam grauis vel moleſtus videri, ne pietatem, auariores & tenaciores, quæſtum eſſe exiſtimarent, nec ſolius priuati quæſtus gratia, prædicationis Euangelicæ prouinciam ab eo fuiſſe ſuſceptam, aliquis opinaretur.

Vt ergo falſam de ſe opinionem amoliretur, duris & intempeſtiuis manuum laboribus, noctes & dies, tam pro ſe, quam pro his, qui Euangelij prædicationi incumbebant, tribuebat. Ideò otioſos & deſides Chriſtianos, hic plurimum deteſtatur, qui piorum eleemoſynis, liberalitate & munificentia abuſi, pigritantes ſine exercitio, hinc inde vagabantur, magno fratrum, (quibuſcum viuebant) offendiculo: cùm tamen Chriſtianorum vita, debeat eſſe continua dimicatio, & perennis, contra tam corporis, quàm animi hoſtes, militia, ſalutiſq; comparandæ iuge conſilium, curæ & cogitationis aſſiduitas; quod in ijs videre fuit, qui in primitiua Eccleſia, quod alioqui iure poterant exigere, ac recipere, iuſtum laboris non admittebāt neceſſariũue ſtipendium, vt oīs præcideretur procliuibus ad ſuſpicionē, occaſio. Vnde ſapienter admodum Caſſiodorus: *Qua fiducia otioſis manibus, gratis manducamus, ſi vas electionis, Euangelica prædicatione conſtrictus, ſine opere manuum comedere nō præſumebat. Vir,* ait Eccleſiaſt. *reſpiciens in menſam alienā, non eſt vita eius in cogitatione victus, alit enim animam ſuam alienis cibis; vir autem diſciplinatus, cuſtodiet ſe ab eis.*

Chriſtianorum deſidum deteſtatio.

Eccleſ. 40.

De eis ſermonem hic eſſe Apoſtolo exiſtimo, qui ex communi peculio, quod ex piorum largitionibus, erat conflatum, viuebant, ſicut hodie multi inter Chriſtianos otioſi, mendicatò viuūt, qui proprio labore

De quib. otioſis hominib. agat hic Apoſtolus.

& induſtria ſibi ad victus neceſſaria comparare poterant. Cum enim liberales eſſent Theſſalonicenſes, recens ad Chriſtum conuerſi, tum fratribus, qui itidem Chriſti fidem ſuſceperant, iuuandis, admodum erant addicti, ne victum alibi quærendo, cogerentur ex neceſſitate, Ethnicis & infidelibus afferre moleſtiam, & cum eis, non ſine ſalutis ſuæ diſcrimine, familiarius verſari.

IX. ***Non quaſi non habuerimus poteſtatem; ſed vt nos metipſos formam daremus vobis, ad imitandum nos.***

Tantum abeſt, quod mandata diuina non poſſint, iuuante Deo, ritè fideles obſeruare, (quod nequiter docent deſides Lutherani) vt & alia multa, quæ maioris perfectionis ſunt, nec ex præcepto obligant, queant ſupererogare, & quæ à Chriſto conſulta duntaxat habentur, effectui mandare: *Nouerat Paulus,* ait Caſſiodorus, *Dominum præcepiſſe Apoſtolis, vt qui Euangelio ſeruit, de Euangelio viuat, & ipſe poſtea operarium, mercede ſua dignum eſſe docuit, ſed à Corinthijs nihil accepit, ne per calumniam, peccati daret occaſionem impoſtoribus, qui quæſtum incomparabilem ex Euangelij prædicatione faciebant, neue ipſis Corinthiis ſe redderet inuiſum, quos auaritiæ deditos eſſe ſciebat. Theſſalonicenſibus verò pepercit, vt illos ad ſui imitationem & exemplum, in deſidiæ & turpis otij deteſtationem, ad labores prouocaret, declararet q; Chriſti, non humanæ mercedis gratia, grauiſſimos labores à ſe ſuſtineri.* Quod omnibus Eccleſiæ præpoſitis cõmendatum eſſe debebat, nempe, vt in omnibus ſe præbeant exemplum bonorum operum, tanquam

Mandata diuina ſeruatu eſſe poſſibilia cõtra Lutheranos probãtur.

Matth. 10.

Luc. 10.

1. Cor. 9.

Eccleſiæ præpoſitis bonorum operum exemplũ commendatur.

forma facti gregis ex animo, eaq́; etiam deuitent, quæ ex ſe bona licitaq́; quidem ſunt, ſed ex quibus, offendiculum aliquod, ad infirmiores proximos poterat deriuari. Plurima ſiquidem ex Apoſtoli ſententia, ſæpe licent, ſed quæ non ſemper expediunt; quamuis ſubditus offendi non debeat, dum prælatus, quod ſibi iure debetur, exigit: Id enim non diuina modo, ſed & naturalis lex docuit.

1. Petr. 5.
2. Cor. 7.

Nam & quum eſſemus apud vos, hoc denuntiabamus vobis, quoniam ſi quis non vult operari, non manducet. X.

Dictis ſuis, conformem eſſe ſuam epiſtolam, ſæpius inculcat, vt quæ, ab initio publicè tradidit ſermone, his quæ ſcribit, conſentire per omnia, declaret. Viri ſiquidem Apoſtolici eſt, idem ſcribere, ſentire & loqui. Hinc eſt, quod 2. Corinth. 2. dicat Apoſtolus: *Fidelis autem Deus, quia ſermo noſter, qui fuit apud vos, non eſt in illo eſt, & non; ſed in illo, eſt.* Quaſi dicat; ſe non aliud dixiſſe, quàm ſcripſiſſe, nec aliud ſedentem, quam ſtantem affirmare vel negare ſolere; quod Sectariorum, vt hodie teſtatum faciunt cum Caluiniſtis Lutherani, eſt maximè proprium, qui ſibi nunquam conſtant.

Apoſtoli conſtantia.

Principio verò, quia periculis plenum eſſe otium ſciebat, laboribus victum eſſe quærendum, illis præceperat. Non quod omnes, ſine diſcrimine, hoc Pauli mandatum, vel potius conſilium, ſimpliciter obligaret, cùm ſalutem multi adipiſcantur, qui manibus non laborant: Neque enim dixit: Si quis non operatur, ſed, ſi quis non vult operari, non omnino re-

Inconſtantia Lutheranorũ.

Quoſnam manualis labor obliget.

citanda: *Inquirentes ſiquidem Dominum, non minuentur omni bono. Non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem.* Vnde Salomon, cùm non opes, non potentiam, non gloriam, ſed ſapientiam, ad regendum populum Dei, id eſt, ſolum Dei regnum quæſiſſet, cætera etiam illi, quæ non petierat, ſunt adiuncta, eaq; maiora & pretioſiora, quam animo concepiſſet.

Audiuimus enim, inter vos quoſdam ambulantes inquietè, nihil operantes, ſed curioſè agentes. XI.

Corruptos mores, bonarum ſæpè legum eſſe occaſionem, videtur Apoſtolus inſinuare, cùm tacitè cauſam reddit, cur tanto ſtudio aſſiduum, eumq; honeſtum manuum laborem nouitijs Chriſtianis præceperit; quia, inquit, eſt mihi intellectum, non paucos, hic viribus corporis valentes & robuſtos, nec non artubus potentes, ſicut & valetudine præſtantes, turpi otio ſuo, ac deſidia honeſtioribus ſtudijs, occupatis fratribus, moleſtiam, tædium, & perturbationem afferre. Cùm enim hominis animum, circa aliqua ſemper occupari neceſſe ſit, tum illicitis rebus otioſi homines, tanquam nihili diſtrahantur, oportet. Quæ cauſa eſt, quod ipſos alibi Theſſalonicenſes monet, dent operam, vt ſint quieti, quod omnis otioſus, curioſus ſit, id eſt, ea curet, quæ nullo pacto, ad rem pertinent, vt pote, in aliena ſuperflua negotia ſeſe ingerens: Otioſè diſcunt circuire domos, non ſolum otioſè, ait, in ea, quæ eſt ad Timotheum, ſed & verboſè,

Cur tantopere Criſtianis labor commendetur.

1. Theſſ. 4.

Otij deteſtatio.

& curioſè loquentes, quæ non oportet: *Multam enim malitiam docuit otioſitas*, quam & ſacri, & prophani ſcriptores ſæpe multumq; damnarunt. Vt etenim vitijs diuturna quies alimenta miniſtrat, ſic improbus labor, in via virtutis, nihil non aſſequitur, vt bene, beateque vitam inſtituat. Hinc, ſicut à ſanctis Patribus, Diaboli molle puluinar, otium vocatum eſt, ſic aſſidua ſedulitas, induſtria, & improbus labor, virtutis & totius honeſtatis mater appellata ſunt, quam vberrimi laudis & gloriæ fructus, ſicut otium & deſidiam, ſteriles & amari, communiter ſequuntur.

Otium, puluinar diaboli dictum.

Prouerb. 21.

Hinc *deſideria occidere pigrum*, dixit Sapiens, *noluerunt enim manus eius quicquam laborare.* Inde eſt, quod è contra Ioſeph ille patriarcha Ægypti, principatum obtinuit, poſteaquã manus eius in cophino, & in laboribus, multos annos ſeruierunt. Eſt enim homo natus ad laborem, ſicut ad volandum, auis, adeò vt otio deditus & quieti, naturæ legibus apertè contraueniat & repugnet.

Cicero.

Si tantam laboris manualis rationem, communibus Chriſtianis eſſe habendam, cupit Apoſtolus, quid à Sacerdotibus, Doctoribus, paſtoribus, religioſis, Eccleſiaſticis exacturus cenſebitur? Sanè verò Gregorius, hom. 17. in Euangel. Verus quiſq; prædicator, ait, non ita prædicare debet, vt in hoc tempore mercedem recipiat, ſed ideò mercedẽ recipere, vt ꝙ prædicat, ſubſiſtat, &c. Et in epiſt. 28. ad Marianum Epiſcopum: Inſtanter, inquit, te admoneo, quod ſic rectè conſideres, vt non plus pecuniæ, quàm animabus ſtudeas: illud à latere reſpiciendum eſt; ad hoc autem tota mentis intentione laborandum, ac vehementius enitendum: huic rei operam & ſolicitudinem

S. Gregorij, de Eccleſiaſticorũ laboribus ſententia.

nem vigilanter impende: quia redemptor noſter à ſacerdotis officio, non quærit aurum, ſed animas, &c. Itaque fas eſt ſacerdoti, ſacerdotij ſui fructibus potiri; *non enim alligandum eſt os boui trituranti*, vt Paulus ait, 1. Cor. 9. At non eſt ſacerdotium ad hæc infima bona conferendum, ſed ad Dei præcipuè laudem, animarumq́; lucrum dirigendum.

Quod ſi quis ad illa Pauli verba animum adijciat: *Non alligabis os boui*, cuinam boui? nunquid ludenti? nunquid laſciuienti? nunquid otio vacanti? ſed in aream laboranti. Atque hoc eſt, quod Paulus paulo ante dixit: *Si quis non vult operari, non manducet.* Qui enim manducant, nec laborant, magnum Eccleſiæ ſacerdotem Gregorium audiant, hom. 17. in Euangel. Quid nos, inquit, quod tamen ſine dolore dicere non poſſumus, quid nos ô paſtores agimus? qui & mercedem conſequimur, & tamen operarij nequaquam ſumus? fructus quippe SS. Eccleſiæ in ſtipendio quotidiano percipimus, ſed tamen pro æterna Eccleſia minimè in prædicatione laboramus. Penſemus cuius damnationis ſit, ſine labore, hic percipere laboris mercedem. Ecce ex oblatione fidelium viuimus, ſed nunquid pro animabus fidelium laboramus? illa in ſtipendium noſtrum ſumimus, quæ pro redimendis peccatis ſuis, fideles obtulerunt, nec tamen contra peccata eadem, vel orationis ſtudio, vel prædicationis, vt dignum eſt, inſudamus.

Cuinam boui non ſit alligandum os.

Iis autem qui eiuſmodi ſunt, denuntiamus, & obſecramus in Domino Ieſu Chriſto, XII.

vt cum ſilentio operantes, panem ſuum manducent.

Licet authoritate polleant ſacrorum principes, qui ad clauum Eccleſiæ ſedent, nō tamen, vt *in cleris dominantes eſſe*, ſed partim præcipiendo, partim per Dominum adiurando, & obſecrando ſubditos, officij monere debent. Regum enim, qui gentibus præſunt, id eſt proprium, nempe potentiam cum auctoritate, & quadam duriciei teſtificatione, ſuam exercere; non autem Apoſtolorum & eorum, qui ipſis ſucceſſerunt, Eccleſiæ paſtorum, prout diſcipulis aiebat Dominus: *Vos autem non ſic:* quaſi vel monentium affectio demiſſioni animi, vel corripientium actio, compaſſioni, ſemper debeant in Eccleſiæ prælatis, eſſe coniuncta. Ideò *denuntiandi* vocibus & *obſecrandi* vſus eſt Apoſtolus, quando Theſſalonicenſes, interpoſita Domini noſtri IESV CHRISTI mentione, tanquam titulo, vt *ſuum*, hoc eſt proprio labore, partum, *panem cum ſilentio*, hoc eſt, quietè ſine murmurmuratione, ſine immodeſtia, ſine querela, ſine detractione & inuidia, ſua ſorte ſcilicet contenti, manducent. Familiare eſt Scripturæ phraſi, *panis* nomine, cætera ad victum, conuiuiū, penúque neceſſaria vocare.

1. Petr. 5. Luc. 22.

Sacrorum principum poteſtas.

Luc. 22.

XIII. *Vos autem fratres, nolite deficere benefacientes.*

Quia in via Dei, non progredi, deficere eſt: vt progreſſum, in miſericordiæ operibus facere pergant,

gant, eos hortatur, etiamſi plurimi reperiantur otioſi. Nam tametſi pauperes, & indigi rerum, operentur; illis tamen plurima deeſſe poſſunt. Hinc in ea, quæ eſt ad Galatas: *Dum tempus habemus, operemur*, ait, *bonum ad omnes. Benefacit enim animæ ſuæ*, ait Sapiens: *vir miſericors. Beati* ſiquidem à Domino prædicantur, *miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam conſequentur*: Et Pſalmographus, eum *beatum* dicit, *qui intelligit ſuper egenum & pauperem, quia in die illa*, ſubdit, *liberabit eum Dominus*.

Miſericordiæ commendatio. Gal. 6. Prouerb. 11.

XIV. *Quòd ſi quis non obedit verbo noſtro, per epiſtolam, hunc notate: & ne commiſceamini cum illo, vt confundatur.*

Quidam verbum *notate*, ad ſententiam anathematis referunt, alij ad delationem ſpectare putant, quaſi inobediens debuerit per Eccleſiam ſcripto ad ipſum Apoſtolum deferri, quod inobedientiæ crimen, quo ſuperiorum præcepta & traditiones contemnuntur, tantum & tam enorme ſit, vt de eo, primores & natu maiores Eccleſiæ, debeant ſeuerius cognoſcere: Neque enim de communibus peccatis, ſed de grauiſſimis criminib⁹, ſupremi in Eccleſia iudices, ſententiam ferunt:

Verbi (notate) varia explicatio.

1. Reg. 15.

Iure itaq; erga Sectarios, quales ſunt Lutherani, ita ſe gerit Eccleſia, ſicut erga aliquem Ethnicum & publicanum, hoc eſt, erga infidelem, non baptizatum, qui maiorum leges contemnunt, Antiſtitumque mandata peſſundant. Eſt enim *quaſi peccatum ariolandi, repugnare, & quaſi ſcelus, nolle acquieſcere*:

Iure cum Lutheranis, vt cum Ethnicis, agit Eccleſia.

Et nolite quaſi inimicum exiſtimare, ſed corripite, vt fratrem. XV.

Finis exilij ſpiritualis, hic expreſſus oſtenditur,
nempe ſalus & reſipiſcentia, ſpiritualiter exulantis, *Excommunicationis finis.*
ſicut alibi dicebat Apoſtolus, ſe Alexandrum & Hy-
menæum *tradidiſſe Sathanæ, vt diſcant,* inquit, *non bla* *1. Tim. 1.*
ſphemare, quemadmodum & incœſtuoſum Corin-
thium, *vt ſpiritus,* inquit, ſaluus fiat: Quaſi confu-
ſio per excommunicationem inducta, ad ſalutem *Aug. lib. 9. hiſt.*
ſæpe conducat, vt Theodoſij Imperatoris exem- *Trin. cap. 30.*
plum declarat, qui ab Ambroſio excommuni-
catus, reſipuit. Neque enim hoc fit crudeliter, ſed
miſericorditer, ait Auguſtinus, ne contagio peſti-
fera, plurimos perdat. Nam & ipſa dictat ratio, vni-
cuique cum aliquo vtiliter agere de eis rebus, eſſe per-
miſſum, quæ ad emendationem vitæ poſſunt delin-
quentem mouere; ſiue remedia adhibita aſpera, ſiue
leuia ſint. Miſericordia ſiquidem, corrigentis affe- *Peccatores corripiendi, modus*
ctionem occupare poteſt, licet vultus, auſteritatem
externè videatur exprimere, quod videtur alibi Pſal-
miſta expreſſiſſe, cùm dixit: *Corripiet me iuſtus in miſe-*
ricordia, & increpabit me. Ideò ſpirituales hortatur
Apoſtolus, vt huiuſmodi (peccatores ſcilicet) in
ſpiritu lenitatis, velint inſtruere, quaſi vitium, non
naturam, Chriſtiana charitas culpet, odio proſequa-
tur, deteſtetur, aut puniat. Sic etiam de incœſtuo- *Pſal. 140.*
ſo illo, iam reſipiſcente, ſcribit: *Ex multa tribulatione,* *Gal. 6.*
& anguſtia cordis, ſcripſi vobis, per multas lacrymas: vt non *2. Cor. 2.*
contriſtemini, ſed vt ſciatis, quam charitatem habeam abun-
dantius in vobis. Sufficit illi, qui eiuſmodi eſt, obiurgatio
hæc, quæ fit à pluribus: ita vt è contrario magis donetis &

conſolemini, ne forte abundantiori triſtitia abſorbeatur, qui eiuſmodi eſt.

XVI. *Ipſe autem Deus pacis, det vobis pacem ſempiternam in omni loco.*

Finem ſcribendi facturus, diuina Theſſalonicenſib. dona precatur, contra ſeductores, inquietos, & otioſos. Exoptat autem à totius concordiæ & tranquillitatis parente, iucundæq; requiei authore Deo, inprimis veram pacem, qua forma, in ea, quæ Romanis eſt ſcripta, etiam eſt vſus; *Deus autem pacis*, ait, *conterat Sathanam ſub pedibus veſtris velociter*, cuius ſcilicet inſtinctu, Sectarij, fidelium concordes ănimos perturbant, ac fallere bonos omnes conantur: ſed impios ipſorum conatus, ij facilè eludent, qui in Chriſto pacem (*quæ* ſcilicet *omnem ſenſum exuperat*,) inter ſe habent. Qui enim Chriſto inhærent, ab eo in grauiſſimis tentationibus, temerè non ſeparantur, ſed potius fide & dilectione, eidem coniuncti, in eo permanent: Tales enim *fide* dicuntur alibi *ſtare*, ita vt temporaneæ pacis tranquillitatem, paci ſempiternæ coniunctam experiantur, & hoc quidem *in omni loco*, hoc eſt, in mundo, cœlo & corde, tam proprio, quam alieno, vt ſic quietem æternam in cœlo, ſecuritatem temporis in mundo, pacem tranquillitatis in corde proprio, vſu & experientia, magna cum iucunditate, & voluptate ſentiant.

Pax, contra ſeductores. Theſſalon. exoptata.

Rom. 16.

Ioan. 6. Philipp. 4.

Quinam fide dicantur ſtare.

Domi-

Dominus ſit cum omnibus vobis. XVII.

Etſi Deus, ſua virtute & præſentia, omina repleat, nec quicquam ſit, quod ſine Deo, ſubſiſtat, (*in eo enim ſumus, viuimus, & mouemur*) ſingulari tamen modo, cum iuſtis eſſe dicitur, quos peculiari dilectione & charitate, quæ ſcilicet diuini ordinis eſt, proſequitur. Eos enim tuetur, defendit, regit, gubernat, ita vt nihil eis, teſte Regio Vate, deeſſe poſſit: cùm *timentibus Deum, nihil deficiat*: Quo modo, ſuis Theſſalonicenſibus, Deum adeſſe præſentem exoptat. Qua ſalutandi formula, ſuis in ritibus, ac ſacris ceremonijs, & maximè in ſacro Miſſæ ſacrificio, ſæpè ad Pauli imitationem, vtitur Eccleſia, qua & in libro Ruth, legitur ſuos ſalutaſſe meſſores, Booz, maritus Raab.

Quomodo cum iuſtis eſſe Dominus dicatur. Actor. 17.

Paulinam ſalutationē, imitatur Eccleſia.

Salutatio mea, manu Pauli. XVIII.

Eadem ratione, eam quæ Coloſſenſibus eſt ſcripta, concludit, quo indicio & argumento, veras & germanas ſuas epiſtolas, à nothis internoſci cupiebat Apoſtolus: Nam manu propria eius, hæc verba fuiſſe ſcripta, dubium non eſt, quæ & ſubſcriptionis, & ſigilli vim apud eos habebant, ad quos ille ſcripſiſſet.

Vniuerſalis, Pauli epiſtolarum cōcluſio.

Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum omnibus vobis. XIX.

Nempe, quæ ſufficit ad eorum tutelam & certam defenſionem, in omnibus malis, diſcriminibusque, & pe-

Qua gratia Theſ. exoptetur

INDEX VERBORVM ET RERVM PRÆCIPVARVM, QVÆ IN HOC VTRIVSQVE D. PAVLI AD THESSALONICENSES Epiſtolæ Commentario, continentur.

A.

Abrahami, vitæ innocentia. pagina 64
Abundandi verbo, quid ſignificârit Apoſtolus. 118
Abſtinentia ab omni ſpecie mala, duplici cauſa ab Apoſtolo præcepta. 210
Acquiſitionis vox, quid importet? 190
Aduentus Chriſti. retributionis iuſtorum tempus, futurus. 119
Aduentus Chriſti, varia nomina. 178. 249
Aduentus Chriſti diſpenſationis, vtilitas. 190
Aduentus Chriſti, titulus à Paulo ad impetrandum aliquid, interponitur. 247
Adiuratio, quid? 216
Adiurãdi, duplex in ſcriptura modus, & eorum exempla. 216
Adoptionis iure, omnes fratres facti ſumus. 192
Afflictis, à ſcriptura auxilium petendum. 85
Amoris diuini, in Theſſalon. indicium. 17
Amoris diuini & humani, diſcrimen. 273
Amoris diuini generalis & particularis differentia. 274
Ambitio, multorum perditionis cauſa. 265
Ambulandi verbo, quid inſinuet Apoſtolus. 124
Ambulare, quid in ſcriptura ſignificet. ibid.
Anabaptiſtarum patientia, nullius meriti. 24
Animi demiſſio, in Euangelij prædicatore, requiritur. 66
Animi emiſſio, ab Euangelij prædicatore, quomodo exhibenda. ibi.
Animam ſuam ponere, tradere, &c. quid in ſcriptura ſignificet. 61
Amorem mutuum à nobis requirit Deus. 202

Antichriſtus, orbem Chriſtianum ſuis artibus deluſurus. 254
Antichriſtus à ſanctis Patribus, Apoſtaſia dictus. ibid.
Antichriſti aduentus, vtilitas. 260
Antichriſtus, poſt Chriſti in cælos aſcenſum, quomodo veniſſe dicatur. 259
Antichriſti hypocriſis. 261
Antichriſtus, Hebræus, ex Hebræis creditur generandus. ibid.
Antichriſtus, mortẽ & reſurrectionem ſimulaturus. ibid.
Antichriſtus, in monte oliueti cælos aſcendere conaturus. ibid.
Antichriſti interitus, ſcholaſtica hiſtoria. ibid.
Antichriſti, in iuſtos crudelitas. 262
Antichriſtus propter ſuperbiam, in præcipitium ruiturus. ibid.
Antichriſtus ſuæ conceptionis initio, omni Sathanæ malitia replendus. ibid.
Antichriſtus, Dæmonis opera concipiendus. 262
Antichriſti patrem, dæmona vocat Hieronymus. 263
Antichriſtus, ex fornicatione, ſecundum Damaſcenum, generandus. ibid.
Antichriſtus, liberum arbitrium habiturus. ibid.
Antichriſtus, ſigna de Meſſia prædicta, patraturus. ibid.
Antichriſti ſigna & prodigia ab Apoſtolo, mendacia cur dicantur. 264
Antichriſti miracula, non omnibus obfutura. 265
Antichriſtus, Iudæos præcipuè eſt decepturus. 267
Antichriſtus, diuinæ virtutis ſigna non editurus. 264
Apoſtolorum in ſuos, cura Apoſtolorum vitæ ratio. 49
Apoſtoli, Eccleſiæ præpoſitis, imitandi. 47
Apoſtolorum puritas, innocentia, & æquitas. 67
Apoſtolorum prædicationis, merces ibid.
Apoſtolorum vitæ ratio, hominibus ſufficiens, ad Chriſtum agnoſcendum, teſtimonium præbebat. 72
Apoſtoli, Chriſti magiſtri imitatores. 22
Apoſtolis poteſtas, mundo ſummè neceſſaria, conceſſa. 143
Apoſtolorum, in ſtabilienda mortuorum reſurrectione, labor maximus. 155
Apoſtoli, multa ſine ſcripto, viua voce tradiderunt. 178. 280
Apoſtoli, ſe primitias ſpiritus habere, ſunt gloriati. 272
Apoſtolatus titulus, in his epiſtolis, à Paulo, cur omiſſus. 5
Apoſtolici muneris cardo. 49
Apoſtolatus dignitas. 143
Apoſtaſia à fide Chriſtiana, iudicium anteceſſura. 254
Arma triplicis generis, ab Apoſtolo cõtra tenebrarum regnum præſcripta. 188
Archangeli voce, tanquam diuinæ

virtutis inſtrumento, homines reſuſcitandi. 162
Auditorum commune vitium. 82
D. Auguſtini, in ſectarios præmia ex perſecutionibus ſibi pollicentes, ſententia. 97
Eiuſdem, de futuri iudicij die, opinio. 179

B.

Baptiſmo, Eccleſiæ varia membra, vnum corpus efficiuntur. 114. 215
Baptizandis adultis, quæ ſit fides neceſſaria. 115
Beatitudo hominis, in Trinitatis & Chriſti humanitatis cognitione ſita. 6
Beatitudo iuſtorum inæqualis futura. 231
Bonorum operum commendatio. 145.183
Bona & pia opera pro defunctorum ſalute præſtanda. 5
Bonorum operum inter Chriſtianos, participatio. 214
Bonis operibus, æterna promiſſa merces. 239.240
Bona hominum opera, Chriſti meritis inniti debent. 244
Bona opera, in charitatis finem dirigenda. 294
Bono Chriſtianorum exemplo, alij ad meliorem vitam prouocandi 151
Bonæ vitæ vtilitas. ibid.
Bonorum temporalium abundantia, ſomnum conciliat. 185
Bonis, factis, & malis toleratis, in viam ſalutis incedimus. 294
Bona, ex obedientia, prælatis præſtita, promanantia. 197

C.

Celſi, Chriſtum non eſſe Deum, blaſphemiæ origo. 99
Celſi error. ibid.
Charitatis commendatio. 14.212. 124
Charitatis natura. 14.146
Charitas perfectorum hominum. 11
Charitatis encomia. 124
Charitas Chriſtiana, nullis limitibus terminata. 118.119.124
Charitas via plana, qua ad cœlum itur. 124
Charitatem, licet Deus auctor augere poteſt homo per bona opera. 125
Charitatis præſtantia, eiuſq; ſummi fructus. 144
Charitas Chriſtiana, non ſolum pro beneffcijs ſibi, ſed & alijs præſtitis, gratias agere iubet. 114
Charitas, hominem alias imperfectum, perficit. 212
Charitas vinculum, hominem Deo coniungens. 212.229
Charitatis ſumma & inexplicabilis dignitas. 228
Chriſtus vt homo, pro nobis in cœlis patrem orat. 16
Chriſtus, cur via, veritas & vita dicatur. 31
Chriſtus, hominibus, peccato exce-

pto, ſimillimus. 34
Chriſti, in mundum venientis ſcopus. 31
Chriſti ſecundum humanitatem potentia. 34.38
Chriſtus à patre quomodo à mortuis ſuſcitatus. 34
Chriſtus ab ira ventura quomodo nos eripiat. 37.189
Chriſtus in nomine Domini, cur veniſſe dicatur. 42
Chriſtus nutricum more, diſcipulos exercuit. 58
Chriſtus, bonus paſtor. 42
Chriſti cura & ſolicitudo gallinæ comparata. 58
Chriſti præceptum de tuenda aliorum, cum ſuo etiam periculo, ſalute, Apoſtolis præſcriptum. 61
Chriſti & eius miniſtrorum vitæ integritas. 68
Chriſti, charitatis exemplum imit in dum. 61
Chriſtus, cur filius Dei viui dicatur. 31
Chriſtus ſuis popularibus inuiſus. 81
Chriſtus mundum ſuperauit. 96
Chriſtus ſua morte homini gratiam ad vincendum mundum conſecutus. 96.
Chriſto, quiſq; hominum indiget. 113
Chriſtus Dei & hominum mediator. 116
Chriſtus via ad vitam ducens. 158
Chriſtus mortuus, homines v. dormientes cur dicantur. 148
Chriſtus ſecundum humanitatem à patre iudicium in homines faciendi accepit. 162
Chriſti non humana, ſed diuina voce homines reſuſcitandi. ibid.
Chriſtus, reſurrectio & vita, cur dicatur. ibid.
Chriſti impios condemnantis, & iuſtiſ gratulantis, vox. 164
Chriſtus à mortuis cur reſurrexerit? 170
Chriſtus cur lucem ſe in ſcriptura appellet? 182
Chriſti ignorantiam, tenebras cur ſcriptura vocet. ibid.
Chriſtum ſequi, quinam dicãtur. ib.
Chriſti ſequaces, ab improuiſo iudicij die non occupandi. ibid.
Chriſti doctrina, quæ bona, quæue mala ſunt oſtendit. 187
Chriſtus ſua morte, quoſnam ad ſe traxerit? 190
Chriſti morte tractorum, vita. ib.
Chriſtus ſua morte, omnis carnis effectus princeps. ibid.
Chriſti mors, opus magnificum. 191
Chriſtus hominibus imitandus proponitur. 192
Chriſti mortis multiplices fructus. 230
Chriſti ad iudicium venientis maieſtas & gloria. 234.236.238
Chriſtus, in flamma ignis, cur venturus dicatur. 234
Chriſtus de cœlo cur reuelandus. 124.238
Chriſtus in extremo iudicio, ab omnibus conſpiciendus. 235
Chriſtus in nobis glorificari, quando di-

do dicatur. 243.248
Chriſti explicandi ſcripturæ ratio. 253
Chriſtus ab origine mundi, quomodo veniſſe dicatur. 259
Chriſtus & Apoſtoli, doctrinam operi coniunxerunt. 284
Chriſtianorum ſpes. 31
Chriſtianis, cur perſecutiones tolerandæ. 100
Chriſtiani, Dei vocatione ab Ethnicorum turpitudinibus ſeparati. 138.139
Chriſtiani communem Deum habentes, fratres dicuntur. 146
Chriſtianorum erga infideles vita, quomodo inſtituenda. 151
Chriſtianorum corpora, religioſis ceremonijs cur ſepeliantur. 153
Chriſtianis in expectando Chriſto diligentia commendatur. 182.
Chriſtiani ad diem pertinere dicuntur. 187
Chriſtianis ad ſalutem, quænam ſint neceſſaria. 188
Chriſtiani ad mutuam iniuriarum condonationem, exhortantur. 201.
Chriſtiana perfectio, quanta eſſe debeat. 210
Chriſtianorum bona opera, quibuſnam mortuis prodeſſe poßint. 155
Chriſtianorum legitima petitio, quæ dicenda. 259
Chriſtiana Religio, in primæua Eccleſia duplici iure recta. 278
Climachi, de fornicatione ſententia. 131
Complendi verbum, quid importet. 114.
Conſolatio æterna cur à Paulo dicta. 283
Conuerſi ad Chriſtum, cur ab Apoſtolo fratres dicantur. 69
Corpus in honore & ſanctificatione, quomodo poßidendum. 133
Curioſitas rixarum & litigiorum omnium ſeminarium. 141
Curioſitatis fœditas. 148
Curioſitatis vitandæ remedia. 147
Coſtodire à malo quid ſit. 292

D.

Dauid Eccleſiæ paſtoribus imitandus. 47
Denunciandi & obſecrandi voces, quid importent. 306
Deſidum Chriſtianorum deteſtatio. 299. 299
Deus cur à nobis orari velit. 12
Deus rerum omnium gnarus & ſpectator. 15.52
Deo ſummæ gratiæ à creaturis referendæ. 10.104
Deus ab Apoſtolo, cur verus dictus. 32
Deus quomodo iraſci dicatur. 37
Dei auxilio, ad Chriſti doctrinam comparandam opus. 72
Deus in Theſſalonicen. quomodo operatus. 74
Deus in ſuis, ad patiendum pro religione Chriſtina operatur. 76
Dei peccata non punientis indicium. 82

Dei vindictam, ob peccata non mereri, ſummum ſuplicium 83
Dei prouidentia, piorum conatus à Sathana impediuntur. 87
Deus cum intentator malorum ſit, quomodo homines tentet. 87. 105.
Deus in tentationem nos inducere, quomodo dicatur. 105
Dei & Diaboli tentantium diſcrimen. ibid.
Deus homini retribuere nihil poteſt. 111
Deus iniuria neminem afficit. 112
Deus debitor nobis factus quomodo dicatur. ibid.
Deo nihil dari poteſt. ibid.
Deo pro beneficijs acceptis gratus animus rependendus. 113
Deum quiſq; laudare tenetur. ibid.
Deum patrem, & Dominum, quos vocet Apoſtolus. 116
Dei in ſe inuocantes miſericordia. 116. 243.
Deum amando, ad eiuſdem fruitionem peruenitur. 118
Deus magnifica promittens, contraria ſæpe euenire ſinit, cuius exempla proponuntur. 123
Deus ſanctus, ſanctum habitaculum requirit. 129
Dei inflexibilis æquitas. 137
Deo pro data reſurrectionis ſcientia gratiæ referendæ. 169
Deus nil niſi per Chriſti merita hominibus largitur. 189. 242
Deus ſuper omnia colendus & diligendus. 204
Deus effector pacis ab Apoſtolo cur dicatur. 211
Dei fidelitas in promiſſis ſeruandis 213. 214.
Deus ſummè iuſtus. 232
Deum non noſcere, qui dicantur. 236
Deus Antichriſtum in terris exiſtere, cur paſſurus 259
Deus damnationis peccatorum auctor non exiſtimandus. 265
Deus peccata peccatis aliquando punit. 268
Dei in homines mira dilectio. 273. 283
Deus cur pater dicatur. 282
Deus ſeruos ſua gratia bene vtentes, in gratia confirmat. 283.
Dei ſolius cordis & auris aperire oſtium. 288
Deus fidelis & verax. 291
Deus, quomodo cum iuſtis eſſe dicatur. 301
Diffamandi verbo, quid intelligendum. 29
Diuina vis, omnia latenter præparans in Euangelij prædicatione requiritur. 19
Diuinæ dilectionis in ſe cognoſcendæ modus. 20
Diuinarum rerum ſcientiam interuallis creſcere docet Apoſtolus. 57. 60
Diuinæ doctrinæ effectus. 139
Diuinæ iuſtitiæ ſpeculum. 213. 214. 231.
Diuinæ iuſtitiæ declarandæ tempus idoneum. 234

Diui-

Diuina dilectio in dilectis per gratiam, inhæret. 274
Diuinæ dilectionis in homines, fructus. 283
Diuinæ prouidentiæ, victui neceſſaria relinquenda. 302
Diuini nominis blaſphematores, qui dicantur. 297
Diabolus, cur tentator dicatur. 105
Diabolus homines apud Deum calumniatur. 108
Diaboli, homines apud homines calumniandi modus. ibid.
Diabolus pernicioſus hominum hoſtis. 260
Diaboli duplex patrandi miracula modus. 264
Diaboli homines circumueniendi ratio. 184
Diem quid ſcriptura nuncupet. 183
ad Diem pertinere, quinam dicantur. 186. 187
Dies huius vitæ, hominis & breues cur dicantur. 178
Dies, quos nunc viuimus noſtri, iudicij vero dies Dei futuri. 177. 183
Dignum eſſe, pro mereri in ſcriptura ponitur. 71
Doctrina operibus coniuncta commendatur. 56. 284
Doctrinæ cœleſtis perſuadendæ certa media. 65
Doctrinæ concordia, certa veræ fidei nota. 257
Domini vox Chriſti epitheton, eiuſque ratio. 110
Dormire, quinam in ſcriptura dicantur. 183

E.

Ebrietas à Paulo prohibita, quæ? 186
Ebrietas, curis huius ſæculi iuncta, quid importet. 185
Eccleſiæ nomine, quid in his epiſtolis Paulus intelligat. 223
Eccleſiæ Catholicæ B. V. orandi modus. 12
Eccleſiæ miniſtris ſe officio functos, dignoſcendi ratio. 55
Eccleſiarum rectores, recte ſal terræ, & lux mundi appellātur. 69
Eccleſiæ miniſtrorum ſumma dignitas. 73
Eccleſiæ miniſtrorum contemptoribus pœna conſtituta. 74
Eccleſiæ primitiuæ perſecutionum grauitas. 77
Eccleſiæ prælatorum, varia ſcripturæ nomina. 142
Eccleſiæ Catholicæ in diuinis celebrandis laudibus, ſedulitas. 205
Eccleſiæ in publicè legendis & explanandis epiſtolis conſuetudo, à Paulo ſumpta. 217
Eccleſiæ, per Chriſti merita, auctor Deus. 223
Eccleſiæ vera vnitas. 224
Eccleſia Romana, vera Eccleſia. ibid.
Eccleſiæ pars. ſpuria quæ. ibid.
Eccleſiæ, Deum precādi modus. 247
Eccleſia, Deum per Chriſti aduentum orans, Paulum imitatur. ib.
Eccleſiæ perſecutiones à Paulo, myſterium iniquitatis appellantur. 259

Eccleſia,

Eccleſia, rerum circa fidem, approbatrix eſſe debet. 281
Eccleſiæ traditiones, non aliter quā Apoſtolorum, ſeruandæ. 282
Eccleſiæ in rebus arduis, ad orationem recurrendi, conſuetudo. 287
Eccleſia excommunicando improbos, crudelitatis nomine, non incuſanda. 305
Eccleſiaſtici ritus, ad Euangelium pertinent. 282
Eccleſiæ præpoſitis, bonorum operum exemplum commendatur. 300
Eccleſia Pauli ſalutationem imitata. 311
Eccleſiaſticis labor commendatur. 304
Ethnicorum circa carnis abuſus, errores. 134
Ethnicorum turpis vita. ibid.
Epiſcopi ſub peccato mortali, ſuis decretis, ſubditos conſtringere poſſunt. 126
Ethnici, veritatē in iniuſtitia quomodo detinuerint. 268
Euchariſtia, reſurrectionis cauſa inſtrumentalis futura. 160
Euangelici hominis ſeruitus, quomodo conſtituenda. 56
Euangelio Chriſti non obedientibus, diuina ira reuelanda. 236. 237
Euangelium, quid vocet Apoſtolus. 276
Euangelium, in ſcriptura, cur veritas dicatur. 276
Euangelij virtus. 288
Euangelij hoſtes, duplici titulo depinguntur. 289
Euangelij Doctor, à Chriſto, ſpiritus veritatis cur dictus. 276
Euangelicæ fidei virtus. ibid.
Euangelium, cur ſuum dicat Apoſtolus. ibid.
Excōmunicationis poteſtas, à Chriſto Eccleſiæ conceſſa. 308
Excommunicationis finis. 309
Exhortatio, quid? 284
Exleges qui dicantur. 297
Eccleſia, Deum in tolerandis ſectarijs, imitatur. 85

F.

Fides in ſcriptura commendata, quæ. 14
Fides vera, multarum virtutum cauſa. ibid.
Fides charitate firmanda. ibid.
Fides charitate deſtituta, nihil operari poteſt. ibid.
Fides, fundamentum bonorum operum. ibid.
Fidei opus, quid in ſcriptura. 13. 242
Fides in Chriſtum, ab impietate nos liberat. 36
Fides non ex ſola auditione concipitur. 72
Fidem in homine, quis operetur. 73
Fidei perſecutores, peccati conuincuntur. 83
Fide tentationes omnes ſuperantur. 104
Fidei baſis, ex bona vita, & patientia colligitur. ibid.

Fide,

Fide, quæ per charitatem operatur, deſtituto, impoſſibile eſt placere Deo. 125
Fidei, varij effectus. 138. 139
Fides, ſanctificare ac iuſtificare, quomodo dicatur. ibid.
Fides, peccatis aliquando extinguitur. 139
Fides, ad vitam æternam, facem præfert. 182
Fide in Chriſto, homines viuificantur. 189
Fidei dignitas & præſtantia. 228
Fide, Chriſtus corda noſtra inhabitat, eademque purificat. 228
Fides & conſtantia, magnos ſæpe progreſſus fecerunt. 230
Fidei, ſumma virtus. ibid.
Fides, licet Dei donum, ab arbitrij tamen pendet libertate. 290
Fidei oppugnatoribus, nulla futura excuſatio. 29
Fides in ſe, quid complectatur. 291
Fide ſtare, qui dicatur. 310
Fideles æterna mercede, opera digna operari poſſunt. 70. 71
Fidelium externi hoſtes in prima fidei prædicatione, maximè ſæuierunt. 96
Fidelibus, quanta fides, ad fœlicitatem neceſſaria. 115
Fideles, omni parte munitos cupit Apoſtolus. 188
Filiorum Dei, ſui abnegatione & demiſſione ſublimitas paratur. 57
Filij in ſcriptura qui dicantur. 181
Filij, ad ambulandum dignè Deo in ſua vocatione admonentur. 70
Fornicationis ſimplicis deteſtatio. 130. 131
Fornicatio à Prophetis, cur idololatria dicatur. 131
Fornicationis occaſiones, maximè deuitandæ. ibid.
Fraternæ charitatis commendatio. 145. 292
Fraterna charitas, quæ. 145
Fraternæ charitatis inter ſeſe ſeruandæ, documenta. 146.
Fraternæ charitatis excellentia. 147

G.

Gaudij ſpiritualis commendatio. 24
Gaudium, pax, & charitas indiuidui comites. 24
Gentium naturæ legibus fornicationem non repugnare putantiũ, error. 130
Gratia quid. 225
Gratia bonorum ſpiritualium fons & origo. 7. 225
Gratiæ encomium & effectus. 7
Gratiæ per Chriſtum impetranda. 116
Gratia Chriſti, ad meritorias vitæ æternæ actiones, neceſſaria. 217
Gratiam, quam optat Theſſalon. Apoſtolus, ad Chriſtum cur reuocet. 218
Gratia per Chriſtum facta. ibi.
Gratiæ præſidio, multa à Paulo ſuperata. 225
Gratiæ, Theſſalon. ab Apoſtolo exoptatæ

optatæ præſtantia. 312
Gratias agere, quid ſit? 227
Gratias referendi benefactoribus, ratio. 10
Græci, fornicationem licitam arbitrabantur. 134
Græcorum circa corporum reſurrectionem error, eorumque fundamentum. 163
D. Gregorij, de labore Eccleſiaſticis ſectando, & otio fugiendo, ſententiæ. 304

H.

Hæretici vera pace deſtituuntur. 8
Hæreſum origo. 224
Hæreſis monſtrum fœdiſſimũ. 250. 226. 257
Hæretici Ethnicis & Publicanis deteriores. 252
Hæreſis vt cancer ſerpit. 252
Hæreſis peſti ſimillima. ibid.
Hæreſi, nihil peſtilentius. 253
Hæreſis Diaboli imitatrix. ibid.
Hæreticorum ignorantia, inexcuſabilis, & damnationi obnoxia. 271
S. Hieronymi, de ſuæ ætatis hominibus SS. literas promiſcuè tractãtibus, querela. 60
Hieroſolyma, ob contemptos Eccleſiæ miniſtros, ab Aſſirijs deſtructa. 74
Hieroſolymitarum ſumma iniquitas. 83
Hominis à Deo deſerti, miſeria. 84
Hominũ interni hoſtes, varij, quomodo ſuperandi. 97
Hominis, Dei beneficia agnoſcentis vox. 111
Homines mali, Diaboli cur dicantur. 108
Homines, extremo iudicij die ſimul in momento reſurrecturi. 159. 167
Hominibus nemine excepto, ante iudicij diem, moriendum. 166
Hominum huius vitæ curis, ebriorum natura. 186
Homo perfectus, corpore, anima & Spiritu ſancto conſtare debet. 212
Homo perfectus ſecurè iudicij diem expectare poteſt. 213
Homo ad laborem natus. 304
Homines ab ira ventura per Chriſtum liberantur. 37
Homines pij, ſeruis vigilibus ſimiles. 31
Honoris & ſanctificationis vocibus, quid intelligendum. 133. 193
Humanæ naturæ infirmitas, & ad malũ procliuitas. 199. 210. 290

I.

Induratio quid. 269
Indurare peccatorem in peccatis, Deus quomodo dicatur. ibid.
Impiorum hominum in medicos ſpirituales furor. 101
Improbi duplicis generis, æterno ſupplicio damnandi. 234
Ingratitudinis deteſtatio. 9
Inferni meditatio, homines à peccatis deterrere poteſt. 157

Iniuriarum condonatione, omnis diſsidiorũ materia tollitur. 201
Infidelium improbitas. 234
Inquietorum hominum pernicies.
Inquieti, ad ſeruandam cum ſuperioribus pacem comprimendi. 197.198
Iniuriarum mutua condonatio homines filios Dei eſſe comprobat. 202
Inimicos diligendo, homines Deo ſimiles efficiuntur. ibid.
Iob futuræ reſurrectionis ſpe afflictum ſuum animum conſolabatur. 157
Iræ vox, quid importet. 36.37.189
Iudicio extremo terminato quid futurum. 168
Iudicium extremum imminere, olim autumatum. 176
Iudicij futuri tempora curioſè non indaganda. 175.176.177
Iudicij dies, cur domini dicatur. 177
Iudicij dies ſubito, & præter hominum expectationem venturus. 178
Iudicij dies furi fit ſimilis. ibid.
Iudicij dies mulieri parturienti apta ſimilitudine comparatus, explicatur. 180
Iudicium extremum tria ſigna præceſſura. 249
Iudicij extremi metuenda acerbitas. 38
Iudicij dies, cur magnus dicatur. 177
Iudæi, ſicut & ſectarij à Deo derelicti. 84.
Iudicandi verbo, quid intelligendum. 270
Iudæorum ſuperbia & ſumma hypocriſis. 266.
Iudæorum in Chriſto, quem Meſſiam eſſe, cognoſcere poterant, non recipiendo improbitas & malitia. 271
Iuſtorum pax. 211
Iuſtorum in hoc & in futuro ſæculo vita. 32
Iuſti aliorũ peccatis tribulãtur. 44
Iuſti, cur à Deo tribulationibus affligi patiantur. 45
Iuſtorum ſors, plurima mala perpeti. 94
Iuſtorum mors, noſtro ſomno ſimilis. 152
Iuſtorum mors, merito lugenda. 154
Iuſtorum dignitas. ibid.
Iuſti ſoli ad Spiritus S. receptionem habiles. 204
Iuſtis, ærumnis fidei cauſa patientibus, conſolationes adſunt. 230
Iuſtis pro qualitate laborum merces reddenda. 232
Iuſtorum innocentiæ & ſanctitati coniuncta fides, inæſtimabili honore remuneranda. 239
Iuſtorum vitæ in Eccleſia, imitandæ cur proponantur. 296
Iuſtitia quid ſit? 25
Iuſtitia, per miſericordiam Chriſti, fide apprehenſa, obtinetur. 236
Iuſtificatio, nullis hominum meritis contingit. 38

L.

Labor ab Apoſtolo Theſſalon. præceptus, quis 148. 150. 304
Labor manualis à Paulo præceptus, quoſnam obliget. 301
Labor ab Apoſtolo, cur tantopere commendetur. 149. 393
Lazari à mortuis ſuſcitati vita. 191
Lex diuina, quid à nobis poſtulet. 296
Lucis ſiue diei vberes fructus. 187
Lutherus omnem diſputandi aditum ſuis intercluſit. 279
Luctus quis, circa mortuos prohibitus. 153
Lutheri doctrina. 51
Lutheranorum varij errores, & mendacia. 50
Lutheranorum inconſtantia & inſcitia. 50. 301
Lutheranæ doctrinæ ſpeculum. 50. 250
Lutheranorum doctrina Epicuri ſimilima. 55.
Lutheranorum cuiuis SS. Literas explanandas tradentium impudentia. 60
Lutherani, bonorum operum dignitatem extenuantes erroris conuincuntur. 70. 126. 146. 126. 231. 240
Lutherani non minus quam diaboli, homines à recto ſalutis tramite ſeducunt. 80. 268
Lutheranorum & aliorum ſectariorum crudelitas. 79
Lutherani prædicantes, Sathanæ malis artibus decepti. 103
Lutherani Dei mandata, ſeruatu impoßibilia eſſe, blaſphemant. 126. 240. 293. 300
Lutherani ſola fide fœlicitatem ſibi pollicentur. 126. 231. 241
Lutheranorum omnia præter Bibliorum ſcripta contemnentium, impietas refutatur. 140
Lutheranorum SS. ſcripturam omniũ controuerſiarum iudicem cõſtituentium error. 140. 141. 250
Lutherani SS. Patrum contemptores. 141. 296
Lutherani iure pro Ethnicis habendi. 242. 307
Lutheranorum, clericos & Monachos ad manualem laborem cogere volentium, inuidia patefit. 150
Lutheranorum ſuis vita functis ſubſidia inuidentium, impietas. 156
Lutherani defunctis ipſo epulone crudeliores. 156
Lutherani, Deo laudes inuident. 205. 248
Lutheranorum à Paulo ſubditis de ſuperiorum actionibus, iudicandis poteſtatem fieri mentientium malitia. 209
Lutheranorum ex Paulo, male à Catholicis libros Hæreticos prohiberi colligentium, error. ibid.
Lutherani ad Eccleſiam non ſpectant. 224
Lutherani cum alijs ſectarijs, an-

cillæ non liberæ filij. 225
Lutheranorum, gratiam nihil aliud eſſe quam Dei extrinſecum fauorem aſſerentes, mendacio conuincuntur. 225
Lutheranorum ſuperſtitioſa conſcientiæ ſecuritas. 226
Lutherani prædicantis D. Petri epiſtol. in colloquio Ratisbonenſi, inepta explicatio. 227
Lutheranorum vitam iuſtorum peccata eſſe dicentium, impia ſententia. 229
Lutheranorum vires humanas nimium extenuantium, mendacium. 230
Lutherani, bonis operibus mercedem nullam deberi mendaciter aſſerentes, refutantur. 233
Lutheranis nihil fides, nec quicquam aliud abſque bonis operibus profuturum. 236
Lutherani æternis ſupplicijs puniendi. 234.235
Lutheranorum, in decipiendis aſtutia. 250
Lutheranorum diſputandi, concionandique modus. 250.179
Lutherani S S. Pontificem Antichriſtum eſſe blaſphemantes, mendacio redarguuntur. 255.256
Lutherani diuina ſanctificatione non remitti ſed legi duntaxat aſſerentium blaſphemia. 275
Lutheranorum imputatiua iuſtitia reijcitur. 225.278
Lutheranorum, omnia ſcripturæ tribuentium, inſcitia refutatur 280
Lutheranorum in diſputando inſcitia. 279
Lutherani Theologica principia tollunt. ibid.
Lutherani Scribis & Phariſæis in malitia ſimiles. 281
Lutherani omnia ſcriptura contineri mentientes reijciuntur. 293.

M.

Mali vocis vis. 292
Mali nomine, Dæmon aliquando intelligitur. 292
Martyrum in primordio Eccleſiæ, conſtans in fide animus. 77
Martyrum mors, apud Deum glorioſa. 239
Martyrum morte, & iuſtorum vita Deus glorificatus. 238
Martyrum verorum à Pſeudomartyribus diſcernendi ratio. 98
Martyres Chriſtianæ veritatis confirmatores. 77
Martyres veritatis teſtes. 244
Martyres Chriſtum clarificare, quo modo dicantur. ibid.
Martyres Antichriſti tempore alijs præſtantiores futuros arbitratur Hyppolitus. 260
Martyrio in hoc ſæculo vitam finire, ſummum præmium. 100
Melchioris Cani de Lutheranis ſententia, eorumq; diſputandi modus 279
Miraculorum Chriſti magnitudo. 160

Miſericordiæ commendatio. 199. 307
Mori per Chriſtum, quid. 158
Mortui immoderate non lugendi. 153
Mortuos moderatè tamen lugendi ritus laudabilis. ibid.
Mortui in cineres ante reſurrectionem non omnes vertendi. 167
Mors Chriſtianis non formidanda. 181
Mundus cur viros ſanctos ſemper perſecutus fuerit. 79
Mundus à peccato iniuſtitiæ, qua ſanctos ſemper perſecutus eſt, inexcuſabilis. 80
Mundus, quid in ſcriptura dicatur. 96
Mundus Spiritum ſanctum recipere non poteſt. 205
Mundanarum curarum ſopor. 182
Mulieris parturientis ſimilitudine, quid Chriſtianis indicet Apoſtolus. 181

N.

Negotij variæ acceptiones. 135
Noctis nomine, quid ſcriptura intelligat. 183
Noctis ethymon. 186
Noſcere eos, qui laborant inter nos, quid ſit. 193
Notandi verbo, quid velit Apoſtolus. 307
Nutricis ſimilitudo, qua vſus eſt Apoſtolus, declaratur. 58

O.

Operi bono, ſermonem cur adiunxerit Apoſtolus. 284
Operatio erroris mittenda, cur dicatur. 267
Orare ſine intermiſſione, quis dicatur. 11.203.227
Orationis variæ ſignificationes. 11
Orationis frequentior acceptio. ibidem.
Orationi variæ virtutes coniunctæ. 12
Orationis excellentia & eius fructus. 12.13
Orationi, vt bona & vtilis, quæ adiungenda. 243
Orthodoxorum Eccleſiæ patrum in Lutheranos ſui contemptores, ſententia. 145
Oſculum ſanctum quod, eiuſque vſus. 215
Oſcula non prohibuerunt, ſed moderarunt Apoſtoli. 215
Oſculum amoris & pacis ſimbolum. 215
Otij deteſtatio. 303
Otioſi qui à Paulo reprehendantur.
Otium puluinar diaboli. 304
Otioſi naturæ legibus repugnant. ibid.

P.

Pacis encomium, eiuſque effectus. 8.226.

Pax, vt vltimus hominis finis, expetenda. 8
Pax, bonorum operum finis. ibidem.
Pacis fructus. 9
Pax impijs nulla eſſe poteſt. 8.211. 226.289
Pax, contra ſeductores Theſſalon. à Paulo exoptata. 320
Pax cum ſuperioribus ſeruanda, quid in ſe complectatur. 197
Pax, in ſcriptura commendata, quæ. 226
Pax vera, in quo conſiſtat. ibid.
Panis nomine, omnia ad victum neceſſaria ſcriptura intelligit. 306
Paſtorum Eccleſiæ varia nomina, eorumque rationes. 27
Paſtoris boni, officium. 47
Paſtorum, in veritatis hoſtes ſeueritas. 62
Paſtorum, ſuos in fide nihil proficere animaduertentium dolor. ibid.
Paſtorum conſilia, contra Diaboli machinamenta proſunt. 103
Paſtoris veri prudentia. ibid.
Parentum in filios amor & ſolicitudo. 86
Patientiæ exemplum, nobis à Chriſto relictum. 22
Paſtorum Eccleſiæ vita, qualis eſſe debeat. 27
Paruuli vocis, variæ ſignificationes. 57
Patientiæ neceſſitas. 45
Patientia charitate deſtituta, nullius momenti. 24
Patientiæ commendatio. 100
Paulus, in ſcribendo cur ſibi ſocios adiungat. 5
Pauli, gratiarum actionis finis. 10
Pauli, pro Theſſalon. precum ad Deum fuſarum rationes. 9.16
Pauli in ſuos charitas. 215.85.93. 109.226
Pauli, ad Theſſalon. introitus. 42
Pauli, poſt Pythonicũ ſpiritum expulſum, tribulationum & perſecutionum anxietas. 45
Pauli, in ferendis calamitatibus, infractus animus. 46
Pauli, in tribulationibus conſtituti, refugium. 47
Paulinæ doctrinæ, veritas. 48
Pauli, in euangelizando præfixus ſcopus. 51
Pauli, in euangelizando innocentia. 52
Pauli, in fundanda Theſſalon. Eccleſia, vitæ ſanctitas. 53
Paulus, vulgi fauorem penitus non contempſit. ibid.
Paulus, à quo populi fauore abhorruerit. 54
Pauli, in caſtigandis ſceleribus, ſeueritas. ibid.
Pauli, doctrina operibus ſemper fuit coniuncta. 56
Pauli, in prædicando ſinceritas. ibid.
Paulus, cum Theſſalon. vt nutrix conuerſatus. 57
Pauli, labores eleganter nutrici cõparantur. ibid.
Pauli, in ſuos cura. 59

Pauli de Hebræis in rerum diuinarum cognitione parum proficientibus, querela. ibid.
Pauli in Theſſalon. charitas. 61. 108
Pauli erga fideles affectus, & amoris vehementia. 62. 63
Pauli, de Iudæorum caſu, triſtitia. 63
Pauli laborum magnitudo. 64
Paulus ſine querela inter Theſſalon. verſatus. 68
Paulus, Theſſalon. cur ſe dicat ad fuiſſe. ibid.
Paulus in Theſſalon. qualis extiterit. 69
Pauli ad perſecutiones æquanimiter tolerãdas, exhortatio. 85. 123
Pauli Theſſalon. videndi deſideriũ, eiusq; ratio. 89
Pauli ad Theſſalon. profectio, diuerſis intentionibus à Spiritu S. & Sathana impediri potuit. 88
Pauli paternus erga Theſſalon. amor. 92
Pauli diligentia, Eccleſiæ proceribus imitanda proponitur. 106
Pauli pro gratia Dei Theſſal. impetranda, precatio. 116
Paulus, alias nobilis, quomodo opificium didicerit. 149
Paulus Theſſalon. de morte proximorum marentes, conſolatur. 156
Paulus, ad vitandum ſcandalũ manibus laborauit. 149
Paulinæ doctrinæ conſtantia. 301. 125. 256
Paulus, cur ſe per Ieſum præcepta tradidiſſe dicat. 127
Paulo, quid Theſſalon. de mortuis loquendi occaſionem dederit. 153
Paulo, quænã ſcribendæ 2. ad Theſſalon. epiſt. occaſio fuerit. 159
Paulus, ad varias virtutes, Theſſalon. excitat animum. 187
Paulus, ad ſalutem vtiliora, rationis tamen iudicio ante excuſſa, eligenda præcipit. 208
Pauli mira humilitas. 214
Paulus Deum pro impetrãda Theſſalon. perſeuerantia, precatur. 242
Pauli in confirmandis in bono fidelibus, & ab impoſtorum dogmatibus auertendis, labor. 248
Pauli, ad fugiendas hæreſes admonitio. 254
Paulus arma, ad reſiſtendum fidei hoſtibus, oportuna ſibi à Deo dari poſtulat. 289
Pauli, in ſuos modeſtia & beneuolentia. 298
Pauli laborem præcipientis, & Chriſti ſolicitudinem vetantis, ſententiæ explicantur. 302
Pauli epiſtolarum vniuerſalis concluſio. 311
Perſecutionibus, Eccleſia Catholica firmata. 43
Perfectionis opus eſt, ſuo iure aliquando non vti. 57
Perfecti in religione Chriſtiana, qui? 59
Perſecutionem faciens iuſtus; tolerans.

rans vero iniuſtus eſſe poteſt 98
Perſecutionum iuſtorum & Apoſtolorum ratio. 101
Petrus Martyr, purgatorium non eſſe colligens, inſcitiæ redarguitur. 171
Peccatum, cur nox dicatur. 186
Peccatori, ſe ab ira diuina liberandi modus præſcribitur. 189
Perſeuerantiæ in bono donum, à Deo precibus ex Chriſti mandato petendum. 241
Peſtem, alijs morbis formidabiliorem reddunt duo. 252
Peccatis contaminati, nil à Deo, quamuis petant, impetrare poſſunt. 243
Peccata quædam ſequẽtium peccatorũ cauſæ eſſe poſſunt. 268. 269
Plenitudinis vocis acceptiones. 19
Pietas Deo debita, in quo, propriè ſita. 113
Poſteritatis longæ cõprecatio, boni ominis auſpicium olim fuit. 117
Poteſtas à Chriſto Eccleſiæ præpoſitis conceſſa. 141
Pontificis Max. pietas. 256
Pontifex Max. à Lutheranorũ blaſphemijs vindicatur. 255. 256
Præconis veri à falſo diſcernendi tria indicia. 49
Primitiæ nomẽ, quid importet. 272
Principum ſacrorum poteſtas. 306
Primores Eccleſiæ varijs donis à Deo cumulati. 20
Prædicatori proximi fauorem aucupari, laudabile. 54
Prædicatori pro fine non conſtituendus populi fauor, ibid.
Prædicatori quibus in rebus populo placere, illicitum. ibid.
Prædicatio, conſilia Euangelia vouentibus, olim coniuncta, cur. 64
Prædicatoribus Samuelis vitæ innocentia imitanda.
Prædicatori cur aliquando fides non adhibeatur. 57
Prædeſtinatorum ad præmia in Dei verbis gaudium. 75
Prædeſtinati aliquando ſine gratia eſſe poſſunt. 84
Prædicatorum, ſine diuina gratia, inanis opera. 117
Prophetarum nominis, variæ acceptiones. 207
Prophetiæ duas ob cauſas in pretio habendæ. ibid.
Prophetiæ certæ & veræ eſſe debent. 208
Prudentia in omnibus Chriſtianorũ actionibus vtendum. 210
Purgatorium eſſe, ex ſcriptura probatur. 171

R.

Rerũ immundarũ munda in ſcriptura nomina reperiuntur. 136
Redemptionis noſtræ fructus. 36
Remedia, ad iram diuinam vitandam à Chriſto nobis præſcripta. 38
Religionis Chriſtianæ ſumma duobus articulis comprehenſa. 30
Religioſi & Clerici manuali labori

non obſtricti, qui? 150
Religioſorum animi labor corporis præſtantior. ibid.
Religionis & pietatis ſenſus in gratiarum actione ſitus. 227
Reprobandi, aliquandiu boni eſſe poſſunt. 84
Reſurrectionis Chriſti ſummæ virtutes. 33
Reſurrectionis futuræ Chriſtus, vt Deus cauſa effectrix futurus. 34
Reſurrectione, Chriſtus, Dei filius declaratur. 35
Reſurrectio 1. epiſt. ad Theſſal. argumentum. ibid.
Reſurrectioni futuræ ſalutis omnium ſpes innititur. 155
Reſurrectionis futuræ ſpes, contra mortis triſtitiam præſentiſſimum remedium. 155
Reſurrectionis futuræ veritas, Chriſti reſurrectione probatur. 156. 169
Reſurrectionis futuræ meditatio magnũ fidelib. ſolatiũ adfert. 169
Reſurrectionis memoria, homines ad iuſtè viuendum incitantur. 157.
Reſurrectio, non naturali, ſed diuina virtute futura. 159
Reſurrectionis bonorum & malorum diſcrimen. 161
Reſurrectio cunctis hominibus, modo licet diſpari, futura. 165
Reſurrectio in inſtanti, quomodo continget. 167
Reſurrectionem futuram credere, tenetur quiſq; Chriſtianus. 168
Reſurrecturæ carnis veritas. ibid.
Reſurrectionis Chriſti fructus. 169
Reſurrectionis futuræ vtilitas. ibi.
Reſurrectio, bonorum operum merces futura. 169
Reſurrectionis Chriſti moralis fructus, vtilitas & conſolatio. 170
Reſurrectionis myſterium Theſſal. inculcatum cur. 174
Reſurrectionis veritas, cur à Paulo abſq; certi temporis definitione Theſſalon. propoſita. 175
Reſurrectionis, temporis certi notitia non neceſſaria. 175
Reſurrectionis temporis notitia ſoli patri cur tribuatur. ibid.
Reſurrectionis & mortis tempus, cur præſciri noluerit Deus. ibid.
Reſurrectionis & iudicij diem quomodo Chriſtus ignoret. 176
Romano florente imperio non venturus Antichriſtus. 259
Retribuere vocabuli propria acceptio. 118

S.

Salomonem, plerique damnatum exiſtimant. 84
Samuelis in regimine æquitas imitanda. 65
Sanctorum orandi Deum modus. 21
Sanctum quid Scriptura vocet. 138
Sanctificationis varia acceptio. 128
Sanctitas ab hominibus quanta requiratur. 128
Sancti à quibus Dei nomen glorificetur.
Sapientia diuina, homini incomprehenſibilis. 117

Sathanas hominibus offendiculum, niſi à Deo poteſtate impetrata, ponere non poteſt. 87
Sathanas tentando ſpe ſua ſæpe fallitur. 88
Sathanas Euangelij præcones turbare ſemper ſatagit. ibid.
Sathanæ tempus ad tentandum oportunum. 102.103
Sathanæ in tentandis hominibus, aſtus. 102
Sathanæ variæ tentationes, & eorum remedia. 103
Sathanæ in tentandis hominibus imbecillitas. 104
Sathanæ, fide verboque diuino reſiſtendum. 104
Sathanas recto nomine, Diabolus dicitur. 108
Sathanas homines iuſtos ad peccãdum allicere ſemper conatur. 116
Sathanæ in diſſeminãdis hæreſibus, nequitia. 248
Sectariorum pro ſua fide patientium nullius momenti patientia. 23
Sectariorum conſuetudo, & familiaritas à Catholicis fugienda. 295.307
Sectariorum in Catholicorum cœtus irrependi modus. 42.52
Sectariorũ huius temporis doctrina. ibid.
Sectariorum in oppugnanda fidei doctrina zelus Deo diſplicet. 78
Sectarij ceu Sathanæ Satrapæ, Euangelij curſum retardare conantur. 88
Sectarij præmia ſibi ex perſecutionibus ab Eccleſia toleratis pollicentur. 98
Sectariorum Monachis laborare non licere mentientium error refutatur. 148
Sectariorum improbitas cum infidelibus communis. 234
Sectariorum malitia. ibid.
Sectariorum in ſeducendis hominibus machinamenta. 249
Sectariorum inconſtantia. 257
Sectariorum fidẽ ſine charitate eſſe poſſe negantium, error. 266
Sectarij veritatem in iniuſtitia detinent. 267
Sectariorum improbitas. 271
Sectarij, ſimiarum inſtar, Eccleſiæ Catholicæ conſuetudines imitantur. 287
Sectarij rectè importuni à Paulo dicti. 289
Sectarijs fidem quam non habent iactare proprium. ibid.
Sectariorum peſtifera conſuetudo. 296.309
Sectarij, fidelium perturbatores. 301
Scripturæ ſacræ lectioni & interpretationi quinã admittendi. 60
Scripturæ de [illegible]gendis in Domino mortuis conſolatio. 152
Scriptura SS. turris Dauidica dici poteſt. 208
Scripturæ ad pœnitentiam variæ admonitiones. 237
Scriptura SS. non omnia ad fidem pertinentia continet. 277.293

Scripturæ SS. obſcuritas ex Apoſtoli verbis contra Lutheranos probatur. 258
Spes omnis in Deo ponenda. 199
Spiritus ſancti ſub duabus perſonis fit mentio. 7
Spiritus ſanctus Apoſtolis cur datus. 142
Spiritus ſanctus hominibus quando dari perhibeatur. 143
Spiritum ſanctum qui habere dicantur. 205
Spiritus ſancti aſſiſtentia multis bonis hominem cumulat. 206
Spiritus ſancti varia nomina. ibid.
Spiritus ſancti operatio igni ſimilis. ibid.
Spiritus & animæ diſcrimen. 212
Spiritus ſanctus hominem perfecit. ibid.
Spiritu ſancto duce ad cœleſtia regna peruenitur. 294
Spiritus ſancti diuinitatē ex Paulo probauit contra Arrium Athanaſius. ibid.
Somni, viuentium & mortuorum, differentia. 152
Sobrietas ab Apoſtolo commendatur. 184
Soporis ſpiritualis cauſa & origo. 184
Stare in fide, qui dicantur. 109
Stare in Domino, quid ſcripturæ ſignificet. 110
Standi verbi variæ ſignificationes. 110.277
Subditorum obedientiâ, ſuperiorum onus leuius redditur. 198
Superiores maximo honore digni. 193.194.195.196
Superioribus, honorem, quo digni ſunt, deferre nemo poteſt. 193
Superiorum onus maximum. ibid.
Superiores pro ſuis ſubditis in extremo iudicio rationem reddituri. 194
Superioribus delatus honor, Deo defertur. 193
Superioribus malæ vitæ, quomodo obediendum. 195
Superiorum contemptores, Dei vindici manu puniendi. 196
Superioribus propter Dei conſcientiam, obediendum. 197
Superbi & auari, vltionis cupidi. 137
Syluanus, quis? 5

T.

Tempus vindictæ diuinæ præſcriptum. 38
Tenebrarum filij in ſcriptura qui dicantur. 181
Teſtificandi verbum quid importet. 69
Tentationibus non cedentes, fidem confiteri dicuntur. 104
Tentationibus victo omnis labor inanis pro eo ſuſceptus redditur. 106
Theophylacti de honore ſuperioribus deferendo ſententia. 195
Theſſalon. cœtus, licet exiguus, Eccleſia ab Apoſtolo dictus. 6
Theſſalon. ſumma in Deum charitas. 15.144

Theſſalon. patientia & religio. 15. 43
Theſſalon. à Deo præ Bithinienſibus cur electi. 17
Theſſalon. electio ex Dei mera miſericordia contigit. 18
Theſſalon. electionis moralis euidentia. ibid.
Theſſalon. Pauli maximi imitatores. 21
Theſſalonicenſ. exteris bono exemplo fuêre. 28
Theſſalon. promptus ad tribulationes ferendas animus. 22
Theßalon. ſpirituale gaudium. 24
Theſſalon. varia encomia. 26.28. 182.272
Theſſalon. fides quomodo in omnem locum profecta dicatur. 28
Theſſalon. ante ſuſceptam Chriſtianam religionem vita. 30
Theſſalon. à Paulo ad ducendam vitam Deo dignam incitantur. 70
Theſſalon. in perſecutionibus ferendis Hieroſolymitanæ Eccleſiæ comparantur. 76
Theſſalon. in martyrijs ſubeundis illuſtres. 77
Theſſalon. incomparabilis conſtantia. 78
Theſſalon. ſuis popularibus inuiſi. 81.
Theſſalon. ſuæ gloriæ virtus cur vocet Apoſtolus. 89
Theſſalon. in tribulationibus & tentationibus infractus animus. 93.109
Theſſal. fides, Pauli vita. 109
Theſſalon. ad perſeuerantiam in bono exhortatur Apoſtolus. 145
Theſſalon. ex Pauli verbis finem mundi imminere falſo colligentium, error 159
Theſſalon. robuſtiores, ad confirmandos debiliores, in ſpiritu lenitatis admonentur. 199
Theſſalon. Eccleſia vnius Eccleſiæ Chriſtianæ pars. 223.
Theſſalon. in tribulationibus conſtantia Paulo gloriam peperit. 229
Theſſalon. patientia, diuinæ iuſtitiæ ſpeculum. 231
Theſſalon. diuinorum mandatorum diligentes executores. 240
Theſſalon. precibus, quid ſibi impetrari cupiat Apoſtolus 287
Timotheum, cur ſibi epiſt. ſcriptorem Paulus adiunxerit. 6
Timotheus ad Theſſalonicen. à Paulo, cur miſſus. 92.192.106
Timothei ad Theſſalon. legationis ratio. 93
Timotheus non tantopere gentibus quam Paulus, inuiſus. ibi.
Timothei commendatio. 94
Timotheus à Paulo ad Theſſalon. Diabolo reſiſtendum miſſus. 105
Timothei obedientia. 106
Timothei legatione, duo cõtẽta. 107
Timotheus legationibus ritè obitis, illuſtris. ibid.
Traditiones ſcriptura antiquiores eſſe, contra Lutheranos probantur. 124.157
Traditiones Apoſtolicæ, non omnes

literis conſignatæ. 281

Traditiones ab Eccleſia, quæ damnentur. 282

Traditionum Apoſtolicarum, dignitas. 295

Traditiones non ſcriptæ, non ſecus ac ſcriptæ obſeruandæ. 281

Tribulationes hominibus immiſſæ diuini in ſe amoris ſunt indicia. 20

Tribulationum vtilitas. 43.95.99

Tribulationes, æquo animo perferendæ. 95

Tribulationibus, hominum fidem & conſtantiam probat Deus. ibid.

Tribulationes tum à Chriſto, tum ab Apoſtolis Chriſtianis cur prædictæ. 99.100

Tribulatio, fidelibus ſummum decus. 99

V.

Vaſis, pro corpore humano acceptio, eiuſque acceptionis ratio. 129

Vaſis alia acceptio. 133

Vallis Ioſaphat iudicij locus futura. 163

Verbi diuini vis & efficacia. 22. 74.

Verbum diuinum, ſemini comparatur. 23

Verbi diuini effectus. ibid.

Verbi diuini variorum nominum rationes. ibid.

Verbum auditus Dei quid vocet Apoſtolus. 75

Verbum diuinum homini, quomodo audiendum. ibid.

Verbi diuini duplex exiſtentia. 278

Verbum impreſſum quod? ibid.

Verbum expreſſum quod? ibi.

Verbum diuinum ſcriptura latius patet. ibid.

Veritatem in mendacium commutare qui dicantur. 267

Virtutis ſignificationes. 29

Virtutes, quibus Euangelium minimè ſuſpectum redditur. 64

Virtutes ab Euangelij præcone ad facilius perſuadendum requiſitæ. 65.

Viri boni commendatio. 152

Viris cum vxoribus viuendi ratio. 133

Vindicta omnis, Deo relinquenda. 136

Vindictæ cupiditatis origo. ibid.

Vindicans ſeipſum Chriſti, Apoſtolorumq; præcepto detrahit. ibi.

Vindictæ non ſumendæ præceptum, quomodo intelligendum. 201. 137

Vitiorum oblectatio, Dei obliuionem parit. 29.134

Vita Deo digna, quæ? 74

Vitam Deo dignam ducentibus, regni promiſſa poſſeſsio. ibid.

Vita ſecundum Euangelium, quomodo inſtituenda. 94

Vitæ ſingularitas à SS. Patribus ſemper improbata. 152

Vitio-

Vitiorum incommoda. 206.265

Vitij, ſpiritus S. in homine extinguitur. 206. 207

Voluntas ſigni, quæ. 127

Voluntatis ſignificationes, earumq; rationes. 202

Vox homines reſuſcitatura, propriè dicta futura. 162

Voces variæ, ab Angelis ad maiorem extremi iudicij terrorem & maieſtatem, edendæ. 163

Vox Angelica, cur tuba dicatur. ibid.

Vocationis ad fidei myſteria ſcopus. 188

Vocationis diuinæ fructus. 267

FINIS INDICIS.

Errata ſic corrigantur.

In præfat. pag.12. verſ. vlt. Lutheranis Catholici. pag.19. verſ.4. Apollo, eadem verſ.6. quæ.25.30. carbones. pag.30. in marg. conuerſionem. pag.32. in marg. Iuſtorum. pag 36. tex.16. adde ab. 46.20. exercitatus. 59.10. carnalibus, eadem verſ.24. negligentes, ead. verſ.25. didicerunt. 71.17. & .79.28. Nam. 82.22. perſonâ. pag.99. in marg. blaſphemiæ. 100.5. fideles. pag.126. in marg. blaſphema. 149.15. viuere, eadem verſ. 29. exciſſimus, eadem verſ.31. prædicaret. 152.8. barbarorum, eadem verſ.17. modus. 167.1. reſurrecturos. 180.20. menſe. pag.260. in marg. Antichriſti.

Cætera beneuolus Lector corrigat, & amicè excuſet.

VITTO
IN ROMA

1-6-3

IHS